*Ceroneum* dictum eſt à Cera, quam recipit; vel exinde, quod ut Cera ductile ſit.

*Ceroma*, ſignificat Unguentum ex cera & oleo factum, quo inungebantur palæſtritæ, vid. Ceratum.

*Ceropiſſos*, Medicamentum ex cera & pice conſtans, aut nomen Emplaſtri vel Cerati ex cera & pice confecti, &c.

*Cerotum*, idem eſt quod Ceratum, Germ. Ein Cerat-Pflaſter.

*Cervi cornu*, Germ. Hirſch-Horn/ ſunt excrementa capitis, ſeu eminentiæ inſtar oſſium duræ & ſiccæ binæ, animalis vivaciſſimi (ad annos 100.) cornua quotannis menſe Aprili deponentis, menſe Auguſtô & Septemb. coit, octavô menſe parit. &c. apud Auth. legenda.

*Cervi cornu ſcobs*, ſeu *raſura*, vid. Raſura C.C. Germ. Geraſpelt Hirſchhorn.

*Cervi ſevum*, vid. Sevum cervinum; Germ. Hirſchen-Inſchlicht.

*Cerviculæ Spiritus* eſt [symbol] Oſſis de corde cervi.

*Ceruſſa anglica*; Germ. Schiffer-weiß.

*Ceruſa* ſeu *Ceruſſa*, *pſymmithium*, *pſincus* & *pſinſus*, *plumbum album* & *plumbago*. Germ. Weiß Bleyweiß/ [symbol] ut ferrum ferruginem, æs æruginem, ſic plumbum plumbaginem quandam eructat, quam alii Ceruſſam, alii plumbi florem nominant. Licet autem Ceruſſa [symbol]ti beneficio erumpat (per calcinationem vaporoſam in calcem puriſſimam) ſicuti ærugo, non tamen ut ea viridis eſt; ſed albiſſima, unde *album plumbum* vocatur. &c. vocatur etiam *Ærugo plumbi*; *Aboit*, *Abit*; *Alkarat*, *Almachabat*, *Alſiden*. Optima eſt Venetiana. Ger. Venediſch Bleyweiß. Sign. [symbol]; [symbol]; [symbol], [symbol]; [symbol], [symbol], [symbol]; [symbol], [symbol], [symbol], [symbol].

*Ceruſſa Antimonii*, fit ex Regulo Antimonii cum triplo [symbol]ri commixto & detonato; poſtmodum cum ▽ dulci edulcorando & exſiccando, aliquando ſuper illo [symbol]re [symbol] accenditur.

*Ceruſſa Martis*, fit ex Regulo Martis ſuperiori modô.

*Ceruſſa nigra*, Germ. Schwartz Bleyweiß/ quæ in Anglia præparatur.

*Ceruſſa*, *Plumbi ærugo*, eſt & *Plumbum album* [symbol].

*Ceruta* eſt quoddam Unguentum, factum ex Cera, cum aliis rebus.

*Cervus*, Germ. Ein Hirſch/ eſt Animal ſatis notum ac nobiliſſimum, quod pulchritudine, celeritate, dignitate & utilitate reliqua animalia ferè ſuperat, animalque eſt vivaciſſimum (ad annos 100.) cornua quotannis menſe Aprili deponit, menſe Auguſto & Septemb. coit, octavo menſe parit, plura apud *Aldrov.* legenda ſunt. C.C. Galreda, Oſſa de corde, Priapus, Sevum &c. vid. ſuô locô.

*Cervus volans*, dicitur Scarabæus cornutus, vel Contharus.

*Ceſtron*, *Ceſtronales*, eſt Betonica; quam Romani Vectonicam dicunt, Germ. Betonien.

*Cete* & *Cetum*, vel ſumitur latè pro omni piſce Cetaceo, hoc eſt grandiore, vel ſtrictè aliquando pro Balæna. Germ. Ein Wallfiſch/ vid. *Aldrov.*


*Ceterach*, vid. Scolopendrium verum, Germ. Miltz-Kraut.

*Ceti axungia* eſt pinguedo Balænæ, Germ. Wallfiſch-Schmaltz. Scabiei medetur.



Digitized by Google

*Ceti ſperma*, vide Ambra ſubalbida vel Sperma Ceti.
*Chærefolium* & *Chærephyllum* ſeu *Cerefolium*, vid. Herbas & Semina.
*Chærefolium columbinum & felinum*, eſt Fumaria, Germ. Erdtrauch / vid. Herbas.
*Chalaſtica*, ſunt Medicamenta quæ humectandô & emolliendô, partes conſtrictas relaxant.
*Chalbane*, vid. Galbanum, Germ. Mutter-Hartz.
*Chalcanthum*, vide Vitriolum ⊕ Germ. Kupffer-Waſſer.
*Chalchitis*, una eſt Lapis Chalchitis id eſt Lapis Ærarius id eſt Marchaſita, ſeu ipſa Pyrites, unde æs coquitur. Altera ſignificatio Chalchitis eſt Alumen capillare & ærarium, quod in Pyrite concreſcit. Hinc aliquoties Alumen concretum dicitur.
*Chalchitor*, eſt Marchaſita. Germ. Marcaſith / oder Wißmuth.
*Chalchos*, eſt Æs. Germ. Ertz oder Kupffer.
*Chalcitis*, & *Calcithis nativa*, ſponte ſua naſcitur & in fodinis concreta invenitur, æris ruborem & colorem habet, unde & nomen accepit, & *Atramentum rubrum* ac *rubra dicta* eſt, Germ. Roth Kupffer-Waſſer. Theriacæ ingrediens eſt. Calcithidi ſubſtituitur Vitriolum ad flavedinem calcinatum *Cordus*. Chalcitis medium eſt inter Vitriolum & inter Marchaſitam ſive Pyritem. Habetur quoque Babylonica & Cypria, & in Ducatu Brunſvicenſi reperitur &c.
*Chalcama*, eſt maſſa ex omnifariis Æris ☽ ti & ☉ ri metallis conflata. *Lang. l. 1. Epiſt. 29.*
*Chalcopyrites* eſt Plumbum ♄ Germ. Bley / ait Syneſius.
*Chalcos*, Aqua Sulphuris ▽🜍ris, Germ. Schwefel-Waſſer.
*Chalcus*, *Æreolum*, eſt nomen ponderis Medici & Attici, eſt ſexta pars Oboli, & ita duodecima Scrupuli, pendet circiter Grana duo Gr. ij. cum olim Scrupulus 24. Grana contineret. *Lex. Brun.*
*Chalcute* eſt Æs uſtum, Germ. Gebrandt Ertz oder Kupffer. ♉
*Chalicraton*, Vinum miſtum vel ▽ â temperatum ſignificat.
*Chalybs*, Germ. Stahl / nihil aliud eſt quàm ferrum acuatius defæcatum & optimè purgatum, ideoque locò ferri Chalybem præſtat recipere. *Sign.*



*Chamæacte*, *Sambucus humilis*, Germ. Attich / vid. Baccæ, Herbæ vel Radices.
*Chamæcypariſſus*, *herba Cupresſina*, Cypreſſen-Kraut / Waldſamen-Baum / vid. Herbas.
*Chamædrys*, & *Chamæpitys*, vid. Herbas.
*Chamæpeuce*, vid. Lycopodium.
*Chamæleen*, *Silybum*, eſt Carduus Mariæ, Germ. Marien-Diſtel.
*Chambar*, dicitur Magneſia.
*Chama*, *Cheme*, eſt nomen Conchæ marinæ capacioris, apud Atticos nomen Menſuræ duplicis, Chema major pendet Drachmas tres ʒiij. &c. vid. *Lex. Brun.*
*Chambelach*, eſt Elixir. Germ. Elixir / oder außgezogene Eſſenz.
*Chambroch*, denotat Trifolium, apud *Helmont.*
*Chamæciſſos* & *Chamællema Cord.* vide Hedera terreſtris. Germ. Gundelreben.
*Chamædrys*, *Serratula*, *Quercula minor*, *Trixago*, Germ. Chamänderlen. vid. Herbas.
*Chamælea*, vide Cort. Mezerei, Germ. Seydelbaſt-Rinden.
*Chamæleen Brunſ. Silybum*, *Carduus Mariæ*, Germ. Rehdiſtel / vid. Herbas.
*Chamæleon*, vide Rad. Cardopatii. Germ. Eberwurtzel.
*Chamæleon*, etiam nomen eſt Animalis ovipari, figuram Lacertæ repræſentantis, *Lex. Brun.*

*Chama-*

Digitized by Google

*Chamæmyrtus*, *Hieromyrtus*, *Genitura Herculis*. vid. Rad. Bruſci. Germ. Brüsken oder Rüsken-Wurtzel.

*Chamæpythis*, *Abiga*, *Ajuga*, *Iva arthetica* & *arthritica*. Germ. Erdpin. vid. Herb.

*Chamomomilla Canina*, *Chamæmelon fœtidum*, *Cotula fœtida*. Germ. Krotten-Dill oder ſtinckende Chamillen.

*Chamomilla Romana* & *vulgaris* vid. Flores Chamomillæ.

*Chanchedeſt* eſt Chalybs ♂. Germ. Stahl.

*Chaomantia* eſt Aëromantia i. e. Ars, quâ præſagium ſumitur ab Aëre.

*Chaos* vid. Cahos, eſt Elementum 🜁ris, vel Ideus.

*Charabe* vid. Succinum, Carabe & Karabe. Germ. Augſtein.

*Character*, eſt Signum figuratum & myſticum, quo apud Chymicos aliquid deſignatur. Germ. ein Zeichen. vid. *Lind. Lex. Brun.* & *alii Authores*.

*Charatim* eſt Granum parvum ſimile Cardamomo.

*Chardel* idem eſt ac Sinapi, cujus duplex eſt ſpecies; una, cujus ſemina exterius ſunt ſubnigra, interius vero alba; alia, cujus ſemina interius & exterius ſunt alba. Prima ſpecies eſt acutior ſecundâ. Germ. Senff.

*Charme* vel *Charmis* eſt nomen cujuſdam Antidoti veteris, cujus deſcriptio carminicè legitur apud Gal. L. 2.

*Charta hodierna* ex Linteis conficitur, ut omnibus notiſſimum. Olim ex planta quadam Papyrus dicta, arundinibus cognata, parabatur. Teſte Dioſcoride.

*Cheiri*, *Cheyri*, *Keiri*, ſignificat Levcojum luteum vel Violam luteam. vid Flores Cheyri.

*Cheiri* apud Chymicos ☽tum vivum denotat, Cheiri flos ex ☽to album Elixir ſignificat, vel ejus Quintam eſſentiam, ut flos anthos, auri rubrum elixir. Alii ☉rum potabile eſſe volunt &c. vid. *Lex. Brun.*

*Cheuromactron*, *Mantile* ſive *Linteum* ad manus abſtergendas, incombuſtibile eſt, an ex Salamandra? an vero ex Lapide Asbeſto vel Amianto paratum ſit, nec ne? vid. Lang. Lib. 1. epiſt. 66.

*Chelæ* ſunt brachia Aſtacorum ſeu Cancrorum. Germ. Krebs-Scheeren.

*Chelapa* vid. Radices Jalappæ. Germ. frembde Purgier-Wurtzel.

*Chelidon* Hirundinem ſignificat. *Lex. Brun.*

*Chelidonia* apud Chymicos Aurum ſignificat.

*Chelidonia major* & *Chelidonium majus*. Germ. Schellkraut.

*Chelidonia minor* & *Chelidonium minus*. Germ. Feygwartzen-Kraut. vid. Herb.

*Chelidonius Lapis* vid. Lapis Chelidonius.

*Chelonia* eſt Lapis ſimilis oculo viperinæ Indicæ.

*Chelonites* vid. Bufonites. Germ. Grottenſtein.

*Chelonium*, *panis Alcurit*, *Teſtudinaria*, *Tryphalita*, *Harthanita*. vid. Rad. Cyclaminis. Germ. Seu-Brod.

*Chemia*, *Chimia*, *Chymia* & *Alchymia*. vid. Chymia.

*Chenocoprus* eſt ſtercus Anſerinum, quod menſe Martio colligendum. *Lex. Brun.*

*Cheon* eſt Nix. Germ. Schnee.

*Cherio*, *Cherionius* eſt Calor aut Frigiditas earum rerum, quæ corpus relinquit & in naturam abit. Exemplum de Camphora. Hæc frigiditatem ex Cherione ſuo habet.. vid. *Lex. Brun.*

*Chermes* ſeu *Kermes*, eſt nomen Fructus notiſſimum cocci infectorum vel grani tinctorii vulgò ſcarlati, unde famoſiſſima confectio Alkermes Monſpelienſium paratur. vid. Kermes. Schröd. L. 4. Sect. 1. & Frid. Hoffm. in Clav.

*Cherſa* ſeu *Gerſa* vid. Fæcula, fæcis ſpecies.

*Cherſydrus* eſt nomen Serpentis amphibii.

*Cherva* eſt Cataputia, Germ. Spring-Körner.

*Cheudanum*

Digitized

*Cheudanum* eſt ſuccus niger, ex quo falſificatur Muſcus; alii dicunt, quod ſit Gummi glandium. Germ. Eychel-Pech.

*Chezeanance*, ſic dici poteſt omne remedium, quod neceſſitatem cacandi affert. Aliàs apud Æginetam L. 7. C. 9. eſt unguentum ⊖le & One paratum & quod rubeſcat, coctum, quò ſedes perunguntur. Facilè enim copioſa citra laborem ſubducitur. Aëtius quoque emplaſtrum hoc nomine exornavit, quod umbilico impoſitum, alvum movet. Gorr. pag. 505.

*Chia terra*, dicitur gleba terræ, quæ ex Chio Inſula provenit albicans & pollens vi adſtringendi, purgandi, extenuandi. Pulcherrimum eſt adverſus ambuſta remedium. Gal. L. 9. de S. F. §. Terra ſamia.

*Chiacum*, eſt Collyrium, cujus materia vino Chio, h. e. auſtero & ▽ Marinæ experte lævigatur & miſcetur, quale propoſuit P. Æginet. L. 7. C. 17.

*Chias*, i. e. Maſtix.

*Chibane* eſt ſpecies Cardamomi ſubtilior.

*Chibur* eſt Terra, actione caloris excocta in eſſentiam ♁ ream.

*Chiffir, Chifir*, teſte Libavio, dicitur in præparatione Lapidis Philoſophorum Lapis Animalis; quemadmodum mineralis vocatur *Chaos minerale*. Johnſonus verò dicit, *Chifir minerale* à nonnullis interpretari, quod ſit aurum ☉. Verùm ſe judicare ex præcedentibus, quod ſit ♁ metall.

*Chiliophyllos, ſupercilium & Lumbus ♀ ris, herba militaris.* vid. Millefolium. Germ. Schaffgarben.

*Chilum*, i. e. Succus Liquiritiæ. Germ. Süßholtz-Safft.

*Chilus*, i. e. Succus Diachilon.

*Chimia* eſt ars, corpora concreta ſolvendi, & ſoluta coagulandi, ut purum ab impuro ſeparetur, & medicamenta ſalubria citæ, tutæ & jucundæ operationis concinnentur.

*Chimiæ origo* Deus eſt, ut omnis boni, ita etiam Chimiæ Autor. *Rolfinc. Chym. fol. 7.*

*Chimicus arcana divulgare non tenetur. Rolfinc. Chym. fol. 12.*

*Chimolea Laxa*, dicitur ſignificare pulverem, qui ſeparatur de floribus ſalſarum mineralium.

*Chimus: Paracelſus* hoc ſaltem dixit quod Chimus, Realgar, & aurum ſint una minera, & tamen quodlibet eorum habeat diverſam naturam & virtutem. *Chimus* quoque ſignificat fæcem mineralem & maſſam fæculentam.

*China, Chinna, Cina, Cinna* vid. Cortices Chinæ Chinæ.

*China Germanorum* apud Poppium eſt Chelidonium majus.

*Chinarium* eſt Unguentum in Antidotario à Catulo Canis dictum *Kinarium*.

*Chinæ Radices* vid. Radices Chinæ. Germ. Bocken-Wurtzel.

*Chindes* eſt Lapis liberans à venenis. Germ. Gifftſtein.

*Chion* vid. Nix. Germ. Schnee ○ dicitur & Cheon.

*Chirates* eſt Pondus quatuor granorum hordei. Germ. vier Gerſten-Körner ſchwer.

*Chiroma*, i. e. Armoniacum non purum.

*Chironax* eſt ars vel Artificium manuarium.

*Chirotribia* eſt exercitatio in arte & uſus medicus.

*Chium vinum* i. e. quod in Inſula Chio colligitur, molle eſt, ut ſcribit Dioſcorides L. 5. cap. 10. aptum potui, benè alit, & minus inebriat, fluxiones cohibet, oculorum medicamentis utile.

*Chloe*, herbam virentem notat. Viror aut viriditas palleſcens quoque dicitur.

*Choa* vid. Chais eſt menſura Liquidorum apud Atticos v. Gal.

*Choa* i. e. Malum Granatum. Germ. Granat-Apfel.

*Choacum*

Digitized by Google

*Choacum*, legitur quoque *Coacum*, eſt nomen Emplaſtri, quod à *Celſo* L. 5. Cap. 19. deſcribitur.

*Choana*, infundibulum, item *fundo* aut *liquefacio*, *Vas* quoque dicitur ex argilla, quo Argentarii utuntur & Chymici, infundendis ac liquefaciendis Metallis. *Lexic. Brun.*

*Chocolata, Chocolate* & *Succolata*, eſt Maſſa quædam ſolida, exotica, vel in Placentas vel Cylindros ſeu in tabulas quadratas formata, ſaturatè rubra, friabilis, ſine odore, ſimilis ferè Sanguini Draconis nigricanti, cujus Baſis potiſſima eſt fructus Cacao dictus, Avellana Mexicana &c. de hac Confectione habetur integer libellus *Ant. Colimeineri de Ledesma*, latinè redditus à *M. Aurel. Severin.* & curâ *D. I. G. Volcameri* edit. quoque Bontekoe illam deſcribit. Aliàs ex America & Hiſpania adfertur, Germ. Schocolata / præparatur cum ▽a cocta, vel Lacte, atque agitando Chocolata liqueſcit, & ſorbendô calide bibitur.

*Chœnix*, eſt Menſura Atticorum arida, continens Cotylas tres, ſive Sextarium unum & dimidium, ſive duas Libras menſurales cum quadrante. Signum fuit X. *Gal.* de pond. & menſ. *Gorr.*

*Choeros*, eſt Porcus, Germ. Ein Schwein. *Lexic. Brun.*

*Cholagoga*, ſunt Medicamenta, quæ dicuntur ſulphureos & biliôſos Humores evacuare, ut Rhabarbarum, Senna, &c. vide porro ſupra *Cathartica*.

*Cholagogum inſuccatum*, vide Scammonium roſatum.

*Cholagogus*, dicitur de Medicamentis, quæ Bilem evacuant.

*Cholagogum ſimplex*, eſt Diagrydium 🜍ratum.

*Cholegon*, idem quod *Cholagogum*.

*Cholobaphinon*, eſt epitheton Æris, Auri colorem mentientis. Dicitur *Æs coronarium*, *Libav.* Synt. arcan. Chym. L. 6. c. 6.

*Chondrilla altera Dod.* eſt Taraxacum, vid. Herbas.

*Choroſus*, eſt nomen cujusdam Lapidis.

*Chos alkalip*, i. e. Teſticuli Vulpis, Germ. Fuchs-Hoden.

*Chriſtimanus*, eſt Saccharum finiſſimum cum ▽ Roſarum ſolutum, ad conſiſtentiam debitam coctum, & in Rotulas fuſum, additis Margaritis præparatis, vel omiſſis, pro lubitu vid. Manus Xſti.

*Chriſti pabulum*, id eſt ▭na virginis.

*Chriſtos*, *ungo*, ſignificat id, quod ungendo applicatur.

*Critmus* ſivè *Crithamus, Crethanus* & *Crethmus*, *Creta marina Officinarum*, eſt Fœniculum marinum. Germ. Meer-Fenchel.

*Chriſitis litos*, vocatur aureus Lapis; aliquàndo etiam Lithargyrium.

*Chriſma*, i. e. Unguentum, Germ. Eine Salbe.

*Chroma*, id eſt, Color. Germ. Farbe.

*Chronos*, ſignificat Tempus.

*Chryſammos*, hoc eſt ⊙rea arena, quam *Gal.* Terram vocavit, in qua portiunculæ aut fruſtula quædam ⊙ri parva reperiuntur. *Lex. Brun.*

*Chryſanthemon* ſeu *Chryſanthemum* vid. flor. Calendulæ.

*Chryſe* eſt nomen Emplaſtri cruentis vulneribus accommodati ex Thure, Alumine ſciſſili, Colophon. Reſina, ♃, 🜺to, & Oxelæo parati, apud *Æginet.* L. 7. c. 17.

*Chryſite*, eſt Terra ⊙rea, in qua parvis Terræ partibus immiſtæ ſunt parvæ ⊙ri partes *Johnſon.* pag. 63.

*Chryſites*, eſt Gemma precioſa, apud *Plin.* Lib. 37. cap. 10.

*Chryſites*, eſt Squama ⊙ri vel ⊙rum: qui provenit ex Plumbo probatô & liquefacto. *Johnſon. pag.* 63.

*Chryſitis*, idem quod *Chryſammos*, *Chryſitis*, dicitur etiam Lithargyrium auri, *Dioſcorid.* L. 5 cap. c. 102.

*Chryſobalanus*, *Glans aurea*, quid propriè denotet, non conſtat. *Bauhinus* tamen in Pinace exiſtimat ex mente aliorum, Nucem Moſchatam eſſe intelligendam. Occurrit apud *Galen.* L. 8. de C. M. S. L. cap. 3.



Digitized by Google

**Chryſoberillus**, *Berillus aureus*, Germ. Gold-Beriſl.

*Chryſoceraunius* 🜚, eſt Aurum fulminans, quod præparatur ex ☉ro ſoluto, in menſtruo ✳co præparato vel impprægnato; infuſo 🜆 🜿ri, 🜞 ad fundum 🝏tatur, quæ edulcoratur, & ad uſum exſiccatur. Germ. Doñer-Goldt.

*Chryſocalcos*, idem quod Aurichalcum. ♀ Germ. Meſſing.

*Chryſocome*, eſt Stœchas Citrina, vid. Flor. Stœchadis Citr. G. Rheyn-Blumen.

*Chryſocolla, Auriglutinum, Chryſocolla Metallica & factitia*, ſeu *Gluten ☉ri*, eſt Terra latè viridis & minera ♀ris, ſalinæ, nitroſæ & fuſoriæ naturæ, Germ. Stein-Grün. Duplex eſt, nativa & factitia, inter nativas Armeniaca primas, ſecundas Macedonica, tertias Cypria tenet. Quamvis in Germania ſint excellentes, in Sileſia nec non & in Hungaria, alibique. Eſt Borax nativus. Et poſſet dici *Chryſocolla viride ſcisſile*, ſicut ærugo *Æris raſile viride* dicitur. Eſtque quaſi ſpecies ⊕tri. *Plin.* *Factitia*, ſeu *artificialis*, conficitur ex Nativa & Urina puerorum, vel ex Nitro & Urina Infantum, & Tincar ſeu Borax dicitur, vide Borax. Sic cognata ſunt hæc Metalla, ærugo Æris nativa, quæ dicitur viride Æris raſile, & Chryſocolla quæ dicitur viride Æris raſile. Nominatur *Azot*, *Rebis*, ▽♀ris, Vinum anineum, flos &c. *Mar. Rul.* enumerat 6. Species Chryſocollæ, pag. 148.

*Chryſogonia*, eſt Semen aurificum ex ☉ro prius ſoluto, perfectiſſime concoctum, ſeu Tinctura aurifica rubri coloris, admirabili tenuitate ſubſtantiæ prædita, cui à natura vis illa aurifica ineſt, quemadmodum in Argyrogonia vis ☽tifica &c. *Gaſton Clavey* Apolog. &c.

*Chryſogonum Dioſcorid. ſeptem folium*, vid. Rad. Tormentillæ, Germ. Bluth-Wurtzel.

*Chryſolactrum*, eſt Charabe ſeu Succinum, *Germ.* Augſtein. vid. Succina.

*Chryſolithus*, vide Lapis Chryſolithus. Goldſtein.

*Chryſolithos*, (veterum) vel *Topaſius*, (Gemmariorum modernorum) eſt Gemma aurei coloris. Duo habentur genera, Orientale & Europæum, ut illud colore, ità duritie Europæum ſuperat: hoc enim inſtar Cryſtalli molle eſt & cum aureo colore vel multum vel parum nigricat. Inveniuntur in Bohemia paſſim. Germ. Chryſolith.

*Chryſopœia*, eſt Ars Spagyrica ſeu Chymia, quæ monſtrat Artificium ex Metallis imperfectioribus, Aurum verum conficiendi, beneficio ☿rii Philoſophorum &c.

*Chryſopraſius*, Germ. Goldpraſius / vid. Lap. Chryſolithus.

*Chryſos*, Vel *Chryſion*, id eſt Aurum ☉. Germ. Gold.

*Chryſotrichon, Capillaris ☉rea, Polytrichum ☉reum, Barba Herculis, Adianthum ☉reum*, Germ. Gülden Wiederthon / vid. Herbas.

*Chryſulea*, eſt ▽ ſtygia quæ Regia dicitur, ſolvendo Auro deſtinata. *Rolfinck. Helm.* ac Diſpenſ. &c.

*Chryſun*, eſt nomen Collyrii apud *Aëtium*, Libro 7. ad incipientes ſuffuſiones efficacis, vel Peſſi valentis ad inflammationes uteri apud eundem L. 16. c. 83. vid. *Gorræus* p 515.

*Chus, Choa, Congius*, eſt Menſura liquidorum apud Atticos, capiens ſextarios ſex, vel Cotylas atticas duodecim. Aut habet Olei libras novem, Vini decem, Mellis tredecim cum dimidia, *Gal.* de pond. & menſ. *Linden.* Vini ſaltem tribuit Libras octo cum Unciis quatuor. *Rhodius* ad Scribonem Larg. n. 268. Congium denas libras pendere ſcripſit, quod inſculpta decuſſis manifeſtat.

*Chucolata*, vide Chocolata, Germ. Schocolata.

*Chybur, Chibur & Cibur*, eſt Sulphur, Germ. Schwefel.

*Chyliſma*, ſignificat Succum expreſſum, *Dioſcorid.* l. 3. c. 125. *Rolfink.* Extractis hoc nomen applicare non dubitavit. Unde Extract. quoddam vocavit *Chyliſma Catholicum & Cholagogum*, Chym. L. 4. ſect. 3. cap. 12.

*Chymica*,

Digitized by Google

*Chymia, Alchymia*, *Chemia* & *Chimia*, ſeu *Ars ſpagyrica*, non meretur adſcribi ſcientiis ſed Artibus, nec tamen eſt peculiaris Ars, diſtincta à Pharmaceutica medicinæ parte, ſed eſt pars medicinæ.

*Chymia*, ſumitur pro Arte transmutandi metalla imperfectiora in perfectiora, ☉ & ☽ tum, cujus duæ ſunt partes: Argyropœia & Chryſopœia, de quibus vide ſupra ſuô locô *Chymia*, eſt quaſi ſimia naturæ, & nobis demonſtrat, quæ natura facit in ſuis criptis ſubterraneis, adeò ut, quæ ſit Metallorum utilitas, facilè poſſit ex Chymia cognoſci. Verum res tota conſiſtit in præparatione eorum Chymicâ legitimâ, in qua operatione etiam venena crudeliſſima, abeunt in medicamenta ſaluberrima, alexipharmaca & ſudorifera, uti videre eſt in ♁nio &c.

*Chymia* vocatur quoq; *Ars Deſtillatoria, Ars Hermetica, Ars perfecti Magiſterii, Ars ſegregativa, Ars ſeparatoria, Ars ſpagyrica*, &c. plura legenda ſunt apud *Paracelſum, Schrœd.* & alios.

*Chymica* ſeu *Chymicalia*, ſunt Medicamenta, quæ Chymici præparant, ut gratiori & minori quantitate ab ægris aſſumantur. *Lexic. Blanc.*

*Chymicus* eſt artis Chymicæ ſeu Spagyricæ peritus, ſivè *Chymicus*, eſt Artis diſſolvendi & viciſſim coagulandi peritus.

*Chymolea*, vide Kymolea & Khymolea.

*Chymus* eſt Fæx & Maſſa.

*Chyſis*, vide Fuſio, Germ. Schmelzung.

*Chytlon*, dicitur Inunctio quæ cum multa ▽a & Oleo fit.

*Chytra*, id eſt, Olla, Vas fictile, in quo aliquid coquitur.

*Cianeus*, ſcil. *color*, eſt medius inter viridem & nigrum, vid. *Alex. Theophilus.*

*Cianum*, in Metallis invenitur, in quibus Æs conflatur. *Galenus.*

*Ciatus*, eſt nomen Ponderis menſurans ʒXV. vid. *Serapion.*

*Cibariaticon*, eſt Potus qui loco Vini fit ex Cereviſia & Mulſo, & eſt quaſi Cibus & Potus ſimul.

*Cibatio* eſt Corporatio, & vocatur *Nutritio materiæ ſiccæ.*

*Cicerbita*, *Lacticolla*, vid. Sonchus, Germ. Sonchen-Kraut/ oder Haſen-Köhl.

*Ciceres rubri*, vide Semen Cicerum. Germ. Cicer-Erbſen.

*Cichoreum Conſtantinopolitanum*, eſt Taraxacum.

*Cicindula*, vid. Nitedula, ſeu Lampyris vel Nocti.

*Cicinum Oleum*, eſt Rhaponticum.

*Cicleus*, eſt quoddam Vinum factitium, quo utuntur Parthi. *Plin.*

*Cicongius*, eſt Menſura duodecim ſextarios continens.

*Ciconia*, Germ. Ein Storch/ Avis eſt vernalis notiſſima, quæ ſerpentibus pullos nutrit. Vim habens Alexipharmacam. Ex pullo integro deplumato & exenterato, admixtis aliis antiepilepticis, deſtillatur ▽. Germ. Storchen-Waſſer.

*Ciconium, Conium, Dolia, Catechomeum, Amauroſis*, eſt Cicuta ſeu Cicutaria, Germ. Scherling/ Wüterich/ Dollkraut. vid. Herbas.

*Cicorea*, eſt Mira ☉lis.

*Cicuta*, Germ. Scherling. vide Herbas.

*Cidublium*, i. e. Fermentum, Germ. Sauerteig.

*Cimentatio*, idem quod Cæmentatio, vide ſupra.

*Cimolia Terra*, eſt Terra modicè pinguis, & 🜃 *ſaponaria alba rara, mollis, alba* ſeu *candida*, aut in candido purpurea. Germ. Weiſſe Seyffen-Erde/ oder Wachs-Erde. Habet vim miſtam refrigerandi, ſiccandi & modicè digerendi, *Gal.* l. 9 de ſimpl. fac. §. 🜃*ra ſamia.* dicitur & *Cimolia creta.*

*Cinabaris*, vide Cinnabaris, 🜓. Germ. Zinnober.

*Cinamomum album*, vide Coſtus. Germ. Weiſſe Zimmet.

*Cinamomum Arabicum*, vide Coſtus ſeu radices Coſti.



Digitized by Google

*Cinamomum* & *Cinnamomum* vel *Cinnamum*, ſeu *Canella*. Germ. Canel/Zimmet/ oder Zimmet-Rinden/ eſt Cortex interior Arboris, altitudine Citri aut mali Aurantii, vel Oleæ, aliquando Tiliæ & Ceraſi, creſcentis in Zeilon. Ex India Orientali advehitur: Exoticum & nunc notiſſimum & precioſum. Eximia Virtus in Cortice eſt, odore fragrantiſſimo, ſaporis ſubacris & ſubaſtringentis. Radix ſuppeditat Camphoram, & dat per deſtillationem 🝆 ſuave olens & Camphoram imitans, uti etiam cum 🝆oleo iſto Camphora elegans deſtillatur. Lignum roſeum ſpirat odorem; folia juniperum, quidam dicunt Caryophyllos olent, & in ſubſtantia exſiccata apud Experientiſſimum Pharmacopœum Francofurtenſem *Dn. Joh. Rudolphum Henrici* videnda ſunt. Fructus verò, qui ſunt inſtar Baccarum Lauri, cocti & expreſſi, ceram & adipem dant, & dant per Deſtillationem 🝆, quod 🝆 Caryophyllorum imitatur. In deſtillatione hujus 🝆, remanet in veſica ſuperius reſidui ſubſtantia pinguedinoſa duriuſcula, ferè inſtar Corporis Balſamorum ex Oleo Nuciſtæ facti. Flores habet albos recentes qui odorem & ſaporem habent Florum Tiliæ. Colitur in Zeilan Maximum eſt Aroma, & in Medicina quoque maximi uſus. Plura apud Scriptores legenda ſunt.

*Cinamomi*, ſeu *Cinnamomi fragmenta* ſeu *Scavazonum Materialiſtarum*, Germ. Stoß Zimmet/ oder Zimmet-Stücker.

*Cincinnalis*, *Sagminalis* & *Sanguinalis herba*, eſt Verbena, Germ. Eiſenkraut/ vid. Herbas.

*Cinefactio*, idem quod Cineratio vel Incineratio aut Calcinatio, eſt operatio, quâ fiunt Cineres. Eſtque duplex aperta & occluſa.

*Cineratio*, idem quod Cinefactio vel Calcinatio, Cineratio, quæ fit in opere Lap. Philoſophorum. Vide Incineratio.

*Cinereus*, *Cineraceus*, de colore dicitur cineri ſimili, eſtque poſtremus Color in negotio Lapidis Philoſophorum, Teſte *Logn. Harm. Chym.* cap. 8. Vol. IV. Th. ch. p 765. ſpecialiter eſt nomen Collyrii &c.

*Cineris vena*, Germ. Aſche.

*Cineritium, Ciniritium*, eſt Cementum ☉ri vel ☽ti, à nonnullis regale vocatur. Item ſignificat & *vas Aurifabri*, in quo ☉rum & ☽tum calcinantur.

*Cinerula*, vide Spodium Græcorum ſeu Metallicum.

*Cinificatum*, idem quod Calcinatum.

*Ciniſlones*, eſt epitheton Pſeudo-Chymicorum vel Chymicaſtrorum, qui neque Gas neque Blas habent artis &c.

*Cinis*, (quamvis hoc ad Metallicos cineres reſtringi ſoleat, vide *Spodium*) ſic appellantur non ſolum lignorum uſtorum, ſed & omnium aliarum rerum reliquiæ &c. *Sign.* Ꞓ, ⊃—, Ŧ, ⋔, €, $ʕ, 𝔈, ⁘, ♈, ⇞, —E.

*Cinis Cineris*, eſt coagulatum coagulans.

*Cinis clavellatus*, aliàs dicitur, qui ex fœcibus vini poſt 🜈ini deſtillationem relictis, per combuſtionem & elixiviationem fit, quamvis & ſub hoc nomine alia ſalia Alkalia etiam ex Iſatide, Ligno quercino &c. ſubintelligantur *Schrœd.* L. 4. cl. 2. n. 412. *Cinis clavellatus*, id eſt ⊖ *Alkali*. ♆, ♆, VZ. vid. *Alum. Catinum*, ſeu *Sal Alkali*.

*Cinis ex cinere*, eſt Aqua extracta.

*Cinis hederæ*, eſt Cinis clavellatus.

*Cinis Iſatidis*, vid. Cinis clavellatus

*Cinis plumbi*, eſt Ceruſſa, Germ. Bleyweiß/ *Sign.* ♄, ⊸, ♄.

*Cinis ſtanni*, eſt Stanni uſti recrementum, Germ. Zinn-Aſchen. *Sign.* ♃.

*Cinis ſarmentitius*, Germ. Reben- oder Wein-Reben-Aſchen.

*Cinnabaris* ♁*nii*, conficitur poſt butyri ♁nii deſtillationem △ni fortiori & quoque ſuppreſſionis (id eſt ſuper ∴am) horis aliquot datur. Quippe ♁*nii* hâc ratione 🝭tæ collo adhæreſcit, quam collectam, ≏ne una ac altera purificare poteris. Germ. Spießglaß-Zinnober.

*Cinnabaris Dioſcoridis*, eſt Sanguis Draconis.

*Cinnaba-*

Digitized by Google

*Cinnabaris factitia*, & *Minium artificiale*, Germ. Zinnober/ oder Vermilion/ conficitur ex ☿rio & 🜍re, ex quorum mixtione, *Cinnabaris factitia* ♎atur. vid. *Schrœd.* & alios.

*Cinnabaris*, eſt vel nativa vel factitia, vel foſſilis vel artificialis. 🜓. Germ. Zinnober. *Sign.* ☽, ☽, ⊗, ♄, 🜓, ♉, 33, 33, ♁, ♀, ♁, 33, ⋀⋀⋁, 33, 🝘, ♆, 🜓, [symbol], [symbol], ⊖, [symbol], ↔, ♁.

*Cinnabaris Indica*, eſt Sanguis Draconis, vid. Sang. Draconis.

*Cinnabaris nativa*, ſeu *metallica*, ſeu *foſſilis*, *Ammion*, & *Miltos*, vel *Minium nativum*, eſt Terra mineralis lapideſcens, & Minium nativum, Germ. Berg-Zinnober / conſtans ex 🜍re & ☿rio vivo, exquiſitè ſecum mixtis, in materia 🜃reſtri inſtar lapidis compactis & hoſpitantibus; interdum purior, interdum impurior reperta. Interdum etiam Minera ☉laris reperitur intermixta. Vide *Schrœd.* Adfertur ex India Orientali, Ungaria, Germaniæque locis variis. Eligendaque gravida ☿rio & 🜍re præſtantioribus, adeoque Vngarica, utpote quæ ☉ro aliquantum pollet. *Sign.* 🜓va.

*Cinnaboris nomen*, quidam Minio & rubricæ fabrili attribuunt.

*Cinnabaris Philoſophorum*, ♎atur ex 🜍re ♁nii cum ☿rio mixto ſepties, vid. in *Tract. Polem. German.* fol. 142.

*Cinnabaris*, *Cinabaris* ſeu *Cinnabrium verum*, veteres dixere Sanguinem Draconis & adhuc nomen retinet, *Rulandus* aſſentitur eis, qui Cinnabrium Succum ſeu Lachrymam alicujus arboris vel herbæ potius, eſſe volunt, quod ipſe guſtus & ſapor indicat. Ferunt Arborem eſſe in Libya & finitimis regionibus proceram, ex qua ille Sanguis Draconis manat, videatur & Sanguis Draci ſeu Draconis. *Platerus* quoquè aſſerit Sanguinem Draconis eſſe Arboris aut Herbæ ſuccum in India aut Perſia.

*Cinnabatrum*, Terra quædam eſt, quæ ſolet à Piſis afferri.

*Cinnamomum*, vide Cinamomum. Germ. Zimmet.

*Cinnas*, eſt Miſcela plurimarum rerum. In ſpecie ſignificat Potionis genus, ex multis Liquoribus confectum.

*Cinnation*, eſt Elampum, quo tinctores utuntur.

*Cinnioglottus*, *Cinnetus*, ſunt termini à Paracelſo ficti, denotantes interitum, mortem, corruptionem totalem corporum mineralium, *Chirurg.* l. 5. c. 7.

*Cinnus*, eſt Commiſtio plurimorum & in ſpecie Potionis genus, ex multis Liquoribus confectum &c.

*Cionavos*, eſt Pix, quæ ex pinguioribus lignis Pini colligitur. Nos Picem navalem dicere poſſumus.

*Circea*, *Flos amoris*, Germ. Tauſendſchön / vid. Fl. Amaranthi.

*Circea Fuchſii*, eſt Mandragola ſeu Mandragora, Germ. Alraun. vid. *Cort.* ſeu Radices Mandragoræ.

*Circea*, Monſpelienſium, vid. Flor. Caprifolii, Germ. Speckilien.

*Circinnalis herba*, *Crinita herba*, *Capellaris herba*, eſt Capillus Veneris, Germ. Frauen-Haar/ vid. Herbas.

*Circulatio Chymica*, eſt Liquoris puri per Circulationem, Deſtillationem in Pelicano, vel Alembico cæco, agente calore exaltatio. Germ. Chymiſche Umtreibung/ oder Vermiſchung. Eſtq; exaltatio Eſſentiarum per circularem in vaſe Hermetico, Pelicano vel Geranio, reductionem & ab impuritatibus ſeparationem. *Rolf. Chym.* l. 2. cap. 2. *Paracelſus* dicit eſſe ſpeciem putrefactionis l. 7 de transmutatione rerum naturalium. Quæ ità præparantur, appellantur circulata Paracelſica *Archidox.* l. 6. 8. & 9. & libr. de renov. & reſtaur. Hinc legitur Circulatum majus & minus, Circulatum ſolvens apud *Libav.* &c.

*Circulator*, eſt Laborator vel Chymiæ expertus.

*Circulatorium*, eſt Vas vitreum, ubi infuſus Liquor aſcendendo & deſcendendo, quaſi circulo rotatur. Varia hujus generis vaſa, à variis ingeniis ſunt excogitata, ex quorum genere duo præcipuè ſunt majoris momenti & uſus, ut Pelecanus aut Pelicanus & Diota. Germ. Chymiſches Circulir-Geſchirr.



Digitized by Google

*Circulus Chymicus*, eſt Inſtrumentum rotundum ferreum, vel vitris abſcindentis ex ferro factum. Perfringuntur autem hôc modô. Circulus candefactus vitro opponitur, illudq; tamdiu ſtringit, donec fervefiat & incaleſcat. cumq; adhuc fervet, frigidâ guttâ immiſsâ, aut frigidi halitus afflixu diſſilit atq; dirumpitur. Germ. Ein Abnehm-Eyſen.

*Circumforaneus*, interdum *Agyrta*, Germ. Ein Land-Lauffer/ oder Landſtreicher.

*Circumlitio*, denotat omne Medicamentum, quod circa partem aliquam affectam undiquaq; illinitur.

*Cirices*, vocat *Oribaſius* Cochleas; Quas *Paulus* Siricas nominat, nos verò Siliquas. Germ. Schotten.

*Cirinenſe, Cirinaicum*, à loco dicitur vel Regione; undè Gummi Cirinaicum, vel Opium Cirinaicum, item Gummi Laſar, quod eſt Aſa fœtida.

*Cirrhos*, eſt nomen Coloris, præſertim in Vino denotat fulvum, hoc eſt quod ex △neo & ruffo pallet.

*Cis*, Vermiculus eſt frumenta corrodens.

*Ciſſeris*, Atticè eſt Pumex. Germ. Bimbſenſtein.

*Ciſinum*, nomen eſt Emplaſtri ad Nervorum Vulnera.

*Ciſirot*, i. e. Pumex Lapis, Germ. Bintzenſtein.

*Ciſium* & *Ciſſophyllum*, vid. Rad. Hirundinariæ, Germ. Schwalben-Wurtzel.

*Ciſſus, Ciſtus, Corymboſa comm. Lobelii*, eſt Hedera arborea ſeu aſſurgens, Germ. Ebhew. vid. Herbas.

*Ciſſybium*, Poculum dicebatur Græcorum ex ligno hederæ confectum &c. vid. *Lex. Brun.*

*Ciſt*, vel aliàs *Kiſt*, eſt Capacitas duarum Menſurarum Vini, vel ſeſqui Menſuræ, juxta locorum diverſitatem, circiter Libras quatuor continens.

*Ciſterna*, eſt Vas ſeu receptaculum in quo ▽ pluvialis colligitur. Germ. Ein Ciſtern/ oder Regenſarck.

*Ciſtos, Ciſton*, vel *Ciſtereon*, eſt quædam ſpecies Hederæ, eſt & Roſa canina, vel Roſago.

*Citan, Ciran*, eſt Medicamen quoddam ad Splenem.

*Citrago, Citraria*, vide Meliſſa. Germ. Meliſſen.

*Citria mala* & *Citrea mala*, ſeu *Citromala* & *Mala medica*, Germ. Citronen-Aepffel/ vide Cedromela; Quædam ſunt majora & nominantur Citronath-Aepffel. Harum Cortices advehuntur ſaccharo conditi cum & ſine brodio, id eſt ſicci conditi. Alia minora & vulgaria ut Limones etiam Citri fructus nominantur, Germ. Citronen/ Limonen. Seruntur tanquam exotica in hortis noſtris, & advehuntur ex Gallia & Italia, &c.

*Citrinatio* eſt Reſuſcitatio.

*Citrinula*, eſt Flammula, herba Paracelſo multum familiaris, ut paſſim in ſuis ſcriptis reperitur.

*Citrinulorum, Pharmacum ex Colcothare*, id eſt, Vitriolum calcinatum & in Alkali ſuum redactum. Germ. Vitriol-Saltz. Comparatione factâ, ad Cryſtallum ob tranſparentiam ejuſmodi ſalis pallidam, diaphano Cryſtallo perſimilis.

*Citrinulus, Citrinolus, Citrinus*, eſt Lapis medius inter Cryſtallum & Berillum. Dicitur etiam *Saxifragus*. Citrinulus nominatur quoq; *Cryſtallus pallidus*. Item nomen eſt Emplaſtri vulgaris notitiæ in Officinis, vocatur Citrinum.

*Citroci*, i. e. Citrum. Germ. Citrone.

*Citrullus*, vid. Sem. Citrulli, Germ. Augurien/ oder Citrullen-Kern oder Samen.

*Civetta*, ſeu *Catus Cibethinus*, vide Zibethum.

*Clacora Trigdana*, eſt quoddam genus Oſtraçorum marinorum magnorum. Germ. Groſſe Meer-Oſtrigen.

*Claretta*, ſignificat albumen Ovorum, Germ. Eyer-Weiß.

*Claretum*, eſt Vinum aromatum infuſione imprægnatum, ac cum Saccharo edulcoratum. Dicitur aliàs *Vinum Hippocraticum*. Sic nominatur, quod per

Digitized by Google

per manicam *Hippocratis* colatur & purificatur. Germ. Gewürtz-Wein / oder Hyppocras. Etiam ad Moretum & Mulſum, ſive Hydromel, extendit. Claretum vel Vinum artificiale duplex eſſe poteſt: Alterans & purgans, utraque exempla videnda apud *Schrœderum.*

*Clarificatio*, eſt Modus, quo ſucci vel decocta craſſa, clariora evadunt: fit triplici modo, Subſidentia, Fermentatione vel Additione ♁ti, Albuminis ovi, aut Lactis, Germ. Klar- oder Heytermachung.

*Clarum*, præter illam ſignificationem, de qua in præced. dictum eſt, denotat id, quod fit ex Cryſtallo vid. *Mart. Rul.*

*Claſſa*, i. e. Gummi juniperium. Germ. Wacholder-Hartz.

*Claudiacon*, eſt nomen Collyrii, quod deſcribitur à *P. Æginet.* L. 7. cap. 16.

*Clavellata Herba*, *Trinitatis Herba*, *Jacea*, vid. Flores ſeu Herbas.

*Clavis Herculis* & *Clavis Floris*, eſt Nymphæa, vid. Flores Nymphææ, Germ. See-Blumen.

*Clavis*, inter Chymicos videatur *Nicolaus Flamella*, præſertim in negotio Lapidis Philoſophici. Unde & *Claves Philoſophici* dicuntur, quarum duodecim Fatr. Baſilii Valentini proſtant. Et *Clavicula Reimundi Lulli*, cujus mentionem fecit *Libav.* &c.

*Clavis Sti. Petri*, *Bracha Cuculi*, *Primi Floris Herba*, vid. Flores Primulæ Veris, Germ. Schlüſſel-Blumen.

*Clavis Philoſophorum*, *Spir. Vini alcoholiſatus*, vel Quinta Vini Eſſentia 🜅.

*Cleidion*, vel eſt epitheton Paſtilli magnoperè adſtringentis, & in Dyſenteria, Hæmopthyſi, Cœliaca &c. utilis, quales deſcribuntur apud *Gal.* L. 9. de C. M. P. L. Cap. 5. & *Æginet.* L. 7. c. 12. vel nomen Epithematis ejusdem cum paſtillis facultatis, apud *Aëtium*, L. 9. &c. Vid. Clavicula.

*Clematis Daphnoides*, vide Vinca per Vinca, Germ. Singrün.

*Clematitis indica* vide *Lignum colubrinum*, Germ. Grieß- oder Schlangenholtz.

*Clepſydra* vel *Clepſydria*, nomen ad labores Chymicos translatum eſt ſubductio Liquoris per Vaſis ſolidi ſubtus perforati foramen, quod Oculus dicitur &c. vid. *Lex. Brun.*

*Clibodium* ſeu *Clybodium*, *Clybati*, *ſeu Clybatis Nicandri*, eſt Parietaria, Germ. Glaß-Kraut / vid. Herbas.

*Climia*, *Chlimia*, & *Cathimia Officinarum*, idem quod Cadmia *Libav.* Climia ereps eſt Cadmia ⊂⊃ti. *Mart. Rul.* & *Johnſ.* Lex.

*Clion*, i. e. Pulegium, Germ. Polen.

*Cliſſus* dicitur de herbis. Omnes herbarum Flores ad veſperam flacceſcunt, manè iterum expanduntur. Et virtus Radicis primum in caulem tranſit, & reliqua, quæ ſurgunt ex eis, tandem in eas revertitur, per Autumnum ibidem deliteſcens & per Hyemen usque ad Ver & Æſtatem. Vid. *Mart. Rul.* & *Johnſon. Lex.*

*Clyſma*, *Clyſter*, *Clyſterium* ſeu *Enema*, eſt Medicamentum internum, fluidum, quod per Anum in Inteſtina injicitur. Clyſteres alii ſunt mollientes & laxantes, alii detergentes, alii aſtringentes, alii anodyni, alii ad alias intentiones parati. Germ. Einſpritzung / oder Clyſtier.

*Clyſſus*, eſt ▽ Stimmi ♀rea vel ⊖ Mineralis, vid. *Etmüll.* & *Schröd.*

*Clyſſus* quoque eſt apud Chymicos alicujus rei Eſſentia, vid. *Quint. Eſſ.*

*Clyſſus*, totam Rei Eſſentiam complecti poteſt, quandoquidem abjectis impuritatibus & fæcibꝰ, quicquid in ea eſt eſſentiale ad unum redigitur compoſitũ.

*Clyſter*, *Clyſterium*, *Cliſmus* ſeu *Enema*, vide Clyſma.

*Cnicus*, vide Flores aut Semen Carthami, Germ. Wild Saffran.

*Cnicus ſylveſtris*, *alter Theophraſti*, *Cnicus ſupinus*, *ſeu hirſutior ſylveſtris*, vide Carduus Benedictus. Germ. Cabobenedicten.

*Coabac*, ſunt Grana ſimilia Cardomomo.

*Coadunatio*, *Mart. Rul.* & *Johnſ.* dicitur Elaboratio, qua uniuntur diſgregata. Dicitur quoque Coagulatio, dici etiam poteſt de Myſterio Lapidis Philoſophici &c.

*Coagula-*

*Coagulatio*, eſt rerum ejusdem naturæ è conſiſtentia tenui fluidaque ad ſolidam Coactio, itàque, quæ reſolutione aquea, aërea, ignea ſunt attenuata, per hanc in corpus homogeneum reducuntur. Et ſic coagulatio comitatur multas operas, veluti Divaporationem, Exaltationem, ♎ationem, Deſtilationem &c. Fit duobus modis: Segregatione & Comprehenſione. Eſtque vel calida vel frigida. *Sign.* ℘o, ℊ, XX, ℘, ♉, ℭ, HE, ♌.

*Coagulatio calida* eſt, quando calore conveniente, res diſſolutæ coagulantur.

*Coagulatio frigida* eſt, quando res in calido reſolutæ, in frigido coagulantur.

*Coagulatio per comprehenſionem* eſt, cum totum ſimul comprehenſum, remiſtumque ad uniformem ſubſtantiam coagulat.

*Coagulatio per ſegregationem* eſt, cum quibusdam Segregatis reliquum concreſcit. Peragitur Calore, quo divaporat ſeu exhalat paulatim humor, qui erat cauſa fluoris.

*Coagulatum*, eſt coactum rerum ejusdem Naturæ. *Sign.* ⊘, ⦸.

*Coagulatum coagulans*, eſt cinis ex Ære vel ▽ extracta, vel Fermentum fermenti.

*Coagulum eſt* Mercurius, ſeu ☿ noſter.

*Coagulum, Coagulans*; 🜍 Philoſophorum, prima materia; unde ☉rum noſtrum, Fermentum Fermenti, Spiritum coagulans, 🜍 coagulans ☿ rium.

*Coagulum Leporis*, Germ. Haſenlipp / oder Gerinſel / eſt *Coagulum Lactis*, in Stomacho Leporis. Ita & *Coagulum Hæduli* & *Vituli* &c.

*Coagulum ſpecificum*, eſt Eſſentia Materialis terrea, concreta in conſiſtentiam ſiccam per coagulationem.

*Cobaltum, Cadmia nativa, foſſilis, metallica*, eſt Minerale terreum, vel recrementum metallicum, colore cinereum & ferè nigrum, æris & ☽ti particeps. *Muſcarum Venenum* eſt. Foditur copioſè haud procul Goslariâ. Cauſticum ac erodens, adeoque inter Venena habendum. Germ. Cobald / Fliegen=Gifft / Mücken=Pulver. *sign.* 🜶.

*Cobaſtoli*, eſt Cinis. Germ. Aſche.

*Cobatiorum fumus*, eſt Cobaltum.

*Cobhori, Cobori, Cohouri*, eſt Lapis, liberans à Venenis. Germ. Gifft=Stein.

*Coccalos*, nucem pineam ſignificat vid. *Hippocr.* 4. de R. V. I. A. t. 70.

*Cocci Orientales, Cocculæ officinales, Cocci Indici, Cocculi di Levante* ſeu *Levantici*, *Grana Orientalia*, *Baccæ Cotylæ Elephantinæ*, *Baccæ Levanticæ*, *Baccæ Orientales* & *Piſcatoriæ*. Germ. Coccels=Körner / Doll=Körner / oder Fiſch=Körner. Fructus eſt magnitudine & figura ferè inſtar Lauri Baccæ racematim pediculis hærentes, Hederæ corymborum modo ex Alexandria adferuntur. Quidam *Solani maniaci*, alii *Tithymalli*, alii *Clematis fructum* cenſent.

*Coccimela*, à coccineo colore dicta ſunt capitula Cozuli, vel de Prunis, vid. *Dioſcorides.*

*Coccinilia*, *Coccionellæ* & *Cochionellæ*, Germ. Koſchionellen. Sunt vermiculi volantes, qui exſiccati ex Hiſpania & Indiis apportantur.

*Coccon*, Granum mali punici ſignificat *Lex. Brun.*

*Coccos*, Granum quodvis aut Baccam denotat. Strictè verò ab *Hippocr.* ſumtum pro Cocco Connidio, ſ. Baccis Laureolæ.

*Cocculæ Orientales* ſeu *officinales*, vid. Cocci Oriental. Germ. Coccels=Körner / Dollkörner / oder Fiſch=Körner.

*Coccum gnidium*, vide Semen Cocognidii, Germ. Kellers=Halß.

*Coccum infectorium*, } vide Kermes, Germ. Kermes=Beer.
*Coccus baphica*, }

*Cochia*, epitheton Pilularum officinalium uſitatiſſimarum, nimirum Pilulæ Cochiæ *Rhaſis*. Eſt etiam Suffumigatio quædam ſic nominata.

*Cochium*, *Kochium*, eſt quoddam Animal marinum, quod vulgo dicitur Vitulus marinus. Germ. Meer=Kalb.

*Cochlea*,

Digitized by Google

*Cochlea*, eſt nomen animalculi cujusdã teſtacei, è genere Limacum. Nam Limax quamvis aliquando generis nomen ſit, propriè tamen de iis, quæ teſtâ carent ſumitur. *Cochlea* autem nomen iis proprium eſt, quæ domicilium ſuum circumferunt. ( ſive eæ terreſtres ſint, ſive ▽tiles ) bina prætendentes Cornua, quibus iter explorant, quòd oculis ſint deſtituta. Præferuntur, quæ in locis apricis & vinetis degunt, herbisque vivunt odoratis, collectæ ante ſolis ortum. Germ. Schnecken mit- oder ohne Häuſer / weiſſe/ rothe/ oder ſchwartze. Vid Limaces.

*Cochlea*, ſeu *Concha margaritifera*, *Mater perlarum*, *Matriperna*, Germ. Perlen-Mutter/ vid. Mater Perlarum.

*Cochlea nuda*, vid. *Limaces*, Germ. Schnecken ohne Häußgen.

*Cochlear, Cochleare, Cochlearium*, quale Inſtrumentum ſit, notiſſimum eſt; ſumiturque pro Menſura medica, eſtque vel majus vel minus. *Galenus* de Pueris epilept. ſub f. L. 7.

*Cochlearia*, Germ. Löffel-Kraut. vid. Herbas & Semina.

*Cochlearia paluſtris*, Germ. Friſches Löffel-Kraut / vid. Herb. Plantag. aquatic.

*Cochlia*, vid. Cochlea, Germ. Eine Schnecke.

*Cochleare maximum*, pendet Drachmas quatuor: eſt ℥ß. ſ. ʒiv. *magnum* ſesqui Drachmon, ʒiß. *parvum* Drachmam unam ʒj. *minimum* Drachmam ſemis, ʒß. Germ. Löffel.

*Cocilio*, eſt Pondus undecim Unciarum ℥xj. Germ. 22. Loth.

*Cocleas*, *Cocles*, i. e. Antimonium ♁. Germ. Spieß-Glaß.

*Cocognidium*, *Laureola*, *Mezereon*. vid. Semen Cocognidii, Germ. Zeiland/ Zeidelbaſt / Kellers-Halß.

*Coctio Pharmacopœorum*, eſt in coquendis medicamentis, quæ nihil aliud eſt, quàm particularum quarundam, mediante Liquore, Extractio, Germ. Kochung.

*Codegi Indi*, id eſt, Folium Indum, Germ. Indianiſch Bladt.

*Codia*, ſunt Capita, nimirum Capita Papaveris, Germ. Mag-Saamen-Köpff. ex quibus Syr. conficitur.

*Cœcilia*, *Cæcula*, eſt nomen Serpentis, cujus morſus & venenum eadem cum amphisbœna aut vipera infert ſymptomata. vid. *Foreſtus* & *Aldrov* &c.

*Cœlum*, *Chymicis* ſignificat quintam Eſſentiam, formas rerum eſſentiales, vid. *Libav*.

*Cœlum Lullii*, eſt Spiritus Vini ▽. vel quinta eſſentia Vini.

*Cœlum Philoſophorum*, ſignificat Lapidem Philoſophorum, Medicinam Catholicam. *Mart. Rul.* & *Baſilii Val.* Scripta.

*Cœlum ſpagyricum*, eſt ſuprema pars vaſis Philoſophici, vid. *Mart. Ruland.* & *Johnſ.* &c.

*Colum* ▽*reſtre*, ☽*tum Cœleſte*, ▽ *Coeleſtis*, vid. ▽ Fidelis.

*Cœmentatio*, eſt per ſtratificationem & calcinationem reverberatio, vel per reverberationem calcinatio.

*Coementum*, vel *Cementum*, eſt [symbol] cujus ope Calcinatio cementatoria peragitur, vel ut alii, eſt mineralis acuta materia & penetrans, cum qua Metalla ſtrata ad cementandum, reverberantur. Eſtque vel ſimplex vel miſta; item in forma [symbol] ris vel paſtæ. *Lex. Brun.*

*Coenum*, eſt Lutum vel fimus.

*Coeruleus Lapis*, *Cyaneus Lapis*, *Lapis ſtellatus*, *Cyanon*, vid. Lapis Lazuli, Germ. Lazur / Bergblaue / Lazur-Stein.

*Coërcens Virtus*, Styptica, & ipſamet repercuſſiva poteſt dici.

*Coffe*, *Coffee*, *Coffi*, *Coava*, *Bon*, *Bunchum*, *Choava*, Fabarum ſpecies eſt, in Arabia felici naſcens; ex quibus toſtis & tritis ▽ fervida *TRa.* extrahitur,



Digitized by Google

tur, quæ ſorbillando à Turcis, Ægyptiis, Perſis aliiſque Nationibus ex vaſculis ebibitur. Arbor Evonomo ſimilis eſt, ſed folia craſſiora, durioraque habet, imò viridiora & perpetuo virentia. Singulæ vel plures fabæ folliculis Caſtanei coloris includuntur. Germ. Coffe/oder Caffe-Bohnen.

*Cohob*, & *Cohobium*, idem eſt quod Cohobatio.

*Cohobatio*, eſt Liquoris corpori ſæpius affuſi frequens abſtractio, ſeu deſtillatio & reiterata affuſio, vel exaltationis virium gratiâ, vel etiam majoris fixationis cauſâ. *Rolf.* Chym. Lib. 2. cap. 2.

*Cohol*, duo ſignificat; nam eſt omnis Medicina ocularis, & ſimiliter Antimonium. ♁.

*Col.* ità à Medicis præſcriptum, legendum eſt, Cola, Colaturæ, ſeu Colentur, &c.

*Col. add.* ità à Medicis præſcriptum legendum eſt Colaturæ adde, ſeû Colaturæ addantur &c.

*Colamentum*, in officinis Colatura eſt liquefactæ rei à fæcibus ſuæ turbulentæ ſeparatio *I. A. Ponth.*

*Colatio* aut *Colatura*, eſt id quod poſt coctionem & infuſionem, per cribrum, colatorium ſeu pannum percolatur, & ità à remanentibus craſſis ſeparatur.

*Colatorium*, eſt Cribrum, Linteum, Pannus aut aliud quid, per quod aliquid colatur. Germ. Colatorium / oder Seyh-Tuch.

*Colchicum*, ſeu *Ephemorum noſtràs*, Germ. Zeitloſen. Radix eſt Bulbo ſimilis, in pratis & locis humidioribus naſcitur; ea exſiccata flaccida eſt, minimè purgatoria ſed lethalis. *Joh. Rhen.* Germ Herbſtblumen / nackende Huren / Storchen-Brod / Nacht-Blumen / Spinn-Blumen.

*Colchicum non venenatum*, vid. Radices Hermodoctyli albi.

*Colcothar*, communiter eſt remanentia ſicca poſt deſtillationem 🜖tus & ⚬⚬⚬ci ⊖li, vulgo *caput mortuum* dictum, à quibuſdam atramentum rubeum appellatur, à *Paracelſo* Henricus rubeus. *Sign.* ⊛, Φ+.

*Colcothar*, apud *Paracelſum* dicitur Vitriolum fixum. *de Nat. rer. L. 7. de reſuſc. Rer. natur.* quandò videlicet phlegma à Vitriolo deſtillando abſtrahitur. atque hoc toties, donec Colcothar phlegma, ſive ▽am communem propriam imbiberit, neque ulla amplius ▽a deſtillaverit, licet △ne urgeatur. Dicitur *Serpens* ſeu *Lacerta viridis*, quæ propriam caudam devoravit.

*Coleritium*. *Coloritium* eſt Liquor compoſitus ex corroſivis Metallorum inimiciſſimis materialibus, quô probatur ⊙rum ad Lydium Lapidem affricatum, & cui nullum metallum, præter ⊙rum ſolum reſiſtere poteſt.

*Coliandrum*, i. e. Coriandrum, Germ. Coriander.

*Colirida*, eſt Cruſta panis. Germ. Brod-Rinde.

*Colium*, eſt Animal marinum; cujus virtus eſt propinqua virtuti Animalis Caſtorei.

*Colla*, Gluten vel Glutinum ſignificat, idquè omne dicitur, quo ſicca corpora uniuntur. *Colla libraria*, ex Simila, & Garo habet virtutem emplaſticam &c. vid. *Lex. Brun.*

*Collapiſcium*, Germ. Hauſenblaſen / vide Ichtyocolla.

*Collectio*, de variis uſurpatur v. gr. de Medicamentis ſimplicibus, Herbis &c. vid. *Schræd.*

*Colleticus*, hoc eſt facultatem habens glutinandi & conjungendi diviſas partes, *Galen.* Lib. 5. de S. F. cap. 2. Unde *colletica* ſive *glutinatoria Medicamenta*, vocantur, quæ diviſas partes in priſtinam unitatem reducunt. Sicut etiam Emplaſtrum ex ☩to, ♃ & ♄. factum.

*Collimus Lapis*, eſt Medulla Lapidis Aetitis, vid. *Schrœder.*

*Colliquatio chymica* ſeu *artificialis*, dicitur de rerum ſolidiorum vi △nis Liquefactione, quæ & Fuſio appellatur. *Rolſinc.* vocat Liquefactionem, eſtq;

Digitized by Google

eſtq; duplex, ſimplex & probatoria, *Chym.* Lib. 2. c. 2. Imò *Mart. Rul.* adhuc ſtrictiùs deſcripſit, reſpiciens ad præpoſitionem cum præfixam, quod ſit plurium fuſilium in △ne ad unum compoſitum per △neam eliquationem conjunctio.

*Collitrichon, Polytrichon nigrum, verum*, eſt Capillus Veneris, Germ. Frauen-Haar. vid. Herbas.

*Collix* Paſtillum vel Trochiſcum, ſignificat. vid. *Hippocrat.* & *Æginet.* eſt panis rotundi genus, Teſte *Ariſtoph.*

*Collyrium, Collurium*, quondam erat Medicamentum oblongum, quod in oculorum affectibus ſumebatur, in oblonga nonnunquam verò arbiculari forma paratum, & vehiculo convenienti pro oculis ſanandis diſſolutum. Germ. Augen Artzney / &c. vid. *Hippocr.* & *Galen.*

*Colocaſia, Faba craſſa*, & *pinguis*, *Aizoon*, *Agrion*, eſt Craſſula major, Germ. Knaben-Kraut / vid. Herbas.

*Colocynthis*, *Syciona*, eſt Citrulli ſpecies, amariſſima cucurbita & Cathartica, *Cucurbita agreſtris* & *ſylveſtris*, Germ. Coloquinten Aepffel wilder Kürbis. Exoticum eſt, advehitur nobis cortice denudato (& tunc albidi eſt coloris) ex Alexandria, Ægypto, Gallia, Hiſpania & Italia. Arabicè *Aibandal*, *Chandel*, *Handel* & *Handhal* &c.

*Colofonia* ſeu *Colophonia* dicitur, quod ex Colophone urbe olim advehebatur. eſt ſubſtantia oleaginoſa, flaveſcens, arida ac friabilis, reſidua ex reſinis; abietina ſtrobilinaque coctione dum purgantur vel deſtillantur, inſpiſſatis ac frigore induratis. Eſt etiam iſtud reſiduum, quod poſt deſtillationem Terebinthinæ remanet, dicitur & *Pix græca* ſeu *Brutia.*

*Color*, apud Chymicos eſt Tinctura legitima atque propria ejusdem ſubjecti, cujus nomen habetur. De coloribus ſpagyricis præſertim in negotio Lapidis Pcilosophici, plura loca quærenda in *Th. Chym.* &c.

*Color ultramarinus*, vid. Lap. Lazuli, Germ. Laſurſtein.

*Coloratio per ablutionem* eſt, cum fuſcedines ⊖les, aliæque ſordes colorem obſcurantes, acribus ▽is eluuntur, itaque color illuſtratur exaltaturve.

*Coloratio per calorem ſolum*, eſt modus colorandi, cùm e potentia in actum, ſeu ex occulto in manifeſtum, color protrahitur, adhibitio calore duntaxat alteratorio. Nequè ſolum principali extractionis fine hoc fit, ſed & inſervit Tincturis arcanis.

*Coloratio per externa* eſt, cùm ſuperficiebus duntaxat color exaltatur. Id fit variis modis, quibus aliter atque aliter diſponitur ſubjecti facies externa ad lumen diverſimode terminandum, unde oritur color diverſus &c.

*Coloratio per hauſtum Liquoris ingredientis*, eſt frequens admodum colorationis modus, per liquidam Tincturam, quam res colorandæ potare, ſeu combibere coguntur &c.

*Coloritium*, eſt Gradatio coloris, per paſtam acutam, quam Coleritium etiam nominant &c.

*Colubrina*, vide Radices Biſtortæ, Dracontii ſeu Serpentariæ.

*Colubrinum*, vide Lignum colubrinum.

*Colum*, eſt omne illud, per quod ad Liquorum depurationem, aliquid colatur & transmittitur, ut cribrum, linteum, manica *Hippocratis*, &c. Germ Eine Seye.

*Columba* ſeu *Columbus*, eſt Avis notiſſima, domeſtica & ſylveſtris. Germ. Eine Taube / ejus Stercus aliquando Emplaſtris admiſcetur.

*Columba alba* eſt Mercurius vitæ ☿ v.

*Columbaria*, vide Verbena, Germ. Eyſenkraut.

*Columbina*, *Dracontium*, *Serpentaria rubræ*, *Colubrina Fuchſii* & *Lon.* vid. Rad. Biſtortæ, Germ. Natter-Wurtzel.



Digitized by Google

*luthea*, eſt planta Sennæ ſimilis, ſed in duplo pondere adhibenda, aliquando Sennis admixta invenitur, vid. Folia Sennæ.

*Colymbades*, dicuntur Olivæ murcâ conditæ, Germ. Oliven.

*Colymbæna*, eſt nomen Aſtaci vel Squillæ marinæ, *Galenus L. 8.*

*Coma aurea*, vide Flores Stæchados citr. Germ. Rheyn-Blumen.

*Coma*, vide Summitates Herbarum.

*Combuſtio*, eſt Ignitio, corpora comburenda in calcem redigens, Incineratio, vel Vitrificatio.

*Comeos*, eſt omne Gummi, in ſpecie verò dicitur Gummi Arabicum.

*Cometz*, eſt Gutta ſemis gtt. ß. Germ. Ein halber Tropffe.

*Comidi* & *Comiſdii*, eſt Gummi Arabicum. ℨ. Germ. Arabiſches Gummi.

*Comidionis*, eſt Semen Papaveris albi. Germ. Weiſſer Mahn-Saamen.

*Dactylus, Palmulæ, Caryotæ, Nucleus palmæ* & *Caryotides*, Germ. Dacteln oder Datteln. Eſt Fructus palmæ, oblongo-rotundus, dulcis, intus duriſſimum continens nucleum. Arbor procera eſt, viginti paſſuum & amplius, creſcit in Judæa, Syria, Paleſtina, Africa, Ægypto, India, &c. Advehitur ex Alexandria Ægypti. Folia enſibus ſimilia habet, deorſum cannarum modo decidentia, vere floret. Ramus enim quodam involucro oblongo, veſicæ modo, ad ver usque clauſo & tunc aperto præditus, flores emittit parvos, albos, odoratos, racematim deorſum ab involucrô reſidentes ac pendentes. Autumnô fructus maturantur.

*Dadaſilion*, i. e. Filius ante Patrem.

*Dadarus*, eſt Gummi Opoponax.

*Daſimidis*, id eſt Mucilago, Germ. Schleim.

*Daſnidis*, eſt quædam ſpecies Caſſiæ ligneæ.

*Daſnocbochi*, ſunt Baccæ Lauri. Germ. Lorbeer.

*Daſrues*, eſt Medicamentum Metallicum.

*Dadalus*, vocatur Mercurius ☿. Germ. Queckſilber.

*Daga*, eſt Mordicatio facta à ſtercore.

*Dahamete*, i. e. Adamas, Germ. Diamant.

*Daib, Deab, Deheb, Dehebeb*, iſt eſt Aurum ☉. Germ. Gold.

*Dalin*, nomen eſſe Inſectorum è ſtercoribus oriundorum, incertum, patet ex *Paracelſ.* Lib. 1. Philoſ. ad Athen. cap. 20.

*Dama*, vid. Rupicapra, Germ. Gämbſe.

*Damaſſonium*, ſeu *Aliſma* & *Mentha Saracenica*, Germ. Frauen-Balſam / oder Frauen-Müntz. vid. Herbas.

*Danati* & *Daniti*, eſt Pondus ſex granorum hordei.

*Danic*, eſt Pondus ſex Granorum, Germ. Ein Gewicht von 6. Gran.

*Danich*, eſt Lupinus, videatur Lupinus, Germ. Feygbohnen.

*Danſir*, *Denſir*, eſt Arena ∴. Germ. Sand.

*Daphne Alexandrina, Laurus Alexandrina, Boniſacia, Uvularia, Lingua pagana*, Germ. Zäpfflein-Kraut / vid. in Herbis Hippogloſſum.

*Daphnoides*, vid. Cort. Mezerei, Germ. Seydelbaſt-Rinden.

*Daram*, id eſt Gemma. Germ. Edelgeſtein.

*Darchem*, eſt Cinamomum ſelectum & purum.

*Darſium*, eſt Cinamomum, Germ. Zimmet.

*Daſypodia, Cybelia, Quadrageſima*, vid. Flor. Violarum, Germ. Violen-Blumen.

*Daſypus*, h. e. villoſos pedes habens. Strictè Cuniculum ſeu Leporem ſignificat.

*Datura Indorum*, eſt Planta ex generibus Stramoniarum, & vim habet inſigniter anodyno-narcoticam, vid. *Bartholinus* & *Bertoletus*.

*Daucus*, vid. Semen Dauci. Germ. Vogelneſt-Saamen.

*Daueridon*, eſt Oleum Nardynum, Germ. Narden-Oehl.

*Daura eſt* Elleborus, Germ. Chriſt-Wurtzel / alii Aurum foliatum intelligunt. Germ. Geſchlagen Gold.

*Daurach*. id eſt Pondus, Germ. Gewicht.

*Dauſis*, eſt Avena, Germ. Haber.

*Daximalios*, i. e. Urtica, Germ. Brenneſſel.



Digitized by Google

*Daximium*, eſt Rubia tinctorum, Germ. Färber-Röthe.
*Dealbatio*, ſive *Leucoſis*, pertinet ad artem Coſmeticam, quâ facies, dentes, cicatrices vel aliud quid dealbatur. Pertinet quoque ad ſpagyricam, ità dealbatio dicitur 3tium opus in regimine Lapidis Philoſophici. Dealbandi quoque modos fucatos, quibus Metalla tingi poſſunt, tradidit *Paracelſus* in Manual.
*Deauratio*, dicitur, quando Pilulæ ob amaritiem evitandam aurô foliatô obducuntur. Item Tinctura fucata metallorum, monetarum &c. in colorem ☉reum.
*Debalium*, eſt Polium, Germ. Polen.
*Debe*, i. e. Aurum, ☉ Germ. Gold.
*Deben*, eſt Oleum, quod fit de Been fructu.
*Debeſis*, id eſt, Teſtudo. Germ. Muſcheln.
*Decamyron*, eſt nomen malagmatis apud Oribaſium, quod ex decem aromatum generibus paratur, vel unguentum Nardinum intelligitur.
*Decantatio*, eſt Liquoris materiæ ſupereminentis per inclinationem effuſio. Germ. Abgieſſung.
*Decatorthoma*, dici poteſt Medicamentum compoſitum, quod ex decem ſimplicibus parari poteſt & componi ſolet, *Keuchen ad Seren.*
*Dechiceſchene*, i. e. Farina hordei. Germ. Gerſten-Mehl.
*Dechin*, dicitur omne Oleum præter illud olivarum.
*Decimar*, eſt plumbum naturæ ♃ vis. Germ. Bley in der Natur Zinns.
*Decoctio* ſeu *Decoctum*, vid. Apozema.
*Decoctum ♀ niale*, ℞. Ligni Lentiſcini, viſci quercini aa. ℥vj. fol. beton. mj. raſuræ ſaſſafras ℥j. ♁ nii crudi craſſe ♉ ſat. in petia ligat. ℥ij coque in ſ. q. ▽ Fontanæ ad ℔ij. fiat colatura. Doſis ℥vi. manè &c.
*Decompoſitum*, auget ſignificationem compoſiti, eſtque illud, quod jam in compoſitione (ut dicunt) per corruptionem & generationem convenerit.
*Decorticatio* eſt, quando res, ut fructus, radices, ſemina &c. à ſuis corticibus liberantur, vid. Excorticatio, Germ. Schelung/ oder Abſchelung.
*Decrepitatio*, de Sale communi & ſimilibus dicitur, quæ cum ad ▽ nem ſine fuſione calcinantur, ſtrepitum ſeu crepitum edunt. Germ. Krachung.
*Decupelatio*, idem quod Decantatio. Germ. Abgieſſung.
*Decuſis*, idem quod *denarius*, vel unicæ pars ſeptima.
*Declaſion*, i. e. Mentaſtrum.
*Declichiſa*, eſt cortex Indus ſtypticus.
*Deeb*, i. e. Aurum. ☉.
*Deen*, eſt Lignum Indum.
*Defectus*, ſignificat abſentiam vel carentiam alicujus rei, quæ uſu æſtimatur, Germ. Mangel.
*Defenſivum*, Chirurgis vulgare nomen eſt. *Paracelſus* etiam ad interna tranſtulit, per *defenſiva* intelligens *Confortativa*, & *quæ Symptomata graviora probibent.*
*Deflagratio*, eſt operatio chymica, quâ Medicamenta deflagrantur, hoc eſt, per △ nem ſubito purgantur, ut eſt Nitri cum 🜍 re, ♀ nii cum ⦶ tro, unde ſubito flamma exoritur. Germ. Brunſt.
*Defrutum*, eſt muſtum ad dimidias coctum, ut *Sapa* ad tertias, Germ. Ein gekochter Safft.
*Degegi*, id eſt, gallina, *Mart. Rulandus.*
*Dego, Degoa*, eſt Lac, ex quo extractum eſt Butyrum.
*Dehen*, eſt quodvis Oleum, exceptô oleô olivarum.
*Dehene, Dena, Dehin*, eſt Sanguis. Germ. Bluth.
*Dehenes, Duenes*, eſt Atramentum. ⊖.
*Dehener, Duenec, Duhenec*, id eſt ⊕ Romanum, vid. Vitriolum.
*Dehim & Dem*, eſt ſanguis hominis, Germ. Menſchen-Blut/ *Lexic. Johnſoni.*

Deje-

Digitized by Google

*Dejectoria*, vide *Catoretica*, Germ. Unter ſich purgiren.
*Deiſparia* dicuntur, quæ difficile corrumpuntur in Cibis. *Oribaſius.*
*Deleterium*, eſt quodvis venenoſum, ab eſca, quâ animalibus exitus paratur.
*Deliquium* in aëre, eſt Liquatio concreti, quæ fit, in ſinus ante ſe humiditate externa, & ſiccitatem reſolvente, ut fluat. Itâ reſolutum quod eſt, liquor vocatur, & conſiſtentiam habet ▽eam.
*Deliquium Chymicum*, eſt deſtillatio per inferiora, mediante △ne: vel calcis in cellis humidis ſuſpenſæ deliquatio, & in humorem lixivioſum reſolutio.
*Deliquium*, eſt Deſcenſio frigida, quando Corpora coagulata cellæ, aëri, puteo, aut alii frigido & humido loco ſuper Marmore, tabula vitrea, vel in manica Hippocratis (ut vocant) expoſita, externæ humiditatis hiſce corporibus ſeſe adjungentis adjuvamine, in liquorem reſolvuntur, & in ſubjectum vas defluunt & deſtillant. Reſolvuntur autem in frigido potiſſimum pulveres calcinati, ſalia & ejusmodi alia Corpora ſalium naturam redolentia. Sed omnia, quæ in frigido reſolvuntur, in calido rurſus coagulantur.
*Deliquium embapticum*, eſt, cum res in humorem demerſa eo usque detinetur, donec delicuerit. Hoc fit dupliciter, nam res aut vaſculo contenta immergitur, aut ipſa humoris ſubſtantia non accedat, vel ſaltem tenuiſſimus ſudor permeet, veluti cum in Vaſe cereo, vel veſica bubula imponitur, & cum delicuit, extrahitur; quæ res ſi humor eſt calidus (quod fit plerumque) ſimulacrum balnei eſt; aut in ipſum humorem ſinitur diffundi, ſeu nudè ſeu lintea petia interveniente, qua ſimul ſegregantur fæces, ſeu ſordes &c. Videantur *Mart. Rul.* & *Johnſon. Lexicon.*
*Deliquium vaporoſum*, eſt, cum res in ſubtilem [symbol]rem redacta aëri vapido exponitur, & humeſcendo in Liquorem ſolvitur &c.
*Delitron, Delitiron*, eſt venenum pharmacum.
*Delon*, eſt Fructus Melonis, Germ. Melonen.
*Delphax*, idem quod *Scropha* ſive *Sus fœmina.*
*Delphinus*, nomen piſcis eſt ex Cetaceorum genere, *Gal.* Lib. 3. ob nimiam pinguedinem lardo porcorum non cedentem, *Porcus marinus* dict. &c.
*Delphus*, item *Edelphus*, terminus Paracelſicus, quò denotatur ſeparatio aliqua de Mineralibus, v. gr. d. o-o co.
*Dem* & *Dehim*, eſt ſanguis hominis. Germ. Menſchen-Bluth.
*Demadeſco*, eſt probè madeſio.
*Demalchoera*, *Demelandrium*, i. e. ſanguis Draconis, Germ. Drachen-Blut.
*Demerſio* ſive *Immerſio*, eſt, quando Chymici Metallum aliquod liquori ſolventi ſubmergunt, Germ. UnterduncFIXung.
*Demeſt*, eſt Arbor Lauri, vid. *Avicenn.*
*Denarius*, eſt Unciæ pars ſeptima. Uncia enim continet ſeptem Denarios, aliquando etiam pro Drachma ſumitur, vid. *Aureus.*
*Denarolibanum*, *Herba ſalutaris* ſivè *Iberitis Apulei*, vid. Roriſmarinus, Germ. Roßmarin.
*Denequat*, i. e. Borax, Germ. Borax. [symbol].
*Denodatio*, i. e. Diſſolutio.
*Denoquar*, eſt Borax [symbol]. Germ. Boras oder Borras.
*Dens Apri* ſeu *Suis feri*, Germ. Wilder Schweins-Zahn. vid. Dentes Apri.
*Dens*, *denotat* partes oſſeas in utraque maxilla occurrentes certis alveolis, quæ pothria dicuntur, infixas, quæ radices vocantur, & partim ſupra gingivas extantes, vid. *Lex. Brun.*
*Dens caballinus*, vid. Hyoſciamus, ſeu Sem. Hyoſciami.
*Dens caninus*, vid. Herb. ſeu Rad. Taraxaci, Germ. Pfaffen-Röhrlein Wurtzel.
*Dens equi marini* ſeu *Hippopotami*, Germ. Meer-Pferds-Zahn. Vid. Hippopotamus.
*Dens Leonis*, vid. Herb. ſeu Rad. Taraxaci.

*Dentales*, *Antali*, ſunt Oſſa ſatis alba, ſicut canini dentes, ſed longiores & intus perforati & inanes. Oriuntur in cavernis lapidum exiſtentium in profundo maris. Frigida ſunt, & virtutem habent abſterſivam.

*Dentalis lapis*, dicitur materia illa tartarea vel tophacea, quæ ex vitrioſis portionibus coagulatis adhæret dentibus, & in Lapideam ferè duritiem conſolidatur. *Helmontius*.

*Dentalium*, *Dentale*, Germ. Zahn-Muſcheln. Eſt ſpecies Conchilii, vel Conchula parva oblonga exterius aſperula, intus læviſſima.

*Dentalium* & *Dentale*, quoque Conchula marina eſt parva, alba, glabra, dentatam rimam habens, hinc *Dentale*, *Dentalium*, Germ. Zähn-Schnecken-Stein. Inveniuntur ad maris Ripas.

*Dentaria Apuleij*, *Uva ſerpentina*, vid. Rad. Bryoniæ, Germ. Zaun-Rüben.

*Dentaria major* & *minor*, vid. Radices Dentariæ.

*Dentaria radix*, vid. Rad. Pyrethri, Germ. Bertram-Wurtzel.

*Dentarius*, nomen eſt Medici vel Chyrurgi, qui ex profeſſo artem dentes evellendi & curandi exercet. *Gal.*

*Dentes apri*, Germ. Wilde Schweins-Zähn, ad Pleuritidem adhibentur. Sunt dentes animalis ſatis noti.

*Dentes equi marini* ſeu *Hippopotami*, Germ. Seepferds-Zähn.

*Denticaria*, eſt plumbago, propter vim nimirum ſuccurrendi dentibus dolentibus, ita nominata. vid. *Panarollus*, *Strobelberg* & *Taberna montanus*.

*Dentifricium*, eſt Medicamentum ad dealbandos, extergendos & ſtabiliendos dentes, gingiviſque roborandis paratum. Germ. Zahn-Pulver.

*Dentrificium infantum*. ℞. Butyri rec. ℥j. cerebri leporini ℥ß. anaphromel. ʒvj. corall. rubr. ppt. ℥ß. Miſce.

*Dentrites*, *Lithodendron*, *Gorgonia*, *Curallium*, *Corallium*, *Corallum* vid. Corallium.

*Deob*, dicitur Aurum ☉. Germ. Gold. Limatura ejus confert Cardiacæ Melancholicæ, & debilitati Cordis.

*Deobſtruentia* ſive *Deoppilantia*, ſunt Medicamenta quæ obſtructiones aperiunt.

*Deoppilantia*, *Deoppilativa*, etiam dicuntur Medicamenta Aperientia, Deobſtruentia. *Helmontius*.

*Dephlegmatio*, eſt Operatio, qua reiterata deſtillatione, ▽ ſuperflua à -}- bus, vel puriori parte ſeparatur. Germ. Säuberung von den wäſſerichten.

*Depilatorium*, dicitur Medicamentum, quod Pilos corrumpit, eſtque triplicis generis: vid. *Lexic. Brun.*

*Deps*, eſt Pulegium agreſte, Germ. Feld-Polen.

*Depſis*, i. e. Declinatio morbi.

*Depuratio*, eſt rei alicujus puri ab impura ſeparatio, ut eſt deſpumatio, clarificatio &c. Germ. Säuberung.

*Depuratio*, *Mundatio*, ſumitur à Chymicis pro exaltatione alicujus rei, vid. *Theatr. Chym.* Vol. II.

*Deraſium*, i. e. Caryophyllata. Germ. Naroffel Wurtz.

*Deris*, idem quod *Cutis*, *Corium*, *Aluta*, Germ. Haut / oder Leder.

*Derma*, hoc eſt *Cutis*, *Corium*, *Aluta*, Germ. Haut oder Leder.

*Derobub*, eſt Milium Solis.

*Derolifar*, i. e. Mentaſtrum.

*Derquet* eſt Vernix. Germ. Fernitz.

*Derſes*, eſt occultus Terræ fumus ſeu vapor, ex quo naſcitur omne lignum & creſcit: hoc eſt ſuccus arborum nutritius. *Mart. Rul.*

*Derunagati*, eſt Eſula, Germ. Wolffs-Milch / Teuffels-Milch.

*Deſcenſio*, chymicè accipitur pro Deſtillatione per deſcenſum, eſtque calida vel frigida.

*Deſcenſio calida*, (vulgo Deſtillatio per deſcenſum) eſt liquoris è corporibus diſſoluti inverſo vaſe Deſtillatio.

*Deſcenſio frigida*, eſt quando liquor diſſolutus in frigido deſcendit, eſtque deliquium vel Philtratio.

*Deſcenſo-*

Digitized by Google

*Deſcenſorium*, eſt Fornax vel Furnus Chymicis familiaris, deſtillationibus per deſcenſum inſerviens.
*Deſcenſum* ſeu per *deſcenſum deſtillare*, vid. Deliquium.
*Deſeful*, i. e. Fungus. Germ. Erd-Schwamm.
*Deſiccatio*, eſt ſuperflui Humoris vel Humiditatis per calorem, Evaporatio. Germ. Außſtreckung.
*Deſmidion*, ſignificat *Faſciculum* ſeu *Vinculum*, ſumitur quoque pro *Manipulo*, ut eſt apud *Scribon*.
*Deſpumatio*, eſt alicujus rei, ut Syrupi, Mellis &c. Spumæ detractio. Germ. Abſchäumung.
*Deſtillatio*, eſt partium humidarum vel [symbol]ſarum, in halitus fumosve vi ▽nis extenuatarum atque elevatarum, extractio; Deſtillatio fit per *Cucurbitam*, *Deliquium*, *Deſcenſum*, *Philtrum*, *Retortam*, *Veſicam* &c. eaque in [symbol]na, MB. fimo, reverberio, ☉le, vaporibus &c. peragitur. German. Deſtillirung / Abtropffung. *Sign. a*, 4, [symbol], [symbol], [symbol], ∂, [symbol], [symbol], [symbol], ✝, [symbol], [symbol], [symbol], [symbol], [symbol], ϑ, [symbol], [symbol], [symbol], [symbol], [symbol], [symbol], [symbol].
*Deſtillatio Chymica* ſeu *Spagyrica*, in ſpecie circà negotium Lapidis Philoſophici. Quæratur in *Theatr. Chym.* Indicibus Vol. III. pag. 411. 441. 451. &c.
*Deſtillatio per Aſcenſum*, eſt & fit per Cucurbitam figulinam, ſtanneam vel vitream, impoſitô alembicô, item per veſicam.
*Deſtillatio per Deſcenſum*, eſt & inſtituitur per [symbol]am, præpoſitô recipiente magno. Fit etiam per deliquium, vide ſupra.
*Deſtillatio per Inclinationem*, eſt quæ fit vaſe continente materiam in latus inclinato, roſtrô deorſum vergente. Illud Vas cum plerumque ſit Retorta, etiam Deſtillatio per [symbol]tam opus nominatur.
*Deſtructio*, Chymicis dicitur Diſſolutio vel Deperditio priſtinæ & nativæ ſuæ formæ vel Conſiſtentiæ, & Mutatio in alienam, vid. *Paracelſ.* & *Th. Chym.*
*Detei, Dethei, Dethui, Detui*, eſt Granum ſimile Hordeo, longius & ſtrictius, magis ſolidum & amarum. In India invenitur. *Plin.*
*Detergens*, idem eſt quod Abſtergens, vid. Abluentia.
*Detergentia*, vid. Abſtergentia, Germ. Abſtreichende Mittel.
*Detorſorius*, idem quod Abſterſorius.
*Detonatio*, eſt terminus Chymicus, quô indicatur Operatio deflagrationis & calcinationis per ⦶ in præparationibus ♁nialibus, de quibus vid. *Rolf. Schrœderum*, & alios. Germ. Verbuffung.
*Detritio* eſt Tritura. Germ. Kleinſtoſſung.
*Deunx*, ſunt Unciæ undecim, ℥xj. Libra medica ſive Romana, continet Uncias duodecim ℥xij. ideoque Deunx eſt quaſi deeſſet Uncia. *Lex. Blanc.*
*DEUS*, neque hujus mentio omittenda in Medicina, cum ille ſit Author principaliſſimus omnium Bonorum & ità quoque Artis Medicæ, cauſa primaria Sanitatis & Operationum Medicarum ſalutarium. Homo homini DEUS, & ità Magiſtratus & Medici quoque *Dii*. Medicamenta quoque M*anus DEI* dicuntur &c.
*Devſen*, eſt Herba, cujus folia ſunt ſimilia foliis Tritici, ſed ſunt leviora. Fructus ejus habet Velamina duo aut tria, ſimilia Pilis. Succus conſervatus eſt calidus in primo, & ſiccus in ſecundo Gradu.
*Devteria, Devterias, Deuterinar.* Accipiuntur hæc vocabula pro Vino ſecundario, viliori, *Lora* aliàs dictô, paratô ex ▽ vinaceis affuſo illa macerante. *Lex. Brun.*
*Dextans*, eſt nomen Ponderis, pendens Uncias decem ℥x. Germ. Zehen Unzen / oder 20. Loth. Tota Libra medicinalis eſt vel ſunt Unciæ duodecim ℥xij. (oder 24. Loth.
*Dextra Manus Medici*, eſt Pharmacopœus.
*Dezijar*, i. e. Abrotanum. Germ. Stab-Wurtz.
*Dheeb*, i. e. Aurum. ☉. Germ. Gold.
*Dhnebachil*, i. e. Cauda equina.



Digitized by Google

*Dia*, eſt Præpoſitio, quæ ſæpè additur præparationibus medicamentoſis, ut, *Diaprunum*, hoc eſt, compoſitio ex prunis, ſic dicitur *Diaſenna*, *Diajreos*, *Diaphœnicum* &c.

*Diabiſaſa*, eſt Semen Rutæ agreſtis, Germ. Rauthen-Saamen.

*Diabiſſara*, eſt Confectio Diahirundinis, à Biſſara, quam recipit, vid. *Oribaſius.*

*Diabotanum*, dicitur Emplaſtrum ex herbis confectum, cujus deſcriptionem vide in *Galen.* Libr. 6.

*Diabroſis*, *Anabroſis*, eſt Eroſio à re acri & mordaci facta.

*Diacadmias*, eſt nomen Emplaſtri à Cadmia ſeu baſi ita dicti, apud *Scribon.* Larg. comp. 242. cui ſimile legitur apud *Gal.*

*Diacarcinon*, eſt nomen Antidoti ex cancris, adverſus morſum Canis rabidi. *Gal.* Lib. 11. &c.

*Diacaryon*, id eſt Rob Nucum, Germ. Nuß-Schelffen-Safft.

*Diacatholicum*, dicitur quaſi Univerſale.

*Diaceltateſſon* Paracelſi, eſt ☽tum vivum vulgi, coagulatum in Alteheſt & tinctum cum ▽ ovorum, fitque arcanum Corallinum, de eſſentia & conditione aureitatis, quia eſt etiam horizontale. *van Helmont.*

*Diacheiriſmos*, eſt Tractatio manuaria, quæ manibus perficitur. Dicitur de Medicamentorum præparatione apud *Hippoc.* Lib. 2.

*Diachryſu*, nomen Emplaſtri ad fracturas, Aureum dicendum apud *Gal.* &c.

*Diachylon*, Emplaſtrum dicitur ex mucilaginibus ſive ſuccis compoſitum, emolliens, concoquens.

*Diachytos*, eſt nomen Vini, quod paratur uvis in ☉le ſiccatis, locô clauſo per dies ſeptem in cratibus totidem pedes à terra altè, noctibus à rore defenſis, octavô die calcatis. Ità fieri optimi odoris ſaporiſque vinum, teſtantur ex *Plinio*, Lib. 14. cap. 9.

*Diacilon*, eſt Succus Fœnugræci.

*Diaciminum*, eſt Electuarium de Cimino.

*Diaclyſma*, ſignificat ſpecialiter *Collutionem oris* per liquores, qui in ore detinentur, iterumquè exſpuuntur; & ſub ſe comprehendit Gargariſmum & Apophlegmatiſmum, *Schrœd.* Lib. 2. cap. 61.

*Diacochlacon*, eſt nomen Lactis, in quo ſilices igniti prius ſunt extincti.

*Diacodion* ſeu *Diacodyon*, eſt Confectio ex capitibus papaveris parata, cujus varias formulas veterum tradidit *Galen.* Lib. 7. de C. M. S. L. cap. 2.

*Diacodion montanum*, eſt Syr. de ſiliquis, Germ. Johannis-Brod-Safft.

*Diacodion ſimplex*, eſt Syr. papaveris albi, Germ. Weiſſer Mag-Saamen-Safft.

*Diacodion ſolidum*, ſeu *in ſolido uſitatum*, eſt Confectio in Rotulis ex Emulſ° ſem. papav. albi & ſ. q. ſacchari albi.

*Diacomidion*, eſt Gummi Arabicum.

*Diacones*, eſt nomen Emplaſtri ex cote parati, *Galen.* Lib. 6.

*Diacoprægia*, eſt Medicamentum ex fimo vel ſtercore Caprino, adverſus ſplenes & parotides paratum, *Lex. Blanc.*

*Diacorum*, eſt Confectio ex Acoro ſive calamo aromatico à Meſue excogitata, cujus deſcriptionem & commendationem *Zwölfferianam* vid. in Diſp. Auguſt. Claſſ. 14.

*Diacriſis*, denotat Chymicam ſolutionem.

*Diacrocu*, eſt nomen Collyrii ſicci, quod Crocum recipit, apud *P. Æginet.* Lib. 7. cap. 16.

*Diacydonium* ſeu *Diacydonites* & *Diacithoniton*, Germ. Kütten- oder Quitten-Lattwergen / eſt Confectio ſtomachica, ex ſucco malorum Cydoniorum vel Cotoneorum parata. Vid. Diſpenſat.

*Diacrydium* ſeu *Diagrydium*, eſt Scammonea præparata.

*Diadaphnidon*, nomen eſt Emplaſtri, ad extrahendum, & pus movendum, à baccis

Digitized by Google

baccis Lauri ingredientibus ſic dicti, cujus Deſcriptionem vide apud *Celſ.* Lib. 5. cap. 19. Germ. Ein Zugpflaſter.

*Diadopniodon*, eſt Epithema ex Lauro viridi.

*Diadiptamum*, Emplaſtrum eſt à Diptamo.

*Diæretica* ſunt Medicamenta Corrodentia & Exedentia.

*Diaelectri*, ſunt Trochiſci de Karabe, nam Electrum eſt Karabe.

*Diaglaucia* ſeu *Diaglaucium*, eſt nomen Collyrii ad incipientes Lippitudines & Ophthalmias laudati à *Scribon.*

*Diagrydium* eſt Scammonium præparatum.

*Diagrydium ♁niatum*, eſt Pulvis Comitis à Warwich, ſeu Cornachinus.

*Diagrydium roſatum*, præparatur per infuſionem Succi Roſarum.

*Diagrydium 🜍ratum*, præparatur per fumum Sulphuris, & nominatur *Cholagogum ſimplex.*

*Diabimabad*, eſt Cataplaſma. Germ. Ein Umſchlag.

*Dialoës*, dicitur de Medicamentis Aloën baſin habentibus. Ità Hiera Officin. Picra vocatur &c.

*Dialon*, i. e. de Sale, undè Emplaſtrum ſeu Cerotum Dialon dictum à Sale quod recipit. *Oribaſius.*

*Diamarenatum*, dicitur Confectio ex Ceraſis acidis, in pulpam redactis & per Cribrum trajectis. Cum Saccharo ut & Aromatibus parata, unde dividitur in Diamarenatum ſimplex & compoſitum, apud *Schrœd.* Lib. 4. Germ. Amarellen- oder Wein-Kirſchen-Lattwergen.

*Diamas*, eſt Adamas, Germ. Diamanth.

*Diamaſcien*, *Dyamaſſien*, id eſt Flos Æris.

*Diamaſtema*, eſt Maſticatorium.

*Diamoncos*, i. e. Saxifragia. Germ. Stein-Bruch.

*Diamoron*, eſt nomen Medicamenti in Officinis notiſſimi, ſive Rob ex Moris parati. Videantur Diſpenſatoria.

*Diana*, Chymicis ænigmaticè dicitur ☽*tum Philoſophorum*, ☽*na alba*, 🜃*Virgo. Libav. Alchym. Pharm.* cap. 31. &c.

*Dianucum*, eſt Rob ex ſucco Nucum paratum, Germ. Nuß-Schelffen-Safft.

*Diapaſma*, Plinio, Medicamentum aridum ex ſiccis Pulveribus conflatum inſperſile, quod aut veſtibus ad gratiam odoris, aut ulceri, vulnerique variâ ratione, aut potui etiam ad luxum inſpergitur.

*Diapencia* & *Diapenſia*, vide Alchimilla & Sanicula.

*Diaphœnicon* ſeu *Diaphœnicum*, dicitur Medicamentum ex Palmulis ſeu Dactylis confectum, vel Emplaſtrum calidum & frigidum ſtomachicum, *Meſuæ* in Diſpenſatorio Auguſt. &c.

*Diaph.* ità à Medicis præſcriptum, legendum eſt Diaphoreticum.

*Diaphorare*, eſt Reſolvere & Conſumere, inde Diaphoretica, i. e. Reſolutiva & Conſumptiva; inde Diaphoreſis quæ eſt Reſolutio, aut ſudoris Provocatio, quæ fit pororum apertione.

*Diaphoreticum*, eſt Medicamentum Sudoris expulſivum.

*Diaphoreticum* ♃le. præparatur ex butyro ♃li, beneficiô ▽ Pluvialis, ≂tus ☿ edulcoratur & exſiccatur, quidam putant *Antihecticum Poterii.* ♃♁.

*Diaphoreticum ♂le*, præparatur ex ♁nii optimi & ☿ſati & ⊸tis. aa, optimè mixta donec ceſſat fumus calcinentur, mixturæ ☿ ſatæ addatur 3. plum 🜕tri optimi & procedatur ut in præparatione ♁nii Diaphoretici & hoc eſt Cachecticum Ludovici, *Sig.* ☿♂, ♁→.

*Diaphriges* & *Diaphryges*, tria ſunt Genera ſeu Species ſecundum *Dioſcorid.* Lib. 5. cap. 69. 1. eſt Genus ſcilicet nativum metallicum, quod in Cypro gignitur & extrahitur ſolum lutoſum &c. Vid. *Dioſc.* & *Mart. Rul.*

*Diaphrygis*, prima ſpecies factitia, eſt Fæx Æris perfecti ſubſidens, & fit ſimul cum flore Æris, obfuſione frigidæ ▽æ ſublatoære, fornacum in ima parte cohærens invenitur, habens aſtrictionem & guſtum Æris. Alterum factitium genus eſt ſimpliciter, quando Pyrites ut Calx concrematur in Camino, donec rubeſcat, ut rubrica.

*Diaphros*, id eſt, quod ſpumat. Germ. Etwas das ſchaumt.

*Diaplaſmata*, vocantur odoriferæ Confectiones, quæ ex ſiccis odoribus componuntur. *Plin.* Lib. 13. cap. 1.
*Diaprunis*, ſeu *Diaprunum*, eſt nomen Confectionis ex prunis, vel Electuarii, & quidem vel ſimplicis alterantis vel compoſiti laxantis & ſolutivi, vid. *Diſp.*
*Diapyema, Diapyeſis, Diapyon*, Suppuratum & Suppurationem ſignificat, unde & Medicamenta Suppurantia vocantur, ſuntque moderatè calida & humida, aliàs Maturantia dicta. *Gorr.* pag. 106.
*Diapyetica*, ſunt Medicamenta pus maturantia. *Lex. Bl.*
*Diaronia*, i. e. Electuarium de Aromatibus.
*Diaromaticum eſſentiale* eſt Ambra moſchata in forma ſicca. Germ. Haupt-ſtärckendes Ambra-Pulver.
*Diarodomel*, fit de Melle & Roſis.
*Diarrhodon*, eſt Medicamentum ex Roſis factum & dictum, vel externum vel internum. Inter notiſſima Confecta vel Species, ſunt *Species Diarrhodon Abbatis*, &c.
*Diaſatyrion*, eſt Confectio Venerem excitans. vid. *Diſpenſ.*
*Diaſcinci* vel *Diaſcincu* eſt nomen Antidoti Mithridatii, Eupatoris, à baſi Scinco ità dicti, quâ uſus eſſe Rex adverſus venena legitur apud *Gal.* l. 2. de Ant.
*Diaſmyrnon* vel *Diaſmirnes*, eſt nomen Collyriorum, quæ multum Myrrhæ recipiunt. *Gal.* Lib. 9.
*Diaſpermaton*, eſt nomen Medicamenti topici vel Malagmatis ità dicti, quod ſemina recipiat, præſertim Fœnum græcum. *Gal.* Lib. 7. meminit tamen idem alterius interni, uti videtur, remedii *Diaſpermaton* dicti, quod vim narcoticam obtinuit, quamvis Deſcriptionem non addiderit. L. 5. *M. Med.* cap. 13.
*Diaſpoliticon Galeni*, ex Cumino & Nitro, egregium eſt in malo Hypochondriaco. Vid. *Etmüllerus.*
*Diatecolithu*, nomen eſt Medicamenti vel Antidoti, ità dicti à Lapide judaico, qui ingreditur, apud *Æginet.* Lib. 7. c. 11.
*Diateſſadelton*, dicitur ☿ ♁tus à *Mart. Rul.* & *Johnſ.* vid. *Diaceltateſſa.*
*Diateſſaron* ſeu *Diateſſarum*, eſt Medicamentum ex quatuor Ingredientibus compoſitum, nempe ex Ariſtolochia, Baccis lauri, Gentiana & Myrrha, quæ Melle excipiuntur. Sed nomen nimis vile, pro tam egregio Medicamento. Externum eſt Emplaſtrum, quod videre eſt apud *Gal.* Lib. 5.
*Diatettigon*, id eſt Medicamentum ex Cicadis, epitheton Antidoti nephriticæ, apud *Æginet.* Lib. 7. cap. 11.
*Diatrion pipereon*, eſt nomen Specierum, vel Confectionis Stomachicæ, quæ recipit tria Piperis genera, album, longum & nigrum. *Gal.* Lib. 4. & Diſpenſatoria.
*Diatron, Diateon, Diaſron*, eſt Ulcus vetuſtum. Germ. Ein alter Schaden.
*Dibic*, i. e. Viſcus quercinus. Germ. Eichen-Miſpel.
*Dicalegi, Dikalegi, Dikalem*, id eſt Stannum ♃. Germ. Zinn.
*Dicenteton*, eſt nomen Collyrii calidi & acris ex ærugine, miſii, ſucco papaveris & Gummi parati, lachrymas moventis, quo *Æginetа* uſus.
*Dichalcon* & *Dichalcum*, eſt Pondus duorum æreolorum, continens tertiam oboli partem: Obolus enim habet æreola ſex.
*Dichotomos*, ſignificat in genere diviſum quid in 2. part. æq.
*Dichromos*, ſignificat Bicolor. In ſpecie dicitur de quibusdam Emplaſtris, quæ et Gilva dicuntur.
*Dicocta*, dicebatur 🜄 calefacta prius, & poſteà nive refrigerata, teſte *Galen.* Lib. 7. Meth. Med. cap. 4.
*Dictamnus albus*, vide Radices Dictamni albi.
*Dictamnus Creticus*, vid. Herb. Dictamni Cretici.
*Didymæa*, eſt nomen Malagmatis vel Cataplaſmatis, ad Iſchiadica & pleraq; alia ſimilia mala utilis, cujus Deſcriptio habetur apud *Galenum* Lib. 10. de C. M. S. L. cap. 2.

Diecho-

Digitized by Google

*Diecbolion*, eſt Medicamentum Fœtum ejiciens.
*Dieidas*, eſt Lapis Pyrites. Germ. Feuerſtein.
*Diemea*, eſt Vocabulum Paracelſicum notans peculiares [sign] tus, qui Lapidibus inſunt & inhabitant. *Phil.* ad *Ath.* Lib. 1. tom. 13.
*Diemi*, idem eſt quod Humecto & Madefacio *Hipp.* d. l. t. 5.
*Dienez*, ſunt [sign] duriorum Lapidum habitatores, *Mart. Rul.* & *Johnſ.*
*Dies*, apud Medicos non ſolùm Lucem, ſed etiam Noctem complectitur. Dicitur aliàs Dies Naturalis, qui complectitur Menſuram temporis 24. horarum, Germ. Tag und Nacht. *Sign.* [signs].
*Dies & Nox*, eſt Spatium 24. horarum. *Sign.* [signs].
*Dieſis*, Tranſmiſſionem, Diviſionem item Humectationem, vel Madefactionem notat. *Lexic. Brun.*
*Diethicos* h. e. percolatus. De Vino, quod & Vinum ſaccatum dicitur.
*Diexatum*, i. e. Aniſum, Germ. Aniß.
*Difajan*, eſt Gummi Bdellium.
*Difaſue*, i. e. Electuarium. Germ. Lattwerge.
*Digerentia*, ſeu Præparantia ſunt, quæ qualitates Caloris fermentativi, actioni reſiſtentes, mutant.
*Digeſtio* & *Digerere* eſt Operatio Chymica, vel gradus Spagyricus alludens ad Stomachi humani Digeſtionem, in quo & per quem Materia decoquitur in Separationem puri ab impuro. Digeſtio hæc inſtituitur *in Arena, in Cineribus*, *in Fimo equino, in* MB. & *VB.* Digeſtio & Maceratio ferè unum & idem eſt. *Sign.* [signs], D.
*Digeſtiva*, vid. Digerentia.
*Digitellia*, *Aizoum minus*, *Craſſula minima*, vid. Sempervivum minimum, Germ. Mauer-Pfeffer.
*Digitus Citrinus Avicennæ*, & *Digitus Veneris*, vid. Rad. Satyrii, Germ. Ständerlein-Wurtzel.
*Digitus Veneris*, aliquando *Nymphea* ità nominatur, vid. Flores Nymphææ.
*Dihemaſon*, eſt nomen Antidoti adverſus lethalia venena & ſagittæ Vulnera, ità dicti, quòd inter alia recipiat Sanguinem Anatis maris & fœminæ, & anſeris. Deſcriptionem vide apud *Galenum*, Lib. 2. de Antidotis cap. 8. *Æginet.* Lib. 7. cap. 11.
*Dibalon*, dicitur Emplaſtrum ex Sale communi & Nitro paratum, valet ad ulcera ſordida. *Ægineta* Lib. 7. cap. 17.
*Dikalegi*, *Dicalegi*, *Ditalem*, eſt Stannum ♃. Germ. Zinn.
*Dilatatio*, dicitur Pharmaceuticè de Effectu medicamentoſo. Dilatare etiam aliquando ſumitur pro Extendere, præſertim manibus emollire & tractare rem medicamentoſam apud *Scrib. Larg.* num. 50. 205, 210, & 212.
*Diluentia*, ſunt Medicamenta quæ Sanguinem diluunt, potando nempe multum liquoris, v. g. *Coffeè* & *Theè*.
*Dilutum*, à diluo, quod eſt, diſſolvo aliquid Liquore. Dicitur de formulis Medicamentorum Liquidis, v. gr. diluta Purgantia. *Libav. Alchym. Pharmac.* cap. 38. Tom. 2. pag. 220. *Dilutum* à *Rulando* ſtrictè ſumitur pro Lixivio per Cineres vel Terram facto.
*Dilutum*, aliquando idem eſt quod Infuſio.
*Dimidium*, quid ſignificet notum eſt, frequenter illis additur in Medicina, quæ non perfectionem debitam acquiſiverant, aut in quibus aliquid deficit. *Gal.* 3. in 1. Epid. Tom. 5. Exprimitur vulgò per particul. *Semis.* ß.
*Dinica*, ſunt Medicamenta contra Vertiginem parata.
*Diobolon*, eſt Pondus duorum Obolorum, ſivè Scrupuli unius ℈j.
*Diœceſis*, Diſpenſationem ſignificat. *Gal.* cap. 1. de iis quæ in Med. t. 1.
*Dion*, eſt nomen Menſis apud Macedones tantùm, in cujus initium incidit Æquinoctium autumnale. *Gal.* cap. 1. &c.

*Dionyſia*, nomen eſt Emplaſtri Heræ Cappadocis, quod mirabile habetur ad Abſceſſus, item ad Mammas & Inguina, vim habens trahendi & per latentes meatus diſcutiendi. Deſcript. vid. apud *Æginet*. Lib. 4. cap. 18. &c.

*Dionyſia*, eſt ſpecies Hederæ ſic dicta à Baccho, qui Dionyſius dicitur, quem Hederâ coronatum aliqui fingebant.

*Dionyſius*, eſt Authoris nomen, cujus leguntur Collyria & Emplaſtra apud *Celſ*. Lib. 6. cap. 6. &c. vel eſt nomen *Lapidis* ſive *Gemmæ Nigræ* vel *Fuſcæ, Duræ, Mixtæ* ſeu *Sparſæ*, rubentibus Maculis vel Guttulis, quæ trita ex ▽a ſaporem Vini & odorem facit. Inde reſiſtere fertur ebrietati, quia reſolvit & expellit Vapores, undè fit ebrietas. *Gemma eſt præcioſa*, vid. *Plin*. Lib. 37. cap. 10. &c.

*Dionyſos*, nomen Collyrii apud *Aët*. Lib. 7. & referri poteſt inter Dicaſmyrna & Chiaca. Nam & Myrrham continet.

*Dioptron*, idem quod Lapis Specularis, aliàs Diaphones dictus.

*Dios Anthos, Clavellata Herba, Trinitatis Herba, Jacea*, vid. Flores Jaceæ.

*Dioſcyamum, Hyoſcyamum*, Germ. Bylſam-Kraut/ vid. Herb. Radices, ſeu Sem. Hyoſcyami albi.

*Dioſpolitibon*, eſt compoſitum Medicamentum Carminativum, cujus genuinam Deſcriptionem tradit *Galenus* & *Æginetæ*.

*Dioſtron*, eſt Medicamen Cutem inducens.

*Diota*, eſt Vas circulatorium, à duabus auribus, utrumque brachium Lateribus applicatum amplexantibus, dictum. Hujus inferior pars eſt in modum Cucurbitæ, cui impoſitus eſt Alembicus, in ſummo Canalem, qui Liquori infundendo inſerviet, habens, in loco autem conveniente duobus roſtris incurvatis, & in Cucurbitam à capitello humorem condenſatum evehentibus præditum. Germ. Ein Geſchirr mit zwey Handhaben/ und zwey Röhren.

*Diota*, & *Dyota*, eſt Vaſculum vel Poculum, paratum ex Ligno juniperino, Laricino, Betula & Cinamomo, Caryophyllis, cum Reſina incruſtatum. *Rhod. ad Scrib*. num. 135.

*Diozatum, Obiezatum*, i. e. Aniſum.

*Diphryges*, eſt genus Recrementi Metallici, quod ſubſidet, dum Æs in fornace fuſum, Aquâ frigidâ perfunditur.

*Diploe*, eſt Vas duplex, quod Chymicis uſu venit, uti quando Vas continens alio Vaſi, Arena, Cineribus, aut ▽a repleto imponitur. Germ. Zweyfach- oder Doppel-Geſchirr.

*Diploma*, idem quod *Diploe*, ſumitur aliquando pro Linteo complicato. Zuſammen gefalten Leinen-Tuch.

*Diploos, Diplus*, i. e. Geminatus, duplicatus, duplex. *Hipp*. Lib. 1.

*Dipſacos*, nomen eſt Plantæ, quæ & *Labrum Veneris* & *Carduus fullonum* vocatur. Vid. Herbas.

*Dipſas*, nomen eſt Serpentis valdè venenati, à cujus læſione ægri vehementiſſimè æſtuant & ſitiunt & fatiſcentes intereunt. *Galen*. Lib. de Theriaca.

*Diptamus Creticus officinalis* ſeu *Dictamnus Creticus*, vid. Herbas.

*Dipteris*, i. e. Polypodium, item Filicula vel Filix.

*Directorius*, idem quod Dirigens. Germ. Regierend.

*Dis*, Particula augens ſeparationem, v. gr. *Diſcocta*, pro coquenda *Diſſoluta*. De hac vid. *Rhod. in Lex. Scrib*.

*Diſapoſita*, i. e. Difficulter in Cicatricem devenientia.

*Diſceſſus*, Chymicis peculiariter dicitur Separatio unitorum, cum penitus unita Caloris ſolventis potiſſimum efficaciâ ſeparantur, diſceduntque. Hoc perficitur Expiratione & Reſolutione Commiſtorum. *Diſceſſus* per Expirationem eſt, cum pars in Spiritum attenuata diſcedit. Et Expiratio tunc nominatur principaliter, cum in aërem liberum elevatur, dimittiturque: Quando enim excipitur, deſtillatio vel ♎atio nuncupatur, quæ operationes nonnunquam pro expiratione famulantur. Eſt autem Expiratio in humidis vapidisque. *Mart. Rul.* & *Johnſ. Lex.*



Digitized by Google

*Diſcus* ☉*lis*, dicitur Chymicis ☽*ium vivum* ex ☉ro, ſed aliis refertur inter non Entia.

*Diſcutientia*, Medicamenta ſunt quæ humores impactos ſubtilitate diſſolvunt. Ideoque idem ſunt ac iDſſolventia.

*Disfregis* vel *Defregis*, eſt Medicina Metallica deſiccativa, & eſt duorum modorum. Una naturalis foſſa cum Metallis, quæ eſt ex facto lapide. Altera eſt artificialis, compoſita ex quatuor Mineralibus, cujus Confectionem docet *Oribaſius* Cap. de Vuln.

*Diſpenſatio*, vide Diœceſis. Diſpenſationem ſignificat.

*Diſpenſator* in Medicina accipitur prô *Pharmacopœo*, præſertim quando occupatus eſt in componendis Medicamentis, ubi priùs ſimplicia colligit & ordinatè collocat, dicitur in Officinis diſpenſare. Archeus quoque vocatur naturalis Diſpenſator Mineralium &c.

*Diſpenſatorium*, dicitur *Liber Pharmaceuticus*, continens omnia Medicamenta tàm compoſita quàm ſimplicia, ſecundum mentem Doctorum, qui in hac vel illa urbe Praxin exercent, uti eſt *Amſtelodamenſe*, *Auguſtanum*, *Bruxellenſe*, *Londinenſe*, *Norimbergenſe*, *Romanum &c.* Dicitur quoque *Pharmacopœa.* Ex hiſce Medicamentis ſecundum Normam & Doſin Officina Pharmaceutica inſtruitur. Germ. Ein Apothecken-Buch / oder Apothecken Werckſtatt-Buch.

*Diſſepimentum Nucum*, Germ. der Nuß-Sattel / oder Unterſchied ſo zwiſchen den Nuß-Kern iſt.

*Diſſolventia*, idem quod Diſcutientia.

*Diſſolutio*, eſt quando Salia, Reſinæ, aut aliud quid in ▽ aliove Liquore diſſolvuntur. Vel quando Corpora arte Chymicâ, in ſua Elementa rediguntur. Germ. Aufflöſung.

*Diſtillatio*, pro Deſtillatione ſæpe uſurpatur.

*Diſtracta*, dicuntur, quæ non leviter in ventre corrumpuntur.

*Diſtractio*, eſt qua Partes diſtrahuntur qualibet manente in ſua homogenea. Itaque quaſi Divulſio quædam hic fit diverſorum ante cohærentium aut unitorum, citrà reſpectum Extractionis uniusin altero exiſtentis vel comprehenſi. Diſtractio autem eſt duplex, Separatio aut Calcinatio.

*Diva Maria Magdalena*, & *Divus Georgius*, vid. Rad. Valerianæ, Germ. Baldrian-Wurtzel.

*Divaporatio*, dicitur in ſiccis, fumidis vel halabilibus, Exhalatio. Nam Chymici Spiritum tàm humidum habent quam ſiccum.

*Divaporatio*, inſtituitur in aliquo Vaſe, veluti, pro rei conditione, Ollâ, Sartagine, Cucurbitâ &c. Fitque gradibus caloris diverſis.

*Divertallum*, Paracelſo dicitur quicquid ex Elementis generatur. Et eſt generatio Elementorum. *Mart. Rulandus.* Germ. Was auß denen Elementen gebohren wird.

*Dives*, *Joh. Fr. Picus Mirandula* lib. 3. de ☉ro cap. 4. ita deſcripſit: Is propriè *Dives* eſt, qui religione imprimis imbutus Chriſti, deinde ſincerâ pollet Sanitate Mentis & Corporis, demum ☉rum & ☽tum faciendi ſcientiâ præditus eſt. *In Theatro Chym. Vol. II. pag. 116, 368, 369.*

*Divinum*, de Divino in Chymia vid. *Libav.* de △ne Natur. cap. 25. Item ſignificat 🜍 vid. infra Sulphur.

*Diviſio*, de Operatione Pharmaceutica dicitur, quando Artifex v. gr. ☿res mixtos in aliquas Partes dividit, vel Maſſam Pilularum in globulos vel alias partes dividit. vid. *Lexic. Scribon. Rhodii* pag. 376.

*Diuretica*, Urinalia Medicamenta ſunt, quæ ſanguinem incidendo & diſſolvendo, ſerum per renes ad veſicam ♒tant. Germ. Urin-treibende Mittel.

*Diuretica communia*, ſunt ſex: Radices Apii, Bruſci, Fœniculi, Geniſtæ, Petroſelini, Aſparagi.

*Divus Georgius*, & *Diva Maria Magdalena*, vid. Radices Valerianæ, Germ. Baldrian-Wurtzel.

*Diygros*, humidum, per humectatum ſignificat, vel Dilutum.
*Diylismos*, Liquationem, Tranſlationem vel Saccationem ſignificat. Dicitur de Vino liquato. Plura lege apud *Linden*.
*Doal*, id eſt *Elemptis*, Sol vel Aurum, ☉. Germ. Gold.
*Dochme*, Palmum ſignificat, ſive Menſuram apud Græcos, quâ rerum dimetiuntur intervalla. Conſtat ex quatuor digitis, ſubintellige tranſverſis, vid. Dactylodochme, & Palæſte.
*Dochon*, *Docon*, *Dolin*, i. e. Milium, Germ. Hirß.
*Doctiletus*, dicitur *Paracelſo* quoddam Remedium contrà Cancrum, legitur quoque Doctyletus.
*Doctor*, eſt notiſſimus honoris Titulus, quemadmodum Viris eruditis & in Artiis Scientiis & Facultatibus probè peritis & exercitatis, ità & artem Medicam ritè calentibus, publicâ Superiorum Authoritate, præviis examinibus & probationibus probè exantlatis, ſolenniter attributus.
*Doda*, *Dodra*, i. e. Papaver. Germ. Mohn.
*Dodecatheon*, eſt nomen Antidoti cujuſdam ex duodecim ſimplicibus conſtantis, cujus Deſcriptio apud *Ægin*. Lib. 7. c. 11.
*Dodrans*, eſt nomen Ponderis & Menſuræ in quantitate, continua & diſcreta uſitatum, ſignificans tres quartas partes totius, v. gr. novem Uncias ℥ix. aut duodecim Digitorum. Occurrit apud *Scrib. Larg.* num. 42.
*Dœdyx* ſignificat *Cochleare*, ſignificat & *Radium* ſivè *Piſtillum* cum quo aliquid in mortario tunditur. *Gorr.* p. 114.
*Dogma*, in genere Sententiam vel Opinionem de aliqua re vel Materia ſignificat. Enimverò aliquando ſpecialiter & accuratè *Dogma Medicum* dicitur, quod nititur verâ Ratione & Experientia. Hinc & *Medicina Dogmatica* & *Medici Dogmatici* &c. *Lex. Brun.*
*Dogmatica Medicina*, ſeu Rationalis, hujus Author fuit *Hippocrates* & poſt eum *Galenus*; qui Experientiæ Rationnm addidere. Germ. Ein Regulmäſſige Artzney.
*Dogum*, *Dogumi*, eſt Lac, ex quo extrahitur Butyrum.
*Dolet*, id eſt ⊕ rubeum, vel Atramentum rubeum.
*Dolicholithos*, hoc nomine appellavit *D. Georg. Hieron. Velſchius* Lapidum genus, ex Comitatu Tyrolenſi ad ſe allatum, nigricans, Phaſeolos magnitudine & figurâ accurate repræſentans, attritione nonnihil odoratum *Ephem. Nat. Cur.* Ann. 1. Obſ. 157.
*Dolium*, varium quoque uſum habent *Dolia* in arte Medica & Pharmaceutica. Præſertim Vaporarii Hydropicorum per *Dolium*, meminit *Galen.* Lib. de Utilit. Reſp. c. 4. *Doliola* ex Tamarice parata Spleneticis proficua laudat *Rhod.* ad *Scrib.* cap. 128. parantur quoque ex *Larice*, *Betula*, *junipero*, Herb. Nicotiana. &c.
*Domantos*, i. e. Chelidonia. Germ. Schel-Kraut.
*Domicilium*, in quo Sal coquitur. Germ. Kott.
*Dominus Æris*, vid. Stannum ♃. Germ. Zinn.
*Dominus Elementorum* apud Chymicos eſt Argentum vivum.
*Donax*, eſt quædam ſpecies Carvi. *Plin.* Lib. 16. Cap. 37.
*Donum Veneris*, quid dicatur Chymicis, vide apud *Libav.* defenſ. I. contrà *Scheunemann*, Tom. 3. Oper. pag. 20.
*Doria Echium*, eſt Bugloſſa, Germ. Ochſen-Zunge / vid. Flores, Herbas ſeu Radices Bugloſſæ.
*Doris*, *Doridos humor*, ſignificat ▽am marinam.
*Doron*, ſignificat *Donum*, rem aliquam gratis ab altero acceptam. Ità ipſa quoque Medicina *Donum DEI* jure dicitur. Ità Sanitas inter bona temporalia *præſtantiſſimum DEI donum* laudatur.
*Doronec*, Radix eſt ſimilis Brancæ pulpi, & apportatur ex India.
*Doronicum*, vid. Radices Doronici, Germ. Gembſen-Wurtzel.
*Dortadion*, i. e. Valeriana, Germ. Baldrian.

*Doſis*,

*Doſis*, eſt Medicamenti determinata Portio, ſive quantum unicâ vice Ægro exhibetur, vel propinatur. Germ. Maaß und Ziel einer Artzney / oder ſo viel man auff einmal einnimbt.

*Doxiamon*, *Doxiamion*, eſt Amomum. Germ. Stärck-Mehl.

*Dracatium*, id eſt Saturnus, Plumbum ♄ Germ. Bley.

*Drachma*, eſt Pondus & Menſura. Duplex fuit olim, Ægyptiaca & Attica. Illa pendebat Obulum, hæc verò Scrupulos tres ℈iij. vel Obulos ſex, ut & hodie in Officinis. Harum octo conſtituunt Unciam unam. Signatur Signo ʒj. *Drachma* octava pars Unciæ unæ, & nonageſima ſexta pars libræ: Dicebatur & olim *Holca*, cujus nota fuit △. *Gal*. d. l. vid. *Gorr*. p. 115. Germ. Ein Drachma/ oder 1. Quintlein/ das vierdte Theil eines Loths.

*Draco*, eſt Vocabulum multæ ſignificationis. I. eſt nomen *Piſcis marini*, qui & *Arancus* à quibusdam vocatur, cujus pleniorem Deſcriptionem legeſis apud *Aldrov*. Lib. 2. de Piſc. cap. 50. & vocatur *Draco marinus*.

*Draco*, ſignificat II. quoque *Serpentem*, variæ formæ & magnitudinis monſtroſæ, de quo legatur *Aldrov*. Lib. 2. de Dracon. & Serpent. cap. 12.

*Draco*, III. à Spagyricis frequentiſſimè tribuitur hoc nomen ☿*rio* ſive ☽*to vivo*, non ſolum in operationibus Lapidis Philoſophici, uti videre eſt in Scriptis *Baſilii Valentini*, & paſſim in *Theatr. Chym*.

*Draco Chymicus*, eſt Materia Lapidis Philoſophici, &c.

*Draco herba*, *Draco hortenſis Geſneri*, eſt Dracunculus eſculentus hortenſis, Germ. Kayſers Sallat / oder Dragan / vid. Herbas.

*Draco mitigatus*, eſt ☿ ⊽tus dulcis, Germ. Verſüßtes Queckſilber.

*Dracona*, vid. Rad: *Contrayerv*. Germ. Gifft-Wurtzel.

*Dracones duo Quercetani* ſunt 1. ☽tum vivum ♎atum. & 2. Regulus ♁nii. *Libav*.

*Draconites*, *Dracontias* ſive *Drachates*, eſt nomen Gemmæ lapideæ, de qua *Plin*. pluribus, Lib. 37. cap. 10. & *Solin*. cap. 33. quod fiat è Cerebro Draconum, ſed niſi viventi abſcindatur, nunquam gemmaſcit, invidia animalis mori ſe ſentientis. Igitur dormientibus Draconibus caput amputari debet & ita aufferri &c.

*Draconthæma*, eſt Sanguis Draconis, vid. Ulrach, Germ. Drachen-Bluth.

*Dragonteæ* ſeu *Dracontii & Dracunculi Radices*, vid. Radices Biſtortæ ſeu Serpentar. Germ. Natter-Wurtzel.

*Dragontium*, *Dragantum*, id eſt ⊕ Hiſpanicum. *Mart. Rul*.

*Dragantum*, *Vitriolum* vulgò *Zegi*, quatruplex eſt. 1. *Indicum* & *Arabicum*, 2. *flavum*, 3. *Cyprinum* quod *viride*, 4. *Terra Franciſca*, *Atramentum*. Germ: Schwartz Atrament. ⌖

*Dragantum* & *Dragagantum*, aliquando Gummi vide Tragacanthum.

*Drageta* idem quod *Tragea* apud *Foreſtum* libro 3.

*Dragma*, vid. Drachma. Germ. Ein Quintlein.

*Dragmos*, dicitur *Pugillus*, quantum tribus digitis comprehenditur. *Hippoc*. (Libro 2.

*Dragos*, i. e. Manipulus. Germ. Eine Hand voll.

*Draſtica*, ſunt Medicamenta præſentiſſima. *Lex. Blanc*.

*Drif* ſeu *Driff* eſt ♎*na* ſeu *Terra Virginea*. Helmontio dicitur *Lapis Butleri*, vel ejusmodi poteſtativum fermentativumque Remedium, *Butler*. Paratur ex Uſnea, Sale marino, & Ente ♀ris cum Ichtyocolla ſoluta &c.

*Drimyleon*, id eſt *Leo acris*, ità impudentiſſimè appellaſſe Menodotum Empiricum omnes Medicos & Philoſophos, qui ratione niterentur; teſtatur *Galenus*.

*Drioballanos*, i. e. Glans, Germ. Eine Eichel.

*Driofagus*, eſt ſpecies Quercus. Germ. Eine Eiche.

*Driopiſter* dicitur Polypodium, maxime quod in Quercu naſcitur. *Galen*. Lib. de ſimpl. facult.

*Dropaciſtos* dicitur vel de Dropacibus vel de ſimilibus topicis medicamentis.

*Dropax* eſt Medicamenti rubificantis forma quædam interdum liquidioris, in modum Malagmatis, interdum ſiccioris, Emplaſtri modo, prout uſus exigit parata

parata vel ad alimoniam & vitam partibus conciliandam, vel etiam ad vitia inveterata & contumaciora educenda, inventa &c. Vid. *Morell Schrœd. Hoffm. Eſſelium* &c.

*Droſatum*, idem quod Roſatum. *Keuchen*. d. L. pag. 226.

*Droſera*, & *Droſium Dioſcoridis*, *Stellarja*, *Alchimilla*, Germ. Ohmkraut / Gülden Gänſerich / vid. Herb. Alchimillæ.

*Droſomeli*, *Aëromeli*, *Mel aëreum*, *Mel roſcidum*, vid. Manna.

*Droſos*, vid Ros. Germ. Thau.

*Drupa*, eſt nomen Olivæ, q. d. Decidua, Caduca. *Ægin*. lib. 1. cap. 18.

*Dryinus*, nomen eſt Serpentis venenoſiſſimi & fœtentis cujus meminit *Galenus* libro de Theriaca ad *Piſon*. c. 8. *Ægineta* Lib. 5. cap. 15. *Aldrov*. Lib. 1. H. Serp. & Dracon. cap. 14. dicitur & *Chelydros*.

*Drypetes* vide *Drupa*. Dicitur etiam *Drupus*, de Aliis Fructibus maturis & deciduis. *Gorreus* d. L.

*Drys*, *Quercus*, Germ. Eychbaum / vid. Lignum Quercinum.

*Duamir*, ſpecies eſt Serpentum ingredientium compoſitionem Theriacæ, ſunt ergo Viperæ.

*Dubelcoleph*, eſt Compoſitio è Carabe & Corallio. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Duciomum*, i. e. Carpobalſamum.

*Ductilis*, *Ductibilis*. *Metalla Ductibilia* vocantur omnia, quæ ſunt liquabilia, quæ originem ducunt ex ☿rio &c. *Richard. Anglicus*, in Corr. cap. 5.

*Dudaim*, eſt Mandragora *Schrœd*. Lib. 4. cl. 1. num. 201.

*Duelech*, vid. Dulech.

*Duella*, eſt tertia Unciæ pars, octonis Scrupulis terminata.

*Duenec* eſt ☿rius Philoſophorum, qui & *Leo viridis*, *Dux ſolutivus* ☉ri, vocatur *Libav. Apoc. Hermet.* part. poſt. in Procem.

*Duenech*, eſt Antimonium. ♁. Germ. Spieß-Glaß.

*Duenege* eſt Victriolum viride. ⊕. Germ. Kupffer-Waſſer.

*Duenez*, *Daeneck*, *Azet* eſt Limatura ferri. Germ. Eyſen Feyle.

*Dulbul*, Herba eſt quæ naſcitur in mari, & dicitur *Ogaga*.

*Dulcamara*, *Amara dulcis*, *Glycypicron*, Germ. Hürſch Kraut. vid Herbas.

*Dulcedo*, *Dolcor*, *Dulcis* dicitur de qualitate Guſtali, ſive Sapore vel Materiâ ſuavem Saporem habente, & moderato ſuo calore cognata & familiari, Germ. Die Süſſe oder Süſſigkeit.

*Dulcedo* ♄*ni*, eſt Alt-y vel Ceruſſa & *Saccharum* ♄*ni*.

*Dulciorius*, vocatur Piſtor, qui panes mellitos conficit, ſive bellaria & placantas ex Melle. *Gal*. Lib. 1. de *Serm*. cap. 4.

*Dulcor*, eſt Muſtum coctum usque ad tertiam partem. *Dioſcorides*.

*Dulcoratio*, idem quod Edulcoratio, Germ. Verſüſſung.

*Dulech*, *Duelech*, terminuus eſt *Paracelſicus* & *Helmontianus*. *Rulandus* ità deſcripſit: *Dulech*, eſt Tartari ſpecies, in humano corpore, Lapis ſpongioſus, periculum & dolorem maximum creans. Verum *Paracelſ*. contra diſtinguit à Tartaro, dicens, eſſe Medium quod inter Tartara & Calculos, Lib. de Morb. tartareis cap. 11. & alibi. Quid *Helm*. de *Duelech* ſtatuat, vide in Tractatu de *Lithiaſi*. cap. 2, 3, 4. & ſeqq.

*Dunequer*, eſt Borax. . Germ. Borax.

*Dunios*, eſt Serpens qui habitat in Litiis.

*Duo Fratres* *Edar* & *Michati*.

| | | |
|---|---|---|
| *Duo Fratres* | ♃ & ♄.<br>♂ & ♀.<br>☽ & ☉. | *Mart. Rul.* & *Johnſon*. |

*Dupondium* eſt nomen Ponderis, pendetque Drachmas quatuor ʒiv. vel Unciam ſemis ℥ß. *Galen*. Libro de Pond. & Menſuris

*Duracina*, epitheton Malorum Perſicorum, ceu peculiaris Species, à quorum nucleis cultro aut dentibus Caro ægrè avellitur. *Long*. Lib. 1. Ep. 67

*Durdales*, dicuntur *Paracelſo* Spiritus corporei, inhabitatores arborum. *Philoſ.* ad *Athen*. Lib. 1. text. 13.

*Duruſa-*

Digitized by Google

*Duruſataris*, eſt Res quæ volvitur ſuper Arborem antiquam, quæ fert Glandes. Vel eſt Lanugo quæ pendet & involvitur in magnis Arboribus, ſicut Uva.

*Dux*, Chymicis vocatur ☿ Philoſophorum, vid. *Duenec*.

*Dynamis*, ſignificat Facultatem, Potentiam à qua Actio procedit. Vel ita deſcribitur, quod ſit Proprietas totius Subſtantiæ vel Eſſentiæ. *Galen.*

*Dyota*, vide Diota. *Lex. Brun.*

*Dys*, Particula aliis vocabulis præfigi ſolita, notat Imperfectionem, Difficultatem, Malignitatem, vel tale quid, in genere nil Boni, ſed potiùs Malum quid ſignificat, verbi gratiâ, *Dyſenteria*, *Dyſthymia*, *Dyſuria*, &c. Vid. *Dieterich* Num. 215.

*Dyſ.* ità à Medicis præſcriptum, legendum eſt *Dyſentericum*.

*Dyſenterica herba*, *Aſtaris flore luteo*, *Conyza Medica*. Germ. Ruhrkraut / vid. Herb.

*Dyſis*, i. e. Occaſus. Uſurpatur de Aſtris, Sole, Luna & reliquis. vid. *Lind.*

*Dyſoneiros*, eſt epitheton, quod ſignificat Inſomnia perturbans, Somnum per Inſomnia moleſta inquietum reddens. Legitur apud *Dioſcorid.* Lib. 5. cap. 7. de Vino novo &c.

*Dyſrachitis*, eſt Nomen Emplaſtri apud *Gal.* Lib. 5. de C. N. P. G. cap. 3. valet ad Fiſtulas, calloſos Sinus &c.

# E.

E*Arſen*, dicitur Cinamomum. Germ. Zimmet.

*Ebanus*, *Ebenus*, *Ebus*, & *Ebirus*, eſt Lignum nigrum, non habens lineationes, ſed in ſoliditate & ſubtilitate ſua eſt ſimilis Cornu; quando frangitur, mordicat linguam, & eſt ſtyptici ſaporis, ſi ponitur ſuper prunas, bonum perfert odorem. Ejus Raſura in vino cocta, Collyria præbet ſatis proficua. Germ. Eben-Holtz.

*Ebel*, eſt Juniperi, ſeu Salviæ Semen.

*Ebenus* ſeu *Hebenus* & *Ebenum* ſeu *Hebenum Lignum*, exoticum Lignum eſt, cujus Arborem depictam habet *Dominicus Chabræus*, vid. Lignum Ebenum.

*Eboris Raſura*, Germ. Helffenbein-Schabſel. vid. Raſura ſeu Scobs.

*Ebſemech*, nomen eſt Argenti vivi ex Cambar ♎ti, *Logn. Harm. Chym.* cap. 1. in *Th. Chym.* Vol. 1. Pag. 728.

*Ebullitio*, dicitur ſpecies Effervescentiæ vel Elixationis, fortioris Materiæ liquidæ cum generatione Bullarum, à calore fortiori. Sumitur & pro Fermentationis gradu majori. Vid. Fermentatio. *Sign.* A̶c.

*Ebulus*, *Chamæacte*, *Sambucus humilis*, Germ. Attich / vid. Baccæ, Herb. vel Rad.

*Ebur*, eſt Dens Elephantis, animalis quadrupedis, omnium Animalium terreſtrium maximi, ex Regno Pegu, Germ. Elephandt / Helffandt / oder Helffenbein / ex quo præparatur *Ebur uſtum*, ſeu *Spodium ex Ebore*, & *Eboris Raſura*, Germ. Gebrandt Helffenbein / oder Helffenbein-Schabſel.

*Ebur foſſile*, vid. Unicornu foſſile. Germ. Gegraben Helffenbein.

*Ebur uſtum* ſeu *Spodium de Ebore*, Germ. Gebrandt Helffenbein.

*Ecalcidos*, eſt nomen Menſis Octobris, item Fuligo pendens trabibus & parietibus ex fumo facta.

*Ecbolica*, ſunt Medicamenta, quæ Fœtum in partu difficili expellunt. Item Medicamenta quæ Abortum concitant.

*Eccatharticum*, eſt Purgans per Exteriora, ſcil. per Poros cutis, competitque amaris & nitroſis. *Galen.* Lib. 5. de S. F. cap. 12. &c.

*Ecchyloma*, *Ecchyloſis*, eſt Extractio ſeu Extractum. *Lex. Brun.*

*Eccleſiaſticæ Perſonæ*, in Officio publico conſtitutæ, in quo ſatis habent quod agant circa Animarum ſalutem, Chymica Medicamenta præparare & vendere non licet. *Rolf. Chym.* pag. 15.

*Eccoprotica*, idem quod *Cathartica*.

*Ecdorios*, dicitur de Medicamentis urendi vim habentibus ſive cauſticis, quæ cutem abrodunt & exulcerant, quaſi Excoriantia. *Dioſcorid.* Lib. 3. cap. 70.
*Echecollon*, dicitur Medicamentum glutinoſum & tenax, quod affectæ parti oppoſitum, extrinſecus firmiter adhæret, ut ipſum vinculo contineri non neceſſe ſit. Idem diſtrahendo plurimum extendi poteſt. *Gorr.* in defin. pag. 162. meminit *Gal.* cap. 2. de iis, quæ in Med. t. 23.
*Ficaria minor* & *Scrophularia minor*, eſt Chelidonium minus, ſeu rotundifolium. Germ. Klein Schelkraut. Vid. Herbas.
*Ficatella*, eſt Trifolium marinum. vid. *Plin.* Lib. 26. cap. 7.
*Fictile*, eſt Vas figulinum. *Hippocr.*
*Ficus*, Germ. Feygen. videantur Caricæ.
*Fida*, id eſt Argentum, Germ. Silber / & Aurum, Germ. Gold.
*Fidda, Fidhe*, id eſt ☽ na, Germ. Silber.
*Fider, Fidex*, id eſt Ceruſſa ⚹ Germ. Bleyweiß.
*Fideum* & *Fedum*, eſt Crocus. Germ. Saffran.
*Fido* dicitur Argentum vivum, nonnunquam ☉.
*Figentia* ſunt, quæ volatilia domant & acida concentrant.
*Figere* id eſt, fix machen / das im Feuer beſtehet. *Mart. Rul.*

*Filicula*,

Digitized by Google

*Filicula*, vid. Radices Polypodii. Germ. Engelſüß.
*Filicula Aſellorum minor*, eſt Ruta muraria. Germ. Mauer-Rauthen.
*Filios*, i. e. Cortex. Germ. Rinden.
*Filius ante Patrem*, vid. Herb. Farfaræ. Germ. Huff-Lattig.
*Filius fugitivus*, eſt apud Chymicos Argentum vivum.
*Filius Veneris*, eſt Aurichalcum. ♀. Germ. Meſſing.
*Filius unius diei*, eſt Lapis Philoſophicus.
*Filius unius diei*, eſt Ovum recens.
*Filius unicus oſtum*, eſt ⊕ Vitriolum, vel Auripigmentum [symbol]. *Mart. Rul.* & *Johnſ. Lexic.*
*Filix*, vid. Rad. Filicis. Germ. Fahren-Wurtzel.
*Filletin*, *Laminæ Ferri*. Germ. Eyſenblech.
*Fillis*, i. e. Capparis. Germ. Capern.
*Filtratio*, ſeu *Philtratio*, eſt Subductio per filtrum: Eſt Colum ſeu Colatura Chymica. Fit potiſſimum in humidis, è quibus Aquoſitas tenuis tranſit, reſiſtentibus ſpiſſis & oleoſis. Filtratio triplex eſt. I. Fit per Pannum expanſum, ut fit in Syrupis clarificandis. II. Per Manicam Hippocratis, hoc eſt per Saccum, ſuperius latum, ſed in Coni punctum inferius terminans, pro Vinis Aromaticis colendis. III. Ex Chymicis magis familiaris eſt Colatio per Chartam emporeticam, hoc eſt, Chartâ emporeticâ quadruplicatâ in forma infundibuli & infundibulo impoſitâ. Deinde Liquor clarificandus infunditur, & clarus guttatim decidit, relictis in Philtro fæcibus, unde hæc operatio Deſtillatio per Philtrum dicitur. Germ. Filtirung oder klare Durchlauffung. *Sign.* [symbols].
*Filtrum* ſeu *Philtrum*, vid. Filtratio. *Sign.* [symbol].
*Filum* [symbol]*cale*, eſt [symbol] cum [symbol]atum. Dicitur quoque Lapis Philoſophorum.
*Filum ex One* [symbol]*ſo*. Germ. Jungfrauen-Faden.
*Fimus equinus*, eſt Digeſtio facta per Fimum equinum, Cineres vel Aquam calidam. Germ. Eine feuchte Wärme. *Sign.* [symbols].
*Fimus*, quoque Ænigmaticè vocatur ☿rius *Th. Chym.* Vol. IV. pag. 722.
*Finichion* & *Finikios*, dicitur Dactylus ſive Palma. Germ. Datteln.
*Finicondi*, ſunt Tamarindi. Germ. Tamarinden.
*Finix*, eſt Arbor ipſa Palmæ. Germ. Palmbaum.
*Fiola* & *Phiola*, Germ. Ein Glaß mit einem langen Halß. *Mart. Rul.*
*Firex*, id eſt Oleum [symbol]. Germ. Oehl.
*Firſir*, id eſt Color rubeus. Germ. Rothe Farb.
*Firmamentum*, aliquando notat Lazurium. Germ. Laſur.
*Firniſium Mineralium*, vocat Antimonium *Paracelſus* de Morbo Metallifoſſor.
*Fiſalida* & *Fiſalidos*, ſunt Fructus Alkekengi.
*Fiſarum* eſt Confectio ✱ci. *Mart. Rul.* & *Johnſ. Lex.*
*Fiſtacia*, *Fiſtica*, Germ. Piſtacien / vid. Piſtacia.
*Fiſtula*, ſumitur pro Caña oblonga & cavata, ideoque haberi poteſt pro Siphunculo, quô Liquor aliquis Inteſtinis, Auri, Utero, Vulneri &c. immittitur. Vid. Syringa.
*Fiſulabiat*, eſt Piper album. Germ. Weiſſer Pfeffer.
*Fiſulesbechi*, eſt Piper nigrum. Germ. Schwartzer Pfeffer.
*Fixatio*, eſt Materiæ f[illegible] quædam, ne avolet, Retinentia, Germ. Figierung. *Sign.* [symbols].
*Fixatio Salium volat*[illegible], Salia volatilia per affuſionem Spiritus Salis ſeu Vitrioli, donec ceſſat ſtrepitus, figuntur, ſi Sal impurum per Aquam aliquam ſ. a. ſolvitur, philtratur & ad ſiccitatem inſpiſſatur.
*Flammula*, eſt Herba Antiſcorbica & ſpecies Clematitis, colitur in Hortis, & in Agro Norico motu ſpontaneo creſcit.
*Flammula Juniperi*, eſt Spongia citrina, adhærens Juniperi fruticibus. Germ. ſignificat Hanenfuß.



Digitized

*Fl.* ita à Medicis præſcriptum, legendum eſt Flores.

*Flora*, eſt Medicamen Excoriativum Cutis, quod ſit ex Ceruſſa cum Oleo tritâ, & Cerâ medicâ. Coquatur in Vaſe ♀reo, & utatur ut Cataplaſma.

*Flores Antimonii*, ex Antimonio pulveriſato ſ. a. per ≏toria ≏antur, obſervatis ignis gradibus. Germ. Spießglaß-Blumen. *Sign.* [symbol], [symbol], [symbol].

*Flores Benzoin*, ≏antur ſ. a. ex Olla vel Crucibulo per Cucuphas chartaceas ≏torias. Præparantur quoque ex Butyro albo Benzoin per [symbol]am deſtillato & in ▽ferventi ſoluto & per Reſidentiam philtrato. Germ. Benzoin Blumen. *Sign.* [symbol].

*Flores Caſſiæ, Pulpæ caſſiæ*, quandoque Florum nomine intitulantur.

*Flores Chymici*, ſunt ſubtiliores Corporis partes per ≏ationem à partibus craſſioribus, ſub forma ſicca ſéparatæ. Germ. Chymiſche zubereitete Blumen. Vid. Authores.

*Flores Martis*, eſt Crocus Martis, Germ. Stahl-Saffran. *Sign* [symbol].

*Flores Sulphuris*, Germ. Schwefel-Blumen. Eſt Sulphur ≏atum. *Sign.* [symbol], [symbol].

*Flores Vitrioli*, Germ. Vitriol-Blumen. eſt Sulphur ⊕l ≏atum. *Sign.* [symbol].

*Flores Viride Æris*, Germ. Grünſpan-Blumen / eſt Crocus Viride Æris. *Sign.* [symbol], [symbol].

## *FLORES VEGETABILES.*

*Flores Acatiæ Germanicæ, Agriococcimeleæ Spini*, ſeu *Pruni ſylveſtris.* Germ. Schlehen-Blüth. Creſcunt hinc inde ad vias, Aliâs nominantur *Acantha, Halepi, Schack, Schamuth.*

*Flores Altheæ*, vid. Herba Altheæ.

*Flores Amaranthi, Amaranthi anguſti folii, ſimplici ſpicata pannicula, Amaranthi parvi, Amaranthi purpurei, Amaranthi ſimplici pannicula, Amaranthi vulgaris*, aliis *Flos Amoris* & *Circeæ*. Germ. Flor Amor / Tauſendſchön / Blümlein der Liebe / Sammet-Blümlein / Amoranthen-Blümlein. Coluntur in Hortis.

*Flores Amaranthi lutei*, Vid. Flores Stæch. citrinæ.

*Flores Anethi*, vid. Herba Anethi.

*Flores Anthos, Roriſmarini hortenſis, Roſmarini Coronarii, Libanotis coronariæ.* Germ. Roßmarin-Blüth / coluntur in Hortis.

*Flores Aquilegiæ* ſeu *Aquilejæ hortenſis* & *ſylveſtris.* Germ. Ackeley-Blumen / oder Ageley-Blumen. Diverſæ reperiuntur ſpecies Florum colore & plenitudine, ſeruntur in Hortis, creſcunt quoque in Montibus & Pratis.

*Flores Arthemiſiæ tenuifoliæ*, vid. Flores Tanaceti.

*Flores Athanaſiæ*, vid. Tanaceti Flores, Germ. Rheynfahren-Blumen.

*Flores Aurantiorum, Mali Aurantiæ, Mali Arantiæ, Aurei Mali, Mali Arangiæ* ſeu *Mali Nerantiæ* & *Naphæ.* Germ. Pomeranzen-Blüh / creſcunt in Gallia, Hiſpania & Italia. Coluntur quoque his Regionibus in Hortis.

*Flores Auriculæ urſi, primulæ Veris Alpinæ, Saniculæ alpinæ Lobelii, Paralyticæ, Lunariæ.* Germ. Becren-Ohrlein-Blümlein. Coluntur in Hortis.

*Flores Balauſtiæ flore pleno majore & minore, Mali Granati* ſeu *Punici*, *Cytini.* Germ. Gefüllte Granaten Blüth. Coluntur in Hortis.

*Flores Baptiſeculæ*, videantur Flores Cyani. Germ. Korn-Blumen.

*Flores Bellidis*, ſive *hortenſis* ſeu *vulgaris*, *Conſolidæ minoris* & *Conſolidaginis minimæ.* Germ. Maßlieben-Blumen / Margarethen-Blumen / und Gänß-Blümlein. Hortenſes coluntur in Hortis, ſylveſtres creſcunt paſſim in Pratis.

*Flores Bethonicæ, Bethonicæ Officinarum, Betonicæ purpureæ, Vetonicæ.* Germ. Bethonien oder Braun-Bethonien-Blüth. Creſcunt in Hortis ac Pratis locisque umbroſis.

*Flores Betonicæ altilis* ſeu *Coronariæ*, vid. Flores Tunicæ. Germ. Graß-Blumen.

*Flores Borraginis* ſeu *Bugloſſi veri, Bugloſſi latifolii* & *Bugloſſæ urbanæ, Corraginis.* Germ. Borrabi/ Borretſch und Borragen-Blumen. Seruntur in Hortis, naſcunturque in Campeſtribus & ſabuloſis. Eſt unus ex illis 4. Cordialibus Floribus.

*Flores Bugloſſi, Linguæ Bovis, Linguæ Bubulæ, Bugloſſi longi folii, Bugloſſi anguſti folii, Anchuſæ, Bugloſſi Hiſpanici, Bugloſſi Italici, Bugloſſi vulgaris, Flores Echii, Alcibiaci, Alcibiadij, Doriæ, Echii Italici.* Germ. Ochſenzungen-Blumen. Naſcuntur in Campeſtribus, ſabuloſis & uliginoſis. Annumerantur hi Flores iſtis Floribus 4. cordialibus.

*Flores Calcatrippæ, Calcaris, Conſolidæ Regalis, Conſolidæ Regiæ, Delphinii*, alii *Cymini ſylveſtris, Flores St. Otiliæ, Cornutæ Ruelli, Soſandri Dioſcoridis, Aquilenæ, Flos Regius, Calcar Equitis* ſeu *Equeſtre, Pes Alaudæ, Calcaris Flos.* Germ. Ritter-Spohren/ Ritter-Blumen/ St. Otilien-Blumen/ Lerchen-Klauen. Coluntur in Hortis, & naſcuntur in Pratis uliginoſis.

*Flores Calendulæ, Calthæ, Caltulæ ſativæ, Calthæ Pœticæ, Chryſanthemi, Solſequii aurei* ſeu *lutei, Verrucariæ.* Germ. Riegel-Blumen/ Gold-Blumen. Naſcuntur in campis, & ſeruntur in Hortis.

*Flores Caprifolii, Circeæ Monſpelienſium, Cythiſimarcelli, Carpathon, Æginæ, Lilii Caprini, Pilei Veneris, Matriſylvæ, Sylvæ Matris, Involucri majoris, Splenariæ, Volucri majoris, Lilii inter Spinas, Periclymeni, Periclymeni non perfoliati ſeptentrionalis, Periclymeni non perfoliati Germanici, Vinciboſci, Periclymeni non perfoliati vulgaris ſeptentrionalis.* Germ. Speck-Lilien/ Waldt-Winden/ Geyß-Blatt/ Geyß-Lilien/ Waldt-Lilien/ Zaun-Lilien/ Zäunlingen/ Je länger je lieber/ Roſen von Jericho. Creſcunt in dumetis, fruticibusque inſtar Convolvuli adhæreſcunt.

*Flores Carthami, Cardui amoris, Cneci* ſeu *Cnici, Cnici ſativi* ſeu *vulgaris*, vel *Cnici urbanæ* & *ſativæ, Croci hortulani*, ſeu *Saracenici, Carthami Officinarum, Cniciflore croceo, Croci ſylveſtris, Croci fatui.* Germ. Wilder Saffran/ Saffſor/ und Garten-Saffran. Creſcunt in Gallia, Italia aliisque locis. Coluntur que hîc in Hortis.

*Flores Caryophyllorum hortenſium, Vetonicæ altilis.* Videantur Tunicarum Flores. Germ. Nägelein-Blumen.

*Flores Chamomillæ Romanæ, Chamæmeli Romani, Leucanthemi odorati multipliciflore, Parthenii Trag.* ſive *Chamæmeli nobilis* vel *odoratioris, Anthemis* ſeu *Leucanthemis odoratæ.* Germ. Römiſche oder Edle Chamillen-Blumen. Coluntur in Hortis.

*Flores Chamomillæ Vulgaris, Camomillæ* ſeu *Chamæmeli, Anthemis* ſeu *Leucanthemi.* Germ. Gemeine Chamillen-Blumen. Naſcuntur in aſperis, & juxta ſeminatas.

*Flores Cheyri, Keyri, Levcoji aurei, Levcoji lutei, Levcoji lutei ſativi, Violæ aureæ, Violæ luteæ, Violæ petreæ* & *luteæ, ſaxatilis.* Germ. Gelbe Nägelein/ gelbe Violen/ und Stein-Violen. Coluntur in Hortis, Viridariis, Ædiumque feneſtris.

*Flores Chryſanthemi*, vid. Flores Calendulæ.

*Flores Cichorei albi, domeſtici, hortenſis* & *ſativi, Taraxaci Arabici.* Germ. Zahme weiſſe Wegwarten-Blumen. vid. Radices Cichorei.

*Flores Cichorei agreſtis, cærulei* ſeu *ſylveſtris, Solſequii ſylveſtris.* Germ. Wilde Wegwarten-Blumen. vid. Radices Cichorei.

*Flores Citri*, Germ. Citronen-Blüth Vid. Semen Citri.

*Flores Cneci, Cnici, Cardui amoris* &c. vid. Flores Carthami.

*Flores Conſolidæ Regalis.* vid. Flores Calcatrippæ.

*Flores Croci*, quorũ Planta bulboſa eſt, Florem primò Autumnò ferens purpureũ cujus flammea Stamina (inſtar Antheræ) Officinarum Crocus eſt. Germ. Saffran. Optimus eſt *Orientalis*, hinc *Anglicus*, tandem *Auſtriacus*. *Orientalis*, qui ex

Locis Orientalibus ac præcipuè ex Sicilia tranſmittitur, in cujus Monte (Caryco nomine) omnium præſtantiſſimus provenire cenſetur, vulgoq; dicitur *Crocus de Aquila, Sanguis Herculis.* Germ. Zimmet Saffran. *Crocus eſt Anima Pulmonum, Egregium cordiale*, vel *Cor egregiè exhilarat*, & *eſt Aurum vegetabile*, vel *Rex vegetabilium, ſingulare uterinum* & *Stomachicum egregium*, vid. Crocus Aromaticus. Plura legenda ſunt apud *Borellum, Döringium, Velthuſium, Schenkium, Schrœderum Hertothium* & alios.

*Flores Cyani* ſeu *Baptiſeculæ* & *Blaptiſeculæ*, *Flos Zachariæ*, *Flos Frumentorum*, *Flos Siliginis, Cyani Cærulei, Cyani ſegetum, Cyani Sylveſtris, Cyani Vulgaris, Lichnis Agriæ.* Germ. Blaue Korn-Blumen. Creſcunt in Campis inter Segetes. Plantantur etiam propter Diverſitatem in hortis.

*Flores Cynogloſſæ* & *Cynogloſſi, Linguæ Canis.* Germ. Hundszungen-Blumen. Naſcuntur paſſim ſecus vias.

*Flores Dictamni*, vid. Radices Dictamni albi.

*Flores Ebuli*, vid. Radices Ebuli. Germ. Attig-Wurtzel.

*Flores Enulæ*, vid. Radices Enulæ, Germ. Aland-Wurtzel.

*Flores Eupatorii Meſuæ*, vid. Herb. Eupatorii.

*Flores Euphraſiæ*, vid. Herb. Euphraſiæ, Germ. Augentroſt.

*Flores Fabarum vulgarium, Boonæ* ſive *Phaſeoli majoris, Fabarum majorum hortenſium.* Germ. Bohnen-Blüth / gemeine Bohnen-Blüth. In Hortis coluntur.

*Flores Farfaræ, Tuſſilaginis, Vngulæ Caballinæ*, vid. Radices Farfaræ.

*Flores Fumariæ*, vid. Herb. Fumariæ. Germ. Erdtrauch.

*Flores Gaciliarum*, vid. Flores Liliorum Convallium.

*Flores Galeopſidis* ſeu *Galiopſedis*, vid. Flores Urticæ mortuæ.

*Flores geniſtæ, Anguloſæ*, & *Scopariæ, Spartii, Geniſtæ minoris,* ſeu *non aculeatæ, Geniſtæ Scopariæ vulgaris, Flores Geneſtæ* & *Geneſtræ, Scopartii*, Germ. Günſter-Blumen / Pfriemen-Blumen / Kühnſchrodten-Blüth. Solo gaudent arenoſo & aprico.

*Flores Granatorum*, vid. Flores Balauſtiæ.

*Flores Hepat. albæ pratenſis ſtellat.* V. H. Hepat. ſtellat.

*Flores Hepat. nobilis*, vid. Herb. Hepat. nobilis.

*Flores Hiſpidæ* ſeu *Hiſpidulæ*, vid. Flores Pedis Cati, Germ. Katzen-Pfothen-Blümlein.

*Flores Hyperici, Alcyti, Perforatæ, Androſemi minoris, Hyperici vulgaris*, aliis *Fugæ Dæmonum, Flores Herbæ Solis officinalis, Rutæ Solis, Flores S. Johannis, Flores Bellidis majoris.* Germ. Johannis-Blumen / Hart Heu und Teuffels Fluch-Blumen. Creſcunt paſſim in locis incultis.

*Flores Hyſſopi*, vid. Herb. Hyſſopi. Germ. Ysſop.

*Flores jaceæ* ſeu *Trinitatis, Violæ Flammeæ tricoloris, Violæ tricoloris hortenſis, jaceæ majoris, 4 vis.* Germ. Freyſamkraut-Blumen / Dreyfaltigkeit-Blumen / Sieben Farben-Blumen / Je länger je lieber-Blumen. Naſcuntur ſpontè locis incultis, feruntur que in Hortis. Jeſuß-Blümlein / Demuth-Nägelein.

*Flores Jaſmæ, Jaſmini* & *Jeſmini albi, Apiariæ, Gelſemini*, Germ. Jeßmin-Blümlein. Gaudent locis calidis ac apricis. Jaſmini Flores deſtillando odorem amittunt, ut & Nacaſiæ.

*Flores Ibiſci, Bis malvæ*, vid. Herb. Altheæ.

*Flores Labruſcæ, Lambruſcæ* ſeu *Vitis Sylveſtris*, Germ. Wilde Weinreben-Blüth.

*Flores Lavendulæ, Lavandes* & *Lavandulæ*, ſeu *Spicæ Fœminæ, Nardi vulgaris*, ſeu *Pſeudonardi, Lavandulæ.* Germ. Lavendel-Blumen. Coluntur in Hortis & Vineis.

*Flores Leucoji lutei*, vid. Flores Cheyri.

*Flores Liguſtri, Liguſtri Germanici majoris, vulgaris, Alcannæ* ſive *Alkannæ Seplaſiarii, Phillyreæ, Flores Liguſtræ albæ, Cypri, Virgæ ſanguineæ*, Germ. Hart-Riegel-Blumen / Rheyntweyden-Blumen / Mundholtz-Blumen / Mundweyden-Blumen / Kernaarten-Blumen / Beinhöltzlein oder Keelhöltzlein-Blüth. Creſcunt paſſim in ſepibus.

*Flores*

Digitized by Google

*Flores Liliorum alborum* vel *candidorum*, *Liliorum alborum flore erecto* & *vulgari*, *Liliorum alborum vulgarium*, *Roſarum Junonis Apul*. Germ. Weiſſe Lilien. Seruntur ſæpè in Hortis.

*Flor. Lil. Caprin.* vid. Fl. Caprifolii. Germ. Speck-Lilien/ oder Wald-Lilien.

*Flores Liliorum Convallium alb. Gaciliarum*, *Liliorum vernalium*, *Liliorum ſylveſtrium*, *Liliorum ephemerorum* non *lethalium Fuchſij*. Germ. Mayen-Blumen. Gaudent ſolo humido & nemoroſo.

*Flores Lil. inter ſpinas*, vid. Flor. Caprifolii, Germ. Geiß-Lilien / oder Zaun-Lilien.

*Flores Liliorum paluſtrium*, vid. Flores Nympheæ.

*Flores Liliorum Vernalium*, vide Fl. Liliorum Convallium.

*Flores Linariæ*, vid. Herb. Linariæ. Germ. Lein-Kraut.

*Flores Lupuli, Lupuli Salictarii, Lupuli Sativi, Domeſtici, Lupuli Maris, Sylveſtris. Vitis Septentrionalis*. Germ. Hopffen. Hoc in ſepibus & Frutetis provenit. Coliturque in Agris & Hortis.

*Flores malvæ arboreæ, malvæ hortenſis, malvæ hyemalis, malvæ majoris unicaulis, malvæ Romanæ, malvæ roſeæ fruticoſæ, malvæ roſeæ folio ſubrotundo, Roſæ autumnalis* & *Haſtulæ Regiæ Apulei, Roſæ transmarinæ, Flores Moloches, Roſæ hyemalis*. Germ. Groſſe Pappel-Roſen/ Herbſt-Roſen/ Winter-Roſen/ Holtz Roſen/ Bräun-Roſen/ Garten-Roſen/ Römiſche Pappeln/ Erndt-Roſen/ und Winter-Roſen. Coluntur in Hortis.

*Flores malvæ ſylveſtris*, ſeu vulgaris, vid. Herb. Malvæ.

*Flores Mari veri*, vid. Herb. Mari veri. Germ. Marum oder Amber-Kraut.

*Flores Martis*, eſt Crocus Martis.

*Flores matricariæ*, vid. Herb. Matricariæ. Germ. Metter-Blumen.

*Flores Meconii Rhœados*, *Flores Papaveris rubei*, ſeu *Papaveris fluidi*, vid. Flores Papaveris Erratici, Germ. Klapper-Roſen/ Glitſch-Roſen oder Hirnſchnallen.

*Flores melampi*, vid. Album Canis ſeu Album Græcum.

*Flores meliloti officinalis, Meliloti majoris vulgaris, Loti urbanæ ſylveſtris, Trifolii odorati, Saxifragæ luteæ*, Germ. Steinklee-Blumen/ Edler Steinklee/ Honig-Klee/ Unſer lieben Frauen Schülein/ Schottenklee-Blumen. Gaudent Locis ſaxoſis.

*Flores Meliſſæ*, vid. Herb. Meliſſæ, Germ. Meliſſenkraut-Blumen.

*Flores Naphæ*, vid. Flores Aurantiorum, Germ. Pomeranzen-Blüth.

*Flores Nucum Juglandium, Regiæ Nucis vulgaris*, & *Nucis Baſilicæ*. Vocantur etiam *Juli* & *Nucamenta*, Germ. Welſche Nuß-Blüh. Locis apricis proveniunt, in Campis & Collibus: Aquas oderunt.

*Flores Nympheæ* & *Nympheæ albæ, Nenupharis albæ, Nympheæ candidæ, Nympheæ majoris albæ, Blepharon, Clavis ♀ris*, Lilii *Aquatici*, *Matris Herculeanæ Apulei, Digiti Veneris*, Lilii & *Roſæ paluſtris*, *Papaveris paluſtris*, Latometræ *Flores*, *Madonais*, *Clavis Herculis*, *Proteæ*. Germ. Seeblumen/ Waſſermohn-Blumen/ Haartwurtz-Blumen/ See-Roſen/ Waſſer-Lilien/ Weyer-Roſen/ Keulwurtz-Blumen.

*Flores Ononidis*, vid. Radices Ononidis. Germ. Heubechel-Wurtzel.

*Flores Origani*, vid. Herb. Origani, Germ. Doſten.

*Flores Orminii*, vid. Herb. Horminii ſeu Orminii.

*Flores Papaveris erratici, Papaveris erratici primi, Papaveris rhœados, Papaveris erratici majoris, Roſellæ, Roſæ arvenſis, Flores Oxygoni, Papaveris fluidi, Papaverinæ* & *Papaveralis, Papaveris caduci, Papaveris canini*, & *punicei*, Germ. Korn-Roſen/ Klapp-Roſen/ Schnell-Blumen/ rothe Korn-Blumen/ Feltmag-Saamen-Blumen. Ubique in arvis reperiuntur.

*Flores paralyſeos*, vid. Flores Primulæ Veris.

*Flores Pedis Cati, Hiſpidulæ, Æluropi, Gnaphalii montani, Piloſellæ montanæ,*

*næ* ſeu *Hiſpidæ*. Germ. Katzen-Pfoten / Katzen-Fuß / Engel-Blümlein / Feld-Kätzlein / Frauen-Blumen / Tag- und Nacht-Blumen. Creſcunt in collibus ac locis ſiccis.

*Flores Periclymeni*, vid. Flores Caprifolii. Germ. Speck-Lilien.

*Flores Perſicorum*. Germ. Pferſing-Blüth. Coluntur eorum Arbores in Vinetis & Hortis, gaudent apricis.

*Flores Pœonii* & *Pœoniæ albæ, raræ*, ſunt & coluntur in Hortis.

*Flores Pœonii* & *Pœoniæ rubræ*, *Roſæ benedictæ* ſeu *Roſæ Regiæ utriusque generis*, *Dactylildei*, *Pœoniæ nobilioris*, quæ *Pœoniæ Maris* dicuntur. *Herb. Domini Valentini. Flores Pentorobi*, *Clycyſidis* & *Glyciſis*, *Orobelii*, *Monogenii*, *Menii*, *Theodonii*, *Selenii*, *Selenogoni*, *Dichomenii*, *Roſæ fatuinæ*, *H. Caſtæ*, *Roſæ Aſininæ*, *Roſæ Baſilicæ*, *Lunariæ* & *ſanctæ*. Germ. Gicht-Roſen / Königs-Blumen / Pöonien-Roſen / Pfingſt-Roſen / Benedicten-Roſen / Geſegnete Roſen / Freyſam-Roſen / Venediſche Roſen / Keuſch-Roſen. Coluntur in Hortis. Vid. Rad. Pœoniæ.

*Flores Primulæ Veris alpinæ*, *auriculæ Urſi*, *Saniculæ alpinæ Lobelii*, *Paralyticæ*, *Lunariæ*. Germ. Bierenöhrlein-Blumen. Coluntur in Hortis.

*Flores Primulæ Veris vulgaris*, *Paralyſeos*, *Primulæ Veris majoris floribus luteis odoratis*, *Primulæ pratenſis*, *Verbaſculi odorati*, *Arthritici ſimplicis floribus luteis*, *Verbaſculi pratenſis odorati. Flores Phlomidis*, *H. paralyſis*, *Brachæ cuculi*, *H. Primi floris*, *Flor. Clavis St. Petri*, *fl. Herbæ arthreticæ* & *Arthriticæ*. Germ. Schlüſſel-Blumen / Himmels-Schlüſſel / Handſchuh-Blumen / St. Peters-Schlüſſel / Faſten-Blumen / weiſſe Bethonien-Blumen / creſcunt im Campeſtribus & Sylvis.

*Flores Prunorum Sylveſtrium*, vid. Flores Acatiarum.

*Flores Pulſatillæ*, *Herbæ venti*, *Caudæ Vulpis*, *Violæ culinariæ*. Germ. Küchen-Schöll-Blumen / oder Schlotter-Blumen.

*Flores Rhœados*, vid. Flores Papaveris erratici.

*Flores Roriſmarini*, vid. Flores Anthos.

*Flos ſeu Ros Solis*, *Rorella*, *Salvaria*, *Sathiroda*, *Droſium recentiorum*, *Rorida* ſive *Ros Solis major*, *Rorella minor*. Germ. Sonnthau oder Sonnen-Thau. Creſcit in locis campeſtribus & paluſtribus inter Muſcum albicantem & ſubrubentem.

*Flores Roſarum albarum*, *Roſarum candidarum*, Germ. Weiſſe Roſen. Coluntur in Hortis.

*Flores Roſarum Damaſcenarum*, *Roſarum incarnatarum*, *Roſarum Moſcatarum*, *Roſarum pallidarum*, *Roſarum Centum foliorum*, *Roſarum Alabandicarum*. Germ. Leibfarbe Roſen. Coluntur in Hortis.

*Flores Roſarum paluſtrium*. vid. Flores Nymphеæ.

*Flores Roſarum rubrarum finiſſimarum* & *mileſiarum præſtantiſſimarum*. Germ. Rothe Sammet-Roſen. Coluntur in Hortis. Eſt unus Flos ex illis 4. Floribus cordialibus.

*Flores Roſarum ſylveſtrium* ſive *Roſæ ſylveſtres*, *Roſæ arvenſes*, *Caninæ odoratæ*, *Roſæ vulgares*, Germ. Wilde Roſen / Feld-Roſen / Hecken-Roſen / Heidt-Roſen / Hainhecken-Roſen. Creſcunt in Dumetis.

*Flores Salviæ acutæ*, *Salviæ anguſti foliæ*, *Salviæ nobilis*, *Salviæ minoris*. Germ. Creutz-Salbey-Blumen / Edle Salbey oder ſpitzige Salbey-Blumen.

*Flores Sambuci humilis*, vid. Radices Ebuli.

*Flores Sambuci ſylveſtris*, *vulgaris*, *Sambuci campeſtris*, *ſeu domeſticæ*, *Actes*. Germ. Hollunder / oder Holder-Blüth. Gaudent locis opacis, ſepibus & aſperis vallibus.

*Flores St. Otiliæ*, *Cornutæ Ruelli*, vid. Calcatrippæ. Germ. Ritter-Spohren.

*Flores Saxifragiæ albæ tuberoſæ*. Germ. Steinbrech-Blumen / Neun Krafft-Blumen. Creſcunt in locis aſperis & ſabuloſis.

*Flores*

Digitized by Google

*Flores Scabioſæ, Herbæ apoſtematicæ, Scabioſæ pratenſis hirſutæ, ſcabioſæ majoris, ſcabioſæ vulgaris, arvenſis, ſcabioſæ flore cæruleo purpureo, ſcabioſæ ſegetum*, Germ. Scabioſen: Apoſtem: und Grind: Kraut: Blumen. Naſcuntur in Pratis uliginoſis.

*Flores ſchœnanthi, ſchœnanthi, ſquinanthi, Junci odorati.* vid. Lit. S. Schænanthum. Germ. Cameelheu-Blumen.

*Flores Scopariæ.* vid. Geniſtæ Flores. Germ. Günſter-Blumen.

*Flores Serpilli*, vid. Herb. Serpilli. Germ. Wilder Quendel.

*Flores Siliginis, Secalis, Roggæ.* Germ. Korn-Blüth/ oder Rocken-Bl[illegible]. Coluntur in locis campeſtribus.

*Flores Spicæ celticæ, Nardi celticæ, Calthæ alpinæ, Nardi alpinæ* ſeu *Romanæ* & *Spicæ Romanæ, Nardi gallaticæ* & *gallicæ, ſaliuncæ.* Germ. Marien Magdalenen Blumen/ Celtiſcher Narden/ und Welſcher Spick/ Laugen-Blumen. Creſcunt in Alpibus, in Auſtria, in Iſtria, in Carinthia, Liguria, Styria & Tyrolis, &c.

*Flores Spicæ hortenſis* ſeu *hortu[illegible]æ, noſtratis, officinalis, Spicæ Maris, Nardi Italicæ, Spicæ Nardi Germanicæ, Nardi maris.* Germ. Spick / Spicanardi Blumen. Coluntur in Hortis & Vineis.

*Flores Stæchadis Arabicæ*, ſeu *Stichadis purpureæ, Stæchadis Gallicæ, Romanæ, Flores Synchopæ, Styphoniæ, Alcibiadis.* Germ. Arabiſche / Welſche / Römiſche und frembde Stechas-Blumen. Creſcunt copioſe in Inſulis Galliæ, quæ Stæchades dicuntur. Nec non in Arabia quæ Gallicâ præſtantior eſt, & ex Alexandria Ægypti comportatur Venetias. Naſcuntur quoque Gargano Apuliæ monte. Omnium tamen præſtantiſſima eſt peregrina, quæ ex Arabia defertur, & denſioribus eſt Ramulis, quàm Gallica & Italica, & ad compoſitiones recipitur.

*Flores Stæchadis* ſeu *Stœchadis citrinæ, Amaranthi Galeni* & *lutei, Linariæ aureæ, Itinerariæ, Heliocryſos ſylveſtris, Elichryſi anguſti folii, Tineariæ, Comæ Aureæ*, etiam *Flores Chryſocomi.* Germ. Rheyn: Blumen / Mottenkraut-Blumen/ und Schaben-Blumen/ Schnitter: Blumen / Laugen Blumen / Winter-Blumen / Stein-Blumen/ Jüngling. Creſcunt in aridis & aſperis locis, frequenter juxta Rhenum, unde nomen habent.

*Flores Sulphuris.* Germ. Schwefel-Blumen / eſt Sulphur ſublimatum.

*Flores Tapſi barbati*, vid. Flores Verbaſci. Germ. Wüllblumen.

*Flores Tanaceti vulgaris lutei, Athanaſiæ, Arthemiſiæ tenuifoliæ, Ambroſiæ, Tanaceti millefolii foliis Tanaſiæ.* Germ. Rheynfahren-Blumen / oder Wurmkraut-Blumen/ Weinfahren / oder Rheynfallkraut: Blumen. Naſcuntur locis arenoſis incultis.

*Flores Tiliæ fœminæ foliis majoribus, Tiliæ ſativæ Phyllireæ.* Germ. Linden: Blüth. Creſcunt in Montibus, Cæmiteriis, locis ▽ſis.

*Flores Trifolii pratenſis albi* & *rubri.* Germ. Wieſen-Klee / Fleiſch-Blumen. Creſcunt in pratis.

*Flores Trinitatis.* vid. Flores Jaceæ.

*Flores Tunicarum* ſeu *Caryophyllorum maximorum rubrorum, hortenſium, Vetonicæ, Bethonicæ altilis coronariæ* vel *domeſticæ.* Germ. Nägelein: Blumen / Graß-Blumen. Coluntur in Hortis.

*Flores Tuſſilaginis.* vid. Flores Farfaræ, vel Rad. Farfaræ.

*Flores Verbaſci, Candelæ Regiæ, Tapſi barbati, Candelariæ, Lunariæ, Verbaſci lutei.* Germ. Wüllkraut Blumen / Königs: Kertzen-Blumen / Unholdens Kertzen-Blumen / Kertz Kraut und Feld: Kertzen: Blumen / Himmelbrand: Blumen/ Brennkraut Blumen/ Beerenkraut: blumen. Creſcunt locis arenoſis & paſſim ſylvoſis.

*Flores Vetonicæ altilis.* vid. Flores Tunicarnm. Germ. Graß-blumen.

*Flores Violarum aurearum.* vid. Flores Cheyri. Germ. Gelbe Violen.

Flo-

*Flores Violarum lutearum*, vid. Flores Cheyri.

*Flores Violarum martialium, Violarum purpurearum, Violarum odoratarum purpurearum, Violarum ſativarum, Violarum Melanearum Theophraſti, Violarum martialium odoratarum nigrarum ſeu purpurearum, Flores daſypodiarum, Cybeliarum, Violarum murariarum*, & *quadrageſimarum.* Germ. Blaue/ braune oder ſchwartze wohlriechende Mertzen-Violen. Solo gaudent aſpero & umbroſo, juxta muros, ſepes & vias &c. Coluntur quoque in Hortis. Adſcribuntur illis 4. Floribus Cordialibus.

*Flores Violarum mortuorum*, Vid. Herb. Vincæ per Vincæ.

*Flores Violarum tricolorum*, vid. Jaceæ Flores.

*Flores Ungulæ Caballinæ.* vid. Flores ſeu Radices Farfaræ.

*Flores Urticæ mortuæ, Galiopſis, Anonii, Archangelicæ, Lamii flore albo, Urticæ lacteæ, Milzadellæ, Lienariæ.* Germ. Todte Neſſel-Blumen/ Taube Neſſel-Blumen/ Weiſſe todte Neſſel-Blumen.

*Flores Urticæ urentis* ſeu *vivæ*, vid. Herb. ſeu Radices Urticæ. Germ. Neſſel-Wurtzel.

*Floris Viride Æris*, ſolvitur Viride Æris in ſ.q. [symbol]ti in loco calido, philtratus & ad medietatem evaporatus Liquor, in Cella ad cryſtalliſandum reponatur. Germ. Grünſpan-Blumen.

*Flores Zachariæ*, vid. Flores Cyani. Germ. Korn-Blumen.

*Floridus*, vide Anthera. *Hipp.* 6. *Epid.* ſ. 3. t. 7.

*Florificare* iſt floriſiciren/ oder Blumen machen.

*Florum* nomine quandoque intitulantur Pulpæ, ut Flores ſeu Pulpa Caſſiæ &c. Germ. Caſſien-Marck.

*Flos Æris*, id eſt Viride æris, & Æs deſtillatum. ⊕. Germ. Grünſpahn.

*Flos* eſt Bolus per ♎ationem extractus.

*Flos Caryophyllinus, Flos Caryophylli, Caryophillum.* Germ. Graß-Blumen/ vid. Flores Tunicarum.

*Flos Cheyri*, eſt Auri Eſſentia.

*Flos Cœli*, eſt ſpecies Mannæ, ſed à Manna differt, quod non dulceſcat, ſed inſipidi ſit ſaporis, & quod Manna granulatim condenſetur & ſuper Arbores colligatur; hic verò Flos acerbatim cumulatur ſuper Herbam, veluti magna quantitas Mucinarium; frigidiſſimæ eſt qualitatis & penetrantis ſubſtantiæ &c. vid. *Johnſ. Lex.*

*Flos Jovis*, eſt Flos Trinitatis ſeu Jacea. Vid. Flores ſeu Herb. Jaceæ. Germ. Dreyfaltigkeit-Blumen oder Kraut.

*Flos Lactis*, vid. Cremor Lactis. Germ. Rahm.

*Flos Maris*, à quibusdam Ambra ſubalbida ſeu Sperma Ceti. Vid. Ambarum ſubalbidum ſeu Sperma Ceti.

*Flos Mèlompi*, eſt Album Canis vel Album Græcum.

*Flos Picis.* vid. Capnelæum.

*Flos Plumbi*, eſt Ceruſſa. Germ. Bleyweiß. [symbol].

*Flos Salis*, vid. Salis Flos. Germ. Saltz-Blum. Græcè *Aloſanthos.*

*Flos Vini.* Vid. Anthoſmias. *Jung. Linden.* Ex 10. §. 131. ſeq.

*Flox*, eſt Flamma. Germ. Flamme.

*Fluere*, eſt liquidorum continua Profuſio. *Sign.* [symbol], [symbol], [symbol], ▽.

*Focus*, eſt Vas in quo Plumbum purgatur.

*Fœdula*, eſt Fungi Species. Germ. Pfifferling.

*Fœniculum, Marathrum*, Germ. Fenchel. Vid. Semen Fœniculi.

*Fœniculum marinum, Crethamus.* Germ. Meer-Fenchel. vid. Sem. Fœniculi marini.

*Fœniculum porcinum.* Vid. Radices Peucedani.

*Fœniculum petræum*, vid. Semen Seſeleos Maſſiliatici. Germ. Marſiliſcher Seſel-Saamen.

*Fœniculum urſinum & porcinum.* Vid. Rad. Meü.



Digitized by Google

*Fœnix* ſeu *Phœnix*, Filius unius diei, ut ſupra. Germ. Der Philoſophiſche Stein. Alii Florem Chelidoniæ extr. *Mart. Rul.* & *Johnſon. Lexic.*

*Fœnum Camelorum.* vid. Schænanthum.

*Fœnum græcum.* vid. Sem. Fœnu Græci. Germ. Bocks-Horn.

*Fœtus ſpagyricus*, vocatur illa Medicina catholica Spagyricorum. *Johnſ. in Philoſ. Chem. Th. Chym.* Vol. I.

*Fol.* ità à Medicis præſcriptum, legendum eſt Folia ſeu Foliorum.

*Folia daturæ* vel *dauræ* quaſi Folia aurea.

*Folia* ſeu *Folium Indum*, ſeu *Malabathrum*, *Folium Malabathrum*, *Batrum* ſeu *Betrum Indicum*, *Tembulum Phyllon*, *Phyllon Indicon*, *Phyllon ſcylmatos Aëtii.* Germ. Indianiſch Blat / oder Indianiſch Samkraut. Triplex eſt:

I. Ut Dioſcorides ſcribit, in Indicis paludibus gigni, lentisque paluſtris modo innatare ▽is ſine Radice.

II. Eſt quod in Ægypto ac Syria, ab Arbore colligi, ſcripſit *Plinius*. Hæc duo nobis adhuc incognita.

III. Non innatat ▽is, ſed in procera Arbore procul ab ▽is in Camboja naſcitur, ſecundum *Garciam*. Et eſt Arbor mediocræ magnitudinis, quæ non niſi ad fluminum ▽as aut Ripas vel Lacus enaſcitur; C. B. præſtant viridiuſcula.

*Folia Auri*, Aurum foliatum. Germ. Geſchlagen Gold / oder Gold-Blädlein.

*Folia Lauri*, Germ. Lorbeerblätter. vid. Herbas, Laurifolia.

*Foliata Terra*, vocatur Sulphur perfectè mundatum, purificatum & dealbatum. *Th. Chym.* Vol. IV. pag. 720.

*Foliata Terra Tartari*, videatur Terra Tartari foliata.

*Foliatum*, eſt nomen Unguenti pretioſi, quô divites ſolum Romæ utebantur, ad Stomachum & Caput. Dictum etiam ſpicatum, *Gal.* Lib. 2. cap. 1. &c.

*Folium*, vid. ſuperiùs Folia vel Folium Indum. Folium quoque vocatur ipſe Lapis Philoſophorum. in *Theatr.* Vol. IV. pag. 727.

*Folliculus* eſt Theca tenuis, quæ Granum vel Semen continet involutum.

*Folliculus fellis*, eſt Veſicula, quæ Hepatis concavo annectitur, in qua Bilis colligitur, quæ ſuo tempore per ductum choledochum, in inteſtinum duodenum exantlatur. Germ. Die Gallblaſen.

*Folliculus* ſeu *Folliculi ſennæ* poſt floſculos prodeunt, Semina continentes, Renumque figuram referentes. Germ. Sennen-Blätter-Bälglein.

*Fomentatio*, eſt quando ex Decoctione aliquarum Herbarum, membrum fumigatur atque fovetur.

*Fomentum Celſo*, *Fomentatio Ulp.* *Fotus Plin.* quod corpori admotum ipſum fovet & calefacit: Eſtq; Liquor aut Decoctum, variis partibus, beneficio lintei, filtri, ſpongiæ, vel veſicæ, fovendi cauſa applicandum. Germ. Bähung / Brütung / Warmhaltung.

*Fons*, Chymicis Mercurius indigitatur.

*Fons Philoſophorum*, *Balneum Maris* ſeu *Mariæ*, MB. Germ. Marien-Badt / oder Philoſophiſcher Brenn-Ofen.

*Font.* ità à Medicis præſcriptum, legendum eſt, Aqua Fontis ſeu Fontana.

*Fontale Acetoſum*, idem quod Acidulæ. *Paracelſ.*

*Forfex.* Germ. Eine Klufft oder Zange. Eſt Inſtrumentum oblongum, & biceps, quod manibus facilè comprimi & dilatari poteſt, Igni imponendis dirigendisque prunis atque Vaſis aptum. Eſt & alia Forficum ſpecies, quâ Vaſa tantum ex igne ſuſtollimus, quæ inſtar Forcipis complicatur. *Mart. Rul.*

*Forimum*, i. e. Alumen humidum. *Galen.* Lib. 6. cap. 1.

*Forma*, Chymici per Formam intelligunt vel Spiritum mundi, à quo corpora naturalia producuntur: vel Formæ rerum ſunt influxus Cæleſtium, quos à ſu-

à ſuperioribus habent inferiora: Occulta potentia, vis & Virtus cujusque rei. *Murt. Rul. & Johnſ.* Vel Forma ipſis idem eſt, quod Quinta Eſſentia *Libav.* paſſim in Scriptis. Vel etiam de externa alicujus rei Figura. Hinc Formas Plantarum reſuſcitare, Formas fundere, apud eundem legitur in *Syntagm. Arc. Chym.* & alibi.

*Formatio*, plerumque ponitur pro externa Figuratione. v. g. Formare Pilulas, Globulos, Paſtillos, apud *Scribon.*

*Formica* & *Myrmecia* & *Myrmex*. Germ. Ameyſe. Eſt Animalculum inſectorum laborioſiſſimum, Formicæ non ſolum inter diu ſed etiam noctibus, plenâ Lunâ laborem exercentes: ſunt verò Formicæ vel alatæ vel inpennes, quæ frequentiores in locis ſiccis & minus cultis, reperiuntur. Colliguntur, quæ ſub Arboribus reſiniferis inveniuntur, acidumque olent, vid. *Aldrov.* & *Schrœd. Fr. Hoffm.* & alii. Ex quibus Formicis præparatur ∴ & ⁓ &c.

*Formula*, Barbaris *Receptum*, Eſt præſcriptum Medicum, quod à Medicis præſcribitur & à Pharmacopœis in Ægrorum emolumentum, præparatur. Vulgò Receptum ℞. Germ. Ein Recept.

*Fornax*, Germ. Ein Ofen. vid. Furnus. *Sign* ⊡, ⁓, ⊡.

*Fornax acida*. Vid. Acedi Furnus & Athanor, Henricus niger vel piger. Germ. Ein fauler Heinrich.

*Forpex*, videatur Forfex. Germ. Eine Kluft oder Zang.

*Fortificans*, idem quod Confortans vel Corroborans. Germ. Stärckung.

*Fortis* ſeu *Sortis Herba Fuchſii*, eſt Solidago ſeu Conſolida Sarracenica. Germ. Heydniſch Wund-Kraut.

*Fotus*, vid. Fomentum. Germ. Bähung / oder Warmbhaltung.

*Fraces*, dicuntur Carnes Olivarum expreſſæ, unde Amurca ſive Feces in Oleo *Plin.* Lib. 15. cap. 6. *Linden.* ex X. §. 199. &c.

*Fraga*. Germ. Erdbeer / ſpontè naſcuntur in Sylvis, Dumetis, Montibus opacis & ſecus Vias, ſeruntur que in Hortis.

*Fragaria*, eſt Herba ferens Fraga. Germ. Erdbeer-Kraut. vid. Herbas.

*Frangula*, Germ. Faulbaum / vid. Cortices Frangulæ.

*Fraſſinella* & *Fraxinella Italica*, *Fraxinella Geniculata*, vid. Rad. Sigilli Salomonis. Germ. Weyßwurtzel.

*Fraxinella*. vid. Radices Dictamni albi.

*Fraxinus*, eſt Lignum Vulnerarium ſeu Sympatheticum. vid. Lign. Fraxin. Germ. Eſchen Holtz.

*Fraxinus pumila Math. Tragicum primum Dioſcorid.* Vid. Radices Dictamni albi. Germ. Weiſſer Diptam.

*Frigefaciens*, *Refrigerans*, dicuntur Remedia Refrigerantia. *Hipp.*

*Frondis*, item *Frundis*, pro Frons, notat Ramuſculum Arboris vel Fruticis folioſum, ut Delphica vel Perſica Frontis. *Keuchen.*

*Frons*, *Frondis*, idem quod Frondis *Keuchen.* ad *Seren.* pag. 134. 210.

*Frontale*, eſt Medicamentum externum, quod frequenter ad Capitis dolorem & fervorem, Fronti applicatur. Conſtat utplurimum ex Emulſionibus Frontalibus, Farinis, Floribus, Herbis, Seminibus &c. & ꝉ to Roſarum madefactis. Germ. Stirn-Uberſchlag.

*Fruct.* ità à Medicis præſcriptum, legendum eſt Fructus.

*Fructus*, in genere ſignificat omne id, quod Plantæ ultimò proferunt, adeoque & Semina vel Grana complectitur. *Galen.* In ſpecie tamen id nominis ſibi reſervant Fructus majores, Nuces, Poma, Pruna, Pyra &c. & his ſimilia. *Schrœd.* Lib. 2. cap. 1. ubi Catalogus Officinalium Fructuum inveniendus. Dividuntur in Fugaces & Solidiores, qui reponi poſſunt. De utrorumque Facultatibus vide paſſim apud *Gal.* cap. 10. &c.

*Fructus Oxyphœnica*, *Fructus Palmæ Indicæ* ſeu *ſylveſtris*, vid. Tamarindi. Germ. Tamarinden / Saure Datteln.

*Fructus ♃les*, ſunt Amydalæ. Germ. Mandeln.

*Fruges*,

*Fruges*, in genere idem, quod Fructus. In ſpecie tamen denotat duo genera: Frumenta & Legumina. *Claud. Deodat.* Lib. 1.

*Frumentorum* & *Siliginis flos*, vid. Flores Cyani. Germ. Blaue Korn-Blumen.

*Fucala*, *Fuchaba*, eſt Potus, qui fit ex Hordeo & Aqua, Germ. Gerſten-Waſſer.

*Fuga Dæmonum*, vid. Flores Hyperici, & Rad. Helleb. nigri.

*Fugel, Fugeli, Fugil*, i. e. Raphanus. Germ. Rettig.

*Fuligo*, eſt Terreæ Materiæ ad plenum peruſtæ Exhalatio, & differt à Fumo, qui eſt Exhalatio à ſemi uſta & humida Materia proveniens. *Galen. adverſ. Lyc.* cap. 2. Germ. Ruß. *Sign.* ♎, ⊏, ♌, ♇.

*Fuligo alba* ☿ *rialis*, eſt ✳cum. Germ. Salmiac.

*Fuligo Metallorum*, proprie dicitur Arſenicum o--o ſæpè etiam Mercurius ☿. *Mart. Rul.* & *Johnſ. Lexic.*

*Fuligo Spagyricis* duplex eſt: Humida & Sicca. Humida eſt Cœleſtis vapor per Deſtillationem prolectus. Sicca per Ollam & Cooperculum Æreum, ut à Cinnabari Vapor albus. *N. Flam. Ann. Th. Chym.*

*Fullonum Herba Fuchſii*, *Struthion*, *Condiſi*, *Lanaria*, *Radicula*, eſt Saponaria, Germ. Seyffenkraut/ vid. Herbas.

*Fulmen*, Chymicis dicuntur *Flores cupellati Argenti* in ipſius cum Plumbo repurgatione. Unde *fulminare Metalla*, idem eſt ac Repurgare, potiſſimum quæ perfecta dicuntur. Et eſt *Argentum purificatum*.

*Fulminatio*, idem eſt quod Detonatio.

*Fulminatio* eſt Gradatio Metallica cum Excoctione ad purum in cineritio, cujus perfectio veluti effulgente indicatur ſplendore. Inde etiam nomen operi eſt, quod Coruſcatio veluti in fulmine apparente fulgure fiat. Nam poſtquàm abſumptæ, ſegregatæq; ſunt alienitates (veluti fluores adjecti, Plumbum, Mineralia conjuncta) nubecula quædam ſulphurea obequitat per ſuperficiem, unde poſteà purpureus elucet Splendor, quem Fulgur vel Fulmen, aut etiam Florem nuncupare ſolent, qui cum diſparet, relictus regulatus, refrigeratur.

*Fulmos*, eſt Herba, quæ dicitur Teſticulus Sacerdotis.

*Fumaria, Capnos Lobelij, Fumus Terræ*, Germ. Erdrauch/ vid. Herbas.

*Fumaria bulboſa minor*, vid. Radices Ariſtoloch. rotund. vulgar.

*Fumigatio*, Chymicis eſt per Fumum acrem corrodentemque Calcinatio. Et fit diverſò modò. Metalla nobiliora afflatu Plumbi fuſi vel Hydrargyri fragilia redduntur, & poſteà comminuuntur, terendo cum Sale. *Mart. Rul.* & *Johnſ.* Lex.

*Fumus*, quid ſit, & qualis exhalatio? videatur Fuligo. Fumus propriè eſt id, quod ex rebus, cum cremantur, exhalat. *Lind. Exercit.* xv. §. 124, 128. *Sign.* ⊞, ♌, ♌.

*Fumus acerrimus*, △ *Terræ*, *Reſina Terræ*, *Solſequium Terreum*, *Spiritus fœtens* eſt Sulphur ♄. Germ. Schwefel.

*Fumus albus*, Spagyricis & Metallurgis eſt Mercurius, ☿. & eſt Materia illa ſubtilis & tenuis, quæ ex Materia noſtra Fumi & Vaporis inſtar aſcendit, & Aquam noſtram Mercurialem conſtituit, quæ cum ſicciori & crudiori Materiæ noſtræ parte conjuncta, Lunam noſtram nobis commonſtrat.

*Fumus citrinus*, eſt Sulphur. 🜍. Germ. Schwefel.

*Fumus rubeus*, eſt Materia illa ſubtilis & tenuis, calida & ſicca, quæ Fumi modo, & inſtar Exhalationis, aſcendit ex Materia noſtra, & Salem noſtrum rubeum, ſeu Salem noſtrum rubicundum conſtituit. *Johnſ. Lexic.* Interdum Auripigmentum. o=o.

*Fumus Terræ*, vid. Fumaria, Germ. Erdtrauch.

*Fundalia*, vocavit *Lullius* Feculas, ſive Gerſas. Teſte *Libavio Alchym. Pharmac.* cap. 21.

R 2 *Fungus*,

*Fungus*, diverſimodè accipitur. Aliquando notat Excreſcentiam, vel Excrementum Terræ quoddam variæ formæ & figuræ, ſuntque hujusmodi Fungi Rudimenta Plantarum. *Eph. N.C.A.* 11. *Obſ.* 54. quorum tres ſpecies recenſentur, eſculenti, officinales & venenoſi Fungi. De quibus videatur *Cluſius, Schrœd.* & alii.

*Fungus albicans*, vid. Agaricus. Germ. Lerchenſchwamm.

*Fungus Cervinus*, vid. Boletus Cervinus. Germ. Hirſchbrunſt.

*Fungus Chirurgorum, Orbicularis, Ovatus, Fungus pulverulentus, Boviſt* vel *Quovis, Crepitus lupi.* Germ. Boſiſt/Bubenfiſt/ oder Wolffsfiſt. Eſt Excrementum Terræ plenum Pulveris ſubtiliſſimi. Nominatur quoque Germ. Barbierer Schwamb zum Blut-Stillen. vid. Ovatus.

*Fungus* ſeu *Spongiola Cynoſbati* innaſcens fruticibus Roſarum Domeſticarum ſeu Sylveſtrium. Germ. Schlaffkunßen oder Roſen-Hecken-Schwämm.

*Fungus*, eſt Excreſcentia quædam Arboribus vel Fruticibus, vel Terræ innaſcens. Germ. Schwämm/ oder Schwäms-Geſchlecht.

*Fungus Juniperinus*, Germ. Wacholder-Schwämm/ Fruticibus Juniperinis innaſcitur hinc inde in Sylvis.

*Fungus* Laricis, vid. Agaricum. Germ. Lerchen-Schwamb.

*Fungus marinus*, vid. Spongia ſeu Fungus marinus.

*Fungus Orientalis*, vid. Nux Vomica, Germ. Krähen-Auge.

*Fungus ſambucinus*, ſeu *Spongia Sambuci, Auricula Judæ,* Germ. Holder-Schwämmlein/ oder Judas Ohren/ innaſcitur hinc inde in Sepibus Sambuci.

*Furfur macer, Leptopityron,* Germ. Kleyen. Significat propriè Pelliculam ſive Corticem, quæ à Frumento inter molendum abſcedit. *Lex Brun.*

*Furnus*, eſt locus, in quo △ ad Materiam Chimicè tractandam dextrè & convenienter accomodatur. Eſtque *Apertus aſcenſorius, Balnei, Calcinatorius, Cæmentatorius, Deſcenſorius, Reverberatorius, ſimplex, tectus* vel *veſica.* &c.

*Furnus apertus* eſt, cujus pars ſuperior eſt apertus, & eſt Probatorius vel Ventoſus.

*Furnus aſcenſorius* eſt, quando aſcendendo diſſolvimus.

*Furnus Balnei* eſt, ubi in aheno calidum continenti diſſolvimus, & pro deſtillatione Aquarum vel Spirituum utimur. *Johnſ. Lex.*

*Furnus calcinatorius*, eſt qui Rebus calcinandis inſervit, & eſt vel Cæmentatorius vel Reverberatorius.

*Furnus Cæmentatorius*, eſt in quo Ignis ad res Cæmentandas dextrè commodatur.

*Furnus deſcenſorius*, eſt cujus adminiculo, propellendo humorem deorſum, rem diſſolvimus. *Rhenan.*

*Furnus reverberatorius*, eſt in quo Materia impoſita à flamma reverberante calcinatur.

*Furnus ſimplex*, eſt qui abſolutè ſine Adminiculo alterius conſtat. Et eſt vel Calcinatorius vel Diſſolutorius aut ad coquenda compoſita ſeu ſimplicia aptus.

*Furnus textus*, eſt vel Compoſitus vel ſimplex.

*Furnus veſicæ*, eſt qui rei in veſica diſſolvendæ vel deſtillandæ inſervit. &c.

*Fuſio*, eſt Liquatio per Calorem Ignis ſæpè vehementiſſimi, ut fit in liquandis Metallis & Mineralibus. Huic operi non raro Follis adhibetur. Germ. Schmeltzung. *Sign.* ♒

*Fuſio per Antimonium*, qua verum Aurum non modò à Metallis imperfectis, ſed etiam ab ipſo Argento ſeparamus, & fit hoc modo: Accipio Aurum aliis Metallis mixtum, ipſiq; tres partes Antimonii pulveriſati commiſceo, & in crucibulo Igni contumaci in furnum ventoſum pono. Poſtea juvante (ſi placet) folle probè liquefactum in pyramidem calefactam ſevòque illitam transfundo, ubi labris malleò concuſſis *Regulus Aurum continens in apice reſidebit*, quem malleò detrunco; Antimonium porro reſiduum rurſus in Tigillo igni ad tertiam etiam vicem impono, & prædictò modò procedo, ut omne

omne *Aurum* ex Antimonio protrudatur. Tandem Regulos hoſce ſingulos in catillo terreo propè follem pono, carbonibusquè ſuperpoſitis, in modum Fornicis ignem accendo, tamdiuq; flammam ſuperinduco, quousque omni Antimonio evaporato, *aurum purum* putumquè reſideat, quod ſtatim coagulatur. *Rolf.*

*Fuſiricon*, *Fuſuricon*, dicitur Medicamen ad Scabiem.

*Futa*, i.e. Spelta, Germ. Dünckel-Korn/ Spelten.

*Fux*, i.e. Fex antiqua. Germ. Alte Häfen.

*Fuxa*, eſt Lunaria. Getm. Mon-Kraut.

*Fyada*, id eſt Mercurius ☿, Fumus albus.

# G.

GItà ſimpliciter à Medicis notata Litera, legend. eſt Gummi.

G. Græcum r. Medicis Græcis Uncia eſt ℥j. Germ. Zwey Loth/ oder ʒviij. 8 Quintlein/ oder 24 Scrupel. ℈xxiv. &c.

*Gabal*, videatur Cabala, Caballa ſeu Cabalia. &c.

*Gabanala*, nomen dicit fuiſſe primævum artis Caballiſticæ ab Authore *Parac. Philoſ. ſagac.* L. 1. §. Prob. in Nedu.

*Gabirea*, Species eſt Myrrhæ pinguiſſima, læto & pingui ſolo naſcens, quæ copioſe ſudat ſtactea, teſte *Dioſcorid.* Lib. 1. cap. 77. *Gorr.*

*Gabricu*, Terminus eſt Spagyricus denotans Maritum Philoſophicum, id eſt Sulphur Philoſophorum, cujus Fœmina dicitur *Beya*, id eſt Aqua Mercurialis. *Thom. Chym.* Vol. III. p. 675. & Vol. 15. p. 736.

*Gæa, ferrea*, videatur Ge. *Lexic. Brun.*

*Gæodes*, idem eſt quod Terreſtris, Terrenus & Terra, vid. Ge. Hac ſignificatione notat Lapidem de genere Ætitarum; etiamſi *Dioſc.* ſeparatim de utroque differat Lib. 5. Cap. 161. 169. Terram in ſe complectitur, ut plurimum quidem candidam, ſed aliquando pallidam, aliquando luteam, ſolàque figura à Belenite differt &c. Vid. *Dioſc.*

*Gagarab*, id eſt Antimonium. ♁. Germ. Spießglaß.

*Gagates*, eſt Species Lapidis minus pretioſi, ità dicta à Fluvio Gagas in Lycia, vel ſecundum alios in Cilicia, ex liquido Bitumine, vel ex Succo pingui & bituminoſo concreti, qui igni admotus ardet, & bituminis odorem reddit. Perperam à nonnullis confunditur cum Succino. De hujus differentiis & uſu Medico vid. *Galenum, Scrib. Dioſcorid. Long. Schrœderum* & alii.

*Gala*, ſignificat Lac. Germ. Milch. quia Liquor calidus, dulcis & tenuis eſt, vid. *Lexic. Brun.*

*Galac*, *Galak*, eſt Lac acetoſum. Germ. Saure Milch.

*Galacon*, eſt quoddam genus Æris.

*Galactes*, & *Galactites*, dicitur Lapis ex Saxo calcario naſcens, ſicut & Melitides, cui & in reliquis notis valde ſimilis eſt, cinereo colore, qui cum coti atteritur, ſuccum reddit lacteum & dulcem, ex quo nomen ſuum accepit &c. vid. *Gal. Gorr. Dioſc.* & alii.

*Galanga*, videantur Radices Galangæ. Germ. Galgand.

*Galarias*, idem quod Gallarias, nomen Piſcis, qui & Aſellus dicitur. *Lind.* ex XI. §. 28.

*Galax*, *Glaux* & *Noctua*, dicitur Avis noctu maximè videns &c. vid. *Gal. Aldrov. Schrœd.* & alii.

*Galbanetum*, dicitur Balſamus, qui penetrat Venas & Ligamenta. Vid. *Paracelſ.* in Tract. de Tart. Dicitur quoque Liquor ex Galbano de Terebinthina dilutus, vid. *Johnſ. Lexic.*



Digitized by Google

*Galbanum*, *Galbanus*, *Chalbana* & *Lachryma Metopii*, *Geſor* & *Gazar*, *Chalbanum*. Germ. Mutter-Hartz / eſt Gummi, Succus aut Lachryma Ferulæ Syriacæ, ſeu Liquor grumis flavis aut candicantibus compactus, Subſtantiâ molli, pingui, digitis adhærente, Sapore amariuſculo, Odore gravi. Eligendum purum, pingue, cum accenditur flammam nutriens, mediocriter viſcoſum, colore flavum, tale cum recens eſt. Advehitur ex Alexandria Ægypti, & inde ad nos.

*Galbene*, i. e. Nux vomica. Germ. Kraen-Augen.

*Galbuli Plinii*, *Globuli Cypariſſi*, *Spheria Theophraſti*, *Speritides*, vid. Cupreſſi vel Coni. Germ. Cypreſſen.

*Galea*, apud Chymicos eſt Vas, cui Retorta imponitur, ex Terra aut alia materia confectum, ne ☾ta, niſi mediate, ab Igne tangatur. Germ. Eine Capelle. *Lexic. Brun.*

*Galea* quoque ſignificat Alembicum ſeu Capitellum, Germ. Ein Helm oder Hut auff einen Kolben. vid. *Alembicus*.

*Galega*, Germ. Genß-Rauthen / vid. Herbas.

*Galena*, *Galene*, idem eſt quod Molybdæna, quæ eſt vel nativa vel factitia. Illa eſt Minera Plumbi, vel potius Plumbi & Argenti ſimul. *Plin.* Lib. 34. cap. 8. *Rhod. ad Scribon.* n. 220. latinè Plumbago dicitur. *Mart. Rul.* & *Johnſ. Lexic.* Hæc eſt ſpecies Lithargyrii, videlicet Recrementum illud, quod in purificatione Argenti vel Auri per ♄bum fornacis ſolio concretum adhæret, & peruſtum eſt. *Scrœder.* Lib. 3. cap. 19. &c.

*Galenica Medicamenta* ſeu *Medicina*, eſt quæ nititur Fundamentis Galeni, ideoque Galenici ſunt, qui artis ſuæ Fundamenta è *Galeno* & Philoſophis petita, Ratione probata & Experientiâ confirmata amplectuntur &c. Germ. Galeniſche Artzney. *Lex. Blanc.*

*Galenion*, nomen eſt Malagmatis Anodyni, cujus Compoſitionem habet *P. Æginet.* Lib. 7. cap. 18.

*Galeon*, i. e. Herba Lactis, vel Gallon. *Galen.* 6. ſimpl. Phar.

*Galeopſis Fuchſij*, vid. Radices Scrophulariæ. Germ. Braun-Wurtz.

*Galeos*, latinè *Muſtelus*, dicitur genus quoddam Piſcium, carne durâ præditorum &c. vid. *Gal.* lib. 3. *Aldrov.* lib. 3. de Piſcibus.

*Galerita*, eſt Petaſites, Germ. Peſtilentz-Wurtz. vid. Radices Petaſititis.

*Galias*, nomen Piſcis minoris, apud *Galen.* Dicitur & Aſellus, Catellus. *Linden.* ex XI. §. 28. *Aldrov.* d. ſ. cap. 34.

*Galiopſis Dioſcoridis*, vid. Flores Urticæ mortuæ. Germ. Todte Neſſel-Blumen.

*Gallia*, eſt Medicina compoſita ex pluribus Speciebus Aromaticis.

*Gallæ*, Germ. Gallapffel. Et ſunt Gallæ Auguſtinæ, & Marmanigæ, & Turcicæ & Verinæ &c.

*Gallia Moſchata Meſues* & *Nicolai* ſunt Trochiſci ex odoriferis cum ſ. q. Mucilaginis Tragacanth. parati.

*Gallinæ axungia*, Germ. Hüner-Fett / oder Hüner-Schmaltz. Eſt Pinguedo Animalculi pennati domeſtici bipedis notiſſimi.

*Gallitrichum*, videatur Horminum. Germ. Scharlach-Kraut.

*Galium*, Weg-Stroh / vid. Herbas.

*Gallopavus*, ſeu *Pavo* & *Pavus*, Germ. Pfau. vid. Pavo.

*Galreda*, ſpecies eſt Gelatinæ, nimirum Succus inſpiſſatus, viſcoſus, lucidus fitque plerumque ex coctis partibus Animalium. Exempl. gr. ex Pedibus Vituli, Porcellorum &c. Germ. Gallren.

*Gammarorum Lapides*, *Oculi Cancri officinal.* vid. Lapides ſeu Lapilli Cancrorum.

*Gammaros*, eſt Cancer. ♋. Germ. Krebs / vid. Cancer ſeu Aſtacus.

*Gangitis*, idem eſt quod Gagates, de quo ſuperius.

*Ganimedes*, Chymicis dicitur 🜍 album, & verus Ganymedes. *Johnſ.*

*Ganza* ſeu *Anſer*, Germ. Eine Ganß. vid. Anſeris pinguedo.

*Gargariſma*, *Gargariſmus*, *Collutio Oris*, eſt Medicamentum liquidum, affectibus Oris, Faucium, Gingivarum, Laryngis, aliquando & Capitis dicatum,

garga-

Digitized by Google

gargariſando ſine Deglutione colluens. Eſtque Decoctum in quo Syrupi convenienter ſolvuntur; vel Aquæ deſtillatæ quibus Syrupi admixti, quandoque & 🜔 minerales adduntur. Germ. Ein Gurgelwaſſer.

*Gara*, i. e. Laurus, Germ. Lorbeer-Baum.

*Gargariſma ſynanchica.* ℞. Spong. Sambuci ℥j. Cynocopri albi ʒvj. Fol. rubi mj. Roſarum. rubr. mß. Geranei Columbini mij. Caricarum N: viij. coq. in ſ. q. 🜄 æ aa. ℔ij. adde 🜊ti Sambucini ℥j. Rhodomel. ℥iij. Miſc.

*Garyophyllatæ, Avariciæ, Sanamundæ, & Gei Radices.* vid. Radices Caryophyllatæ.

*Garyophylli*, videantur Caryophilli. Germ. Würtz-Nägelein.

*Gas*, nomen eſt Helmontianum, in genere denotans 🜔 non coagulabilem, qualis è fermentante Vino, itemque ruber ille qui Chryſulca operante eructantur. Specialiter vero de variis ſubjectis prædicatum diverſas quoque obtinet ſignificationes. ex gr. Gas vitale, & Spiritus Vitæ noſtræ, Lumen & Balſamus, præſervans à Corruptione &c. Gas pingue ſulphureum, quod enecat Homines, præſertim in Cryptis ſubterraneis. Gas ſylveſtre, Gas ventoſum, quod eſt Terra. Gas ſiccum, quod eſt Sublimatum. Gas cereviſiæ, id eſt exhalans 🜁 è doliis, vel Lacubus quando fermentatur. Gas Salium, eſt Aqua, item Uvæ &c. Derivatur forſan à Belgico idiomate. Germ. Giſt/ vel Geſt aut Geeſt.

*Gaſeata*, eſt Eupatorium. Germ. Odermeng. vid. Herbas.

*Gatrinum*, id eſt Cinis clavellatus. 🜶. Germ. Weyd-Aſche.

*Gattaria*, vid. Nepeta, Mentha Cattaria. Germ. Katzen-Kraut.

*Gazar*, eſt Laurus. Germ. Lorbeer-Baum & *Galbanum*.

*Ge*, id eſt Terra. 🜃. Germ. Erde. Significatio ejus triplex: Phyſica, Medica & Spagyrica. Vid. *Lex. Brun.*

*Geaucia*, eſt Succus Chelidoniæ. Germ. Schelkraut-Safft.

*Gebalum & Gebulum*, eſt reparandum idem coagulare, *Mart. Rul. Johnſ.* & *Brun. Lexic.*

*Gecharſam & Gecharſun, Diſdaba*, id eſt Rana. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Geffaſe, Gefriſe*, eſt Spongia Marina. Germ. Meer-Schwamm.

*Geloppa, Gialoppa, Jalappa, Bryonia nigra*, vid. Rad. Galappæ. Germ. Jaloppen/ oder fremde Purgier-Wurtzel.

*Hucci vel hunc, Huuo & Huut*, id eſt, Jupiter, Stannum ♃. Germ. Zinn / *Johnſ.*

*Humaç, Humaſum*, id eſt Acetoſa. Germ. Saueramppfer. *Steph.*

*Humectantia Medicamenta* ſunt, quæ particulas ſuas humidas corporis poris poſſunt inſinuare. Item ſunt omnia fluida. Germ. Befeuchtende Mittel. *Lex. Blanc.*

*Humectatio*, idem eſt quod Madefactio. Humectatio duplex eſt: Interna, quæ fit Cibis & Medicamentis & Externa vel ſuperficialis, quæ fit balneis, infuſionibus, *Lex. Brun.*

*Humidus*, eſt vel Humor, vel Humiditas, vel Aquoſitas, vel Succus.

*Humor*, vid. Humidus vel Humiditas. Germ. Feuchte oder Feuchtigkeit. ♒

*Hunayn, Huayn*, i. e. Bitumen judaicum. Germ. Juden-Pech. *Sylv.*

*Huneſcum, Henis, Henoſum*, i. e. Ceterach. *Steph.*

*Huruam*, dicitur Malum Granatum. Germ. Ein Granat-Apffel.

 *Huſacium*,

Digitized by Google

*Huſacium*, eſt Sal Armoniacum ✱. Germ. Salmiac.

*Huſo, Huſſo*, Germ. Hauſen / genus Piſcis eſt è maximis, ità ut aliquando quadringentas libras pendet, oſſibus, excepto capite & ſquamis carentis, Danubio fluvio ferè proprii; Officinis exhibet Ichthyocollam. Germ. Fiſch-Leim / vid. Ichthyocolla & *Aldrov.* Lib. 4. de Piſcibus, cap. 11.

*Huno* vel *Huut*, eſt Jupiter, Stannum. ♃. Germ. Zinn.

*Hyacinthina Antimonii Gemma*, eſt Vitrum Antimonii. *Rolfincii Chym.*

*Hyacinthus.* Germ. Hyacinth oder Jacinth. Gemma eſt, vel Lapis pretioſus, pellucidus, & flavedine rubens, ignisque flammam imitatus, quoad vires cordiales & alexipharmacas in frequenti uſu, cujus dantur duæ ſpecies: Orientalis, qui pretioſior, & Europæus, in confinibus Sileſiæ & Bohemiæ, variat etiam colore. Plura videnda ſunt apud *Schrœd. Frid. Hoffmann Ger. Dornaum*, & alios.

*Hyacinthus* quoque nomen Plantæ vel Floris eſt. Germ. Hyacinthen-Blumen.

*Hyacot*, i. e. Lapis Hyacinthus. *Sylvat.*

*Hyalado*, eſt vitreum Phlegma. *Idem.*

*Hyalos*, dicitur Vitrum, hoc eſt Materia quædam dura, pellucida, ex Sale cinereo & Arena, ſive Materia ſabuloſa, vi ignis fortiſſimi liquatis, parata, quod artificium dicitur Vitrificatio; de qua lege *Willis.* de Ferment. c. 12.

*Hyarith*, id eſt Luna. ☽. Herm. Silber. *Mart. Rul*, & *Johnſ.*

*Hydalcos, Hydatenon, Hydatenomenos*, ſignificat Aquoſus vel Aqueſcens, occurrit apud *Hipp.* Lib. 2.

*Hydatinon*, eſt nomen Collyrii, ſive Medicamenti Oculorum, quod ex Aqua pluvia conficiebatur. *Galen.* cap. 4. in 6. *Epid.* Tom. 19.

*Hydatodes, Hydatoides*, Aquoſus ſeu Aqueus, Aquæ formam referens, ratione coloris vel conſiſtentiæ, ità Vinum aquoſum. *Galen.* Lib. 5.

*Hydnon, Tuber Terræ*, Radicibus & Bulbis annumerandum, de quibus *Galen.* lib. 2. cap. 68.

*Hydor*, Aqua. ▽. Germ. Waſſer. *Lexic. Brun.*

*Hydra*, nomen Serpentis maximè venenati. *Aldrov.* lib. 2. cap. 4.

*Hydragoga*, ſunt Medicamenta quæ attenuando & præcipitando aquoſos Humores expurgant. Germ. Waſſer-treibende Mittel.

*Hydrargyros* & *Hydrargyrus*, eſt Argentum vivum, ſeu ☿ vivus.

*Hydrocrithe*, eſt Aqua Hordei. Germ. Gerſten-Waſſer.

*Hydrogaron*, id eſt Garum aquoſum, ſive Aquâ dilutum, quod minus calefacit, quàm Garum ſimplex. *Aëtius* Lib. 3. cap. 84.

*Hydromel*, dicitur Aqua mulſa, Aqua Melle miſta, Melicratum, Mulſum ſive Decoctio ex Aqua & Melle. Germ. Meth. cujus variæ occurrunt præparandi differentiæ apud *Columellam* lib. 12. cap. 12. &c.

*Hydromelon*, *Hydromalum*, eſt nomen Potionis ſic dictæ, à Malis Cotoneis vel Cydoneis, cujus componendi ratio variat, quemadmodum legi poteſt apud *Dioſcorid.* lib. 5. cap. 30. *Æginet.* lib. 7. cap. 15. *Aëtium*, *Oribaſium* & alios.

*Hydropege*, eſt Aqua Fontis aut fontana. Germ. Brunnen-Waſſer.

*Hydropica*, ſunt Medicamenta Hydropicis humores aquoſos educentia. Germ. Waſſer-treibende Artzney.

*Hydropiper*, eſt Perſicaria rubeis tincta maculis.

*Hydroroſaton*, dicebatur olim Potio ex Roſis facta; cujus Deſcriptio habetur apud *Æginet.* lib. 7. cap. 15. & *Oribaſium.*

*Hydrorrhodia*, vid. Aqua Roſarum. Germ. Roſen-Waſſer.

*Hydrorrhodion*, dicitur Aqua cum Oleo Roſaceo miſta. *Galen.*

*Hydroſacharum*, eſt Aqua ſaccharata, vel Syrupus ex Aqua & Saccharo coctus.

*Hydroſelinum*, Germ. Jungfrauen-Werck / eſt Apium paluſtre, ſeu Paludapium, vid. Semen Apii.



Digitized by Google

**Hydrotica**, ſunt Medicamenta aquoſas ſuperfluitates evacuantia, *Libav.* lib. 8. cap. 19. Spiritus ☿ri vocatur inſigne Hydroticum. Calx Hydrotica ex Stimmi ſeu ♁nio præparatur. *Lex. Brun.*

Hy*drus*, vocatur Serpens aquaticus, valdè venenoſus, qui aliàs latinè Natrix appellatur. *Aldrov.* lib. 1. cap. 17. *Æginet*, lib. 5. cap. 17.

Hy*ems*, dicitur Tempus Anni frigidum, quod interdum humidum, interdum ſiccum eſſe ſolet. Germ. Der Winter. *Sign.* ♊, [illegible].

*Hygeidion*, eſt nomen Collyrii. *Ægineta*, lib. 7. cap. 16.

Hy*grocollyrium*, eſt Medicamentum liquidum, vel oculare, Oculis ſanandis deſtinatum. Germ. Augen-Waſſer.

Hy*gromyron*, nomen Unguenti humidi odorati, cujus Deſcriptio notante *Gorræo*, habetur apud *Aëtium*, lib. 16. cap. 114.

Hy*le*, ſignificat Materiam, & quidquid ſub Artis Medicæ præcepta cadit, eaque omnia, quibus cùm in ægris, tùm in ſanis utimur, rectè Materia Medica dicitur *Galen.* cap. 4. In ſpecie quoque Lapis Philoſophicus Hyle vocatur, *Rob.Valenſ.* de veritate Alchym.

Hy*menis* nomine denotat *Lullius* Ignem peculiarem clauſum, in unica Fornacula humidum, vaporoſum, continuum ac digerentem, quem ſufficere docet ad Magiſterium Spagyricum Lapidis Philoſophici, teſte *Dionyſio Zachario* &c.

Hy*oſcyamus albus*, vid. Radices Hyoſcyami, & Semen Hyoſcyami. Germ. Bilſamkraut-Samen oder Wurtzel.

Hy*oſcyamus Peruvianus*, vid. Nicotiana. Germ. Taback.

Hy*paleipton*, vocatur Medicamentum, quod illini poteſt, vulgo Linimentum. *Hippocr.* lib. de Ulcer. xiv. 3.

Hy*pantaſis*, eſt Expoſitio ad Solem. *Joannitius.*

Hy*pelatos*, id eſt Dejectorius, dicitur de Medicamentis alvum ſubducentibus. *Lex. Brun.*

Hy*percatharſis*, quaſi Superpurgatio eſt, hoc eſt, immodica aut nimia Purgatio, ex operatione violentioris Medicamenti colliquatis, urentis, ſtimulantis. *Hippocr.* 5. Aph. 4. Coac. Tom. 564. &c.

**Hy*perineſis***, idem quod Hypercatharſis, nimiam Evacuationem ſignificat.

**Hy*pericum***, Germ. Johannis-Kraut / vid. Flores Hyperici.

**Hy*pnoterion***, nomen eſt Epithematis hepatici apud *Aëtium*, de cura Splenis indurati, teſte *Gorræo* in Definit.

**Hy*pnotica Medicamenta***, ſunt quæ Spiritus figendo, poros Cerebri claudendo & anguſtando, ſoporem inducunt. Germ. Schlaff-bringende Mittel. *Lex. Brun.*

**Hy*pocatharſis***, eſt levis quædam Purgatio, cui opponitur Hypercatharſis. Germ. Linde Reinigung / oder Bauch-Säuberung.

**Hy*pochondriaca***, Medicamenta ſunt, quæ in Morbis Hypochondriacis uſurpantur. *Lexic. Blanc.*

**Hy*pociſtis***, Succus eſt ex Hypociſtide plantula ſucculenta cum floribus & radicibus expreſſus, ad conſiſtentiam Extracti ad ſolem inſpiſſatus, Cytinus à nonnullis cognominata, juxta Cyſti Radices naſcitur, veluti Germen, floris Punici ſimilitudine. Naſcitur in ſaxoſis, aſperis, & præſertim in Monte Appennino Hetruriæ. Vocatur & Succus inſpiſſatus Orobethri, vel Barbæ Hircinæ, Hypoquiſtidos Officinarum.

**Hy*poglosſum***, vid. Herb. Hypogloſſi. Germ. Zäpfflein-Kraut.

**Hy*pomelides***, ſunt quædam Poma, Sorbis ſimilia. *Sylvat.*

**Hy*popicros***, id eſt Subamarus, *Galen.* lib. 7. de Simpl. Fac. §. Crambe agreſtis.

**Hy*potheſis***, ſignificat Suppoſitum aut Principium aliquod in arte vel ſcientia, locò Fundamenti conſtitutum.

**Hy*potrimma***, eſt Edulii genus, ex variis rebus leviter tritis & contuſis conſtans, quod etiam *Trimma* ſeu *Intritum* dici poteſt. *Linden.*



Digitized by Google

***Hyſges***, *Granum infectorium*, *Coccus bophica* ſeu *Infectoria*, *Chermes*, vid. Kermes.
***Hyſma***, pluviam ſignificat. **Hippocr.** Lib. 1.
***Hyſſopus***, Germ. Jſop. vid. Herbas.
***Hyſopus*** ſeu *Iſopus humida*, *Oeſypum*, ſeu *Oeſypus*, *Lanarum ſuccidarum Pinguedo*. Germ. Die Fettigkeit von der ungewaſcheuen Wollen. vid. Oeſypus.
***Hyſt.*** ità à Medicis præſcriptum, legendum eſt, Hyſterica aut Hyſtericum.
***Hyſterica***, ſunt Medicamenta uteri morbis adverſa.
***Hyſtrix***, nomen eſt Animalis, cujus duæ conſtituuntur ſpecies, terreſtris alia, alia marina. Vocatur & Porcus ſpinoſus, hujus deſcriptionem & uſum vid. apud *Aldrov.* Lib. 2. cap. 38.
***Hyus***, i. e. Liquor vel Humor. *Matth. Sylvat.*

# I.

I*Acea*, *Clavellata herba*, *Trinitatis herba*. Germ. Dreyfaltigkeit-Kraut oder Blumen. vid. Flores & Herbas.
*Jabora*, *Dudaim*, eſt Mandragora, vid. Cort. ſive Rad. Mandragoræ. *Johnſonius.*
*Jacea nigra*, vid. Herba ſeu Radices Morſus Diaboli.
*Jacintbus* & *Jaquintus*, vid. Hyacinthus.
*Jaculus*, eſt nomen Serpentis venenoſiſſimi, vid. *Aldrov.* Hiſtor. Serpent. & Dracon. lib. 1. cap. 13.
*Jalappa*, *Jalapium*, vid. Radices Jalapæ. Germ. Jalappen.
*Jalin*, i. e. Vitrum K. Germ. Glaß.
*Jamblichi Sales*, dicitur genus Salis ex multis rerum generibus compoſitum, vid. *Lexic. Brun.* & *Gorræus.*
*Jamſarum*, eſt Crocus. Germ. Saffran. vid. *Serap.*
*Jamſemin*, i. e. Sambucus. Germ. Hollunder-Baum.
*Jarin*, eſt Ærugo Campanæ, vel viride Æris. ⊕. *Sylv.* p. 123.
*Jarius*, dicitur Flos Roriſmarini. Germ. Roßmarin-Bluh.
*Jaſpis*, eſt Gemma & Lapis pretioſus, & dicitur, quòd ſit optimus colore Cœli, nimirùm purpureò Smaragdino colore præditus, *Dioſcorid.* lib. 5. Cap. 160. Septem Genera enumerat *Plinius* lib. 37. cap. 9. genera decem, *Mart. Rul. Lex.* pag. 257. ad 259, 22. ſpecies Jaſpidis recenſet. Videantur porrò *Galenus*, *Schmuck*, *Boetius* & alii. Germ. Ein Jaſpis.
*Jaſpis* quoque dicitur, quòd ſit Genus hæmatitis.
*Jaſſa*, eſt Herba Trinitatis & Perſicaria. *Mag. Chirurg.* pag. 467.
*Jatra Leiptes*, dicitur Medicus Unguentarius, vel Reunctor, qui unguentis & perfrictionibus corporis morbos curat. Talis fuit *Diotas*, teſte *Gal.* lib. 7. cap. 5.
*Jatrochymicus*, eſt Medicus, qui operationibus & medicationibus Chymicis operam dat. Germ. Ein Chymiſcher Artzt.
*Iberis*, *piperitis*, Germ. Pfeffer-Kraut. vid. Lapidium.
*Ibex*, dicitur Capra ſylveſtris. *Aldrov.* lib. 1. cap. 13.
*Ibicaria*, *Doronicum*, vid. Rad. Doronici. Germ. Gembſen-Wurtzel / oder Schwindel-Wurtzel.
*Ibiga*, *Abiga*, *Ajuga*, *Iva*, *Chamæpythis*, *Thus Terræ Plinii*. Germ. Schlag-Kräutlein / vid Herbas.
*Ibis*, eſt nomen Avis Ægyptiæ, Ciconiæ valdè ſimilis, ad aquas, præſertim Nilum fluvium, degentis. *Aldrov.* lib. 20. cap. 3.
*Ibiſcus*, vid. Herba ſeu Radices Altheæ. Germ. Eybiſch.
*Ichneumon*, eſt nomen Animalis quadrupedis Amphibii, quod aliàs Lutra Ægypti vocatur, vid. *Aldrov.* lib. 2. cap. 14.

*Ichthya*,

Digitized by Google

*Ichthya*, Limaturam, Scobem aut Ramentum ſignificat. *Lex. Brun.*

*Ichthyocolla*, eſt Gluten alicujus Piſcis, qui dicitur eſſe ſine oſſibus, vocatur Huſo, Germ. Hauſen. Piſcis magnus eſt, longitudine viginti quatuor pedum, pondere nonnunquam ad Libras quadringenta. In Danubio maximè ex Ponto venit. Gluten illud album eſt, ex illius corio, inteſtinis, ventriculo, cauda & pinnis confectum. Germ. Hauſen-Blaſen und Mundleim. Vocatur etiam *Collapiſcium*.

*Icteritis Apul. herba Salutaris*, *Dendrolibanum*, eſt Roſmarinus. Germ. Roßmarin. Vid. Herbas.

*Idam*, id eſt Pulmentum. Germ. Ein Muß. *Mart. Rul.*

*Idaea nigra*, ſeu Myrta ſylv. eſt Vaccinia nigra. Germ. Heydelbeer/ vid. Myrtus vulgaris, ſeu Myrtillus.

*Ideus, Ides*, Paracelſo dicitur Maſſa illa & Materia prima in creatione, Chaos dicta, ex qua omnes Creaturæ factæ ſunt. *Fragm. Anatom.* lib. 1. Tract. 1. Cap. 1.

*Idiota*, duplicem habet ſignificationem. I. Significat Hominem privatum, qui nullum munus publicum obit, neque oppido aut genti præeſt. II. Significat Rudem, Plebejum, rei alicujus Ignarum. *Galen.* lib. 1. de Simpl. fac. cap. 19. & cap. 3. in 1. Prorrh. tom. 32. &c.

*Idiotæ*, ſunt Contemptores verarum Artium. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Idroagira*, id eſt ∇ alcali. *Mart. Rul.* & *Johnſ. Lex.*

*Idromel*, vid. Hydromel.

*Idum*, eſt Pulmentum. Germ. Ein Muß. *Johnſ. Lexic.*

*Jecoraria* & *Jecoroſus*, idem eſt quod Hepaticus. *Lex. Brun.*

*Jecur*, vid. Hepar. Germ. Leber.

*Jecur Lupi*, vid. Hepar Lupi. Germ. Wolffs-Leber.

*Jegar, Jegari*, eſt Daucus agreſtis. Germ. Moren-Kümmel.

*Jelanebin, Jelaniabin*, id eſt Mel Roſatum. Germ. Roſen-Hönig.

*Jemac*, id eſt Cuſcuta. Germ. Filtz-Kraut.

*Jemarion, Jemari*, eſt Flos Mali Granati. Germ. Granaten-Blüh. *Sylvat.*

*Jemeris*, ſunt Electuaria multæ amaritudinis. Germ. Bittere Lattwergen. *idem.*

*Jeneta*, ſunt Electuaria boni ſaporis, ſive Solutiva, ſive non. *idem.*

*Jerame, Jeramia*, eſt Radix Arthemiſiæ. Germ. Beyfuß-Wurtz.

*Jerit*, id eſt Folium. Germ. Ein Bladt. *Sylvat.*

*Jeſminum*, id eſt Viola alba. *Galen.* 4. Lib. 5.

*Jeterac*, eſt nomen generale omnium ſeptem Speciorum Tithymali. *Matth Sylvat.*

*Jeumbave, Jeumbace*, id eſt Nux Moſchata. Germ. Muſcat-Nuß. *idem.*

*Jenſir, Janſir*, eſt Gummi Opopanax. *idem.*

*Iſſides*, eſt Ceruſſa vel Cinis Plumbi ♄. Germ. Bleyweiß/ oder Bley-Aſche/ *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Igde*, Pilam ſignificat, in qua condimenta permiſcentur & contunduntur. Legitur apud *Hippocratem.*

*Ignis*, △ eſt Vocabulum latiſſimæ ſignificationis. Eſtque cauſa efficiens, adeoque influens in effectum. Hic ſeparat, reſolvit, eſtque vel actualis, vel potentialis, aut menſtruus liquor, & dirigitur ab Artifice Chymico. Sign. △, [symbol], □, [symbol], [symbol].

*Ignis actualis*, eſt qui primo contactu adurit, ut ſunt △ ipſe & Cauteria ferrea Germ. Eigentlich Feuer. *Lex. Blanc.*

*Ignis alchimiſtici Gradus.* *Paracelſ.* de Natura rerum, lib. 7. pag. 1457.

*Ignis algir*, eſt Ignis fortiſſimus. *Mart. Rul.* & *Johnſ. Lexic.*

*Ignis calor*, eſt naturalis vel artificialis. *Mart. Rul.*

*Ignis circulatorius*, eſt Tepor, vel talis caloris gradus, quem Digiti facilè ferunt. Germ. Ein gelind Circulir-Feuer. *Sign.* [symbol], [symbol], [symbol], [symbol].

*Ignis clarè ardens*, eſt Sulphur. 🜍 Germ. Schwefel. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*



Digitized by Google

*Ignis Elementaris*, eſt Sulphur ſed non Vulgi. *Mart.Rul.* & *Johnſ.*
*Ignis extinctus*, id eſt Sulphur extinctum. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*
*Ignis fortis*, eſt gradus Ignis intenſior. *Sign.* 🜂🜂, △△.
*Ignis Gehennæ*, eſt Specificum corroſivum à *Paracelſ.* 7. *archidox.* deſcript. pag. 217. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*
*Ignis Gradus* octo *Johnſ. Lex.* enumerat, nimirum:
I. △ *Ventris Equi*, qui eſt calidus in primo Gradu, & humidus in ſecundo.
II. △ ☉*lis*, calidus eſt in primo Gradu, ſed ſiccus in ſecundo.
III. △ *Furni* poſt panis extractionem, eſt calidus & ſiccus in 2do Gradu.
IV. △ *Furni Fixionis*, hic fundit & figit, non comburit, quia flamma non eſt: non differt à præcedenti, niſi quia in hoc eſt Calor continuus, in illo non.
V. dicitur *flammalis*, & eſt calidus & ſiccus in tertio Gradu. Et hic eſt ignis in Furno Calcinationis.
VI. △ *Furni Fuſionis*, eſt calidus & ſiccus in quarto Gradu.
VII. △ *Follium*, eſt in eodem Gradu, qui Corpora diſſipat, diſpergit & fundit.
VIII. △ *flammalis*, qui fundit & calcinat, quia in eo ſola Flamma operatur & non diſſipat, ſicut eſt Ignis vitriarius, & hic Ignis ſicut carbones & flamma, ſed in iſto ſola flamma lignorum.
*Ignis Gradus* quatuor apud Chymicos plerumque in uſu ſunt.
I. Eſt *lentiſſimus*, inſtar Teporis ignaviuſculi, vocaturque Ignis Balnei mitis, aut Fimi, aut Digeſtionis, circulatorius, qui ad tactum ita deſcribitur, ut eum digitus hominis teneri ſemper ferre poſſit. Et licet habeat ſuas intenſiones & remiſſiones, nunquam tamen evidentem aut acrem ſenſum gignere debet. Hujus generis eſt △ vaporoſus Philoſophorum, qui deſcribitur in cubatu Gallinæ excludentis pullos, aut Hominis rectè diſpoſiti naturâ.
II. Gradus eſt *intenſior*, adeò, ut jam evidenter feriat tactum, neque tamen vim afferat Organo. Appellant calorem cinerum, quod mediocris △ ſub Catino cinerario incenſus talem præbeat. Cineres enim ob raritatem non admodum Aërem concipiunt.
III. Gradus eſt cum *Læſione tangentis*, & confertur Arenæ ferventi, vel Scobi ferreæ, ut dicatur △ arenæ vel Limaturæ ferri.
IV. Eſt *Summus Gradus*, & plerumque deſtructivus. Nominant △nem Reverberii, & vivâ Flammâ Lignorum, vel congeſtarum Prunarum follibus alacriter inflatarum procuratur. Poſſet & △ fuſorius appellari. *Mart. Rul. in Lex.*
*Ignis pro Lapide Philoſophico*, *Mart. Rul.* novem △nis ſpecies p. 260. enumerat. Videantur Scripta *Baſilii Valenti* & aliorum.
*Ignis lentus*, eſt Gradus ignis remiſſior. *Sign.* 🜂, △, L△, 🜂.
*Ignis Leonis*, eſt Elementum △. Æther, Pyr, Jupiter, Argos, *Mart. Rul.*
*Ignis Perſicus*, eſt Ulcus ardoris incendio torquens, vel idem quod Gangræna. Sumitur etiam pro Carbunculo. *Mart. Rul.*
*Ignis Philoſophicus*, vid. Phoſphorus.
*Ignis Philoſophorum* quoque omnium Conſenſu vocatur ☿. *Th. Chym.* Vol. IV. pag. 756, 767. & alibi.
*Ignis potentialis*, eſt Medicamentum, quod, poſtquam aliquandiu parti ſuperimpoſitum fuerit, vires ſuas exerit: Ut ruptorium, cæteraque exedentia. Germ. Ein etzend Feuer. *Lex. Blan.*
*Ignis pruinus*, *adeptus* eſt Quinta Eſſentia Vini (alii Vitrioli) cum Tartaro rectificata. *Mart. Rul.*
*Ignis* ad quorundam Opinionem eſt ∘°∘ ▽æ deſtillatæ innatans.
*Ignis Reverberius*, eſt △ deſtructivus, qui viva flamma & follibus inſtituitur. *Lexic. Blanc.* △, ⊖.

Ignis

Digitized by Google

*Ignis rotæ* ⊗, eſt Circulatio per Circulatorium, quod eſt vitreum Vas, ubi infuſus Liquor aſcendendo & deſcendendo quaſi in Circulo rotatur. Varia ſunt hujus generis Vaſa, ſed duo præcipue ſunt majoris uſus, Pelicanus nimirum & Dyota, ſuo loco videnda.

*Ignis Sacer, Ičteritia rubea*, idem quod Eryſipelas vel Hereſipela. Quidam tamen pro Herpete ſumunt. Germ. Die Roſe / St. Antonius-Feuer.

*Ignis Sapientum*, eſt Fimus Equinus calidus. *Mart. Rul.*

*Ignis ſilveſtris*, idem quod Phlyčtæna vel Veſicula in Cute excitata. *Lexic. Bl.*

*Ignis ſubterraneus*, cujus beneficio ferveſiunt ▽æ Thermarum, de quibus, vid. *Lang.* lib. 2. Ep. 52. & alii.

*Ignis ſuppreſſionis*, eſt Ignis ſuper ∴am. *Lex. Blanc.*

*Ignis* ♀*ris*, Elementum eſt è ♀re Cupri. *Van Helmont.*

*Ignis Vitrioli*, ſive ⊕ ♀ris, apud Helmont. Tract. Lithiaſ. cap. 8.

*Ignitio*, eſt Calcinatio per Ignem facta, vel eſt Calcinatio, corpora Ignis violentiâ in Calcem reducens. Eſtque duplex, Combuſtio & Reverberatio. Germ. Kalckmachung / oder Brennung.

*Ignotica*, ſunt illa, quæ faciunt Somnum & Soporem. Germ. Schlaffmachende Mittel. *Sylvat.*

*Ilech*, Ylech, eſt Terminus Paracelſicus, & videtur idem notare, quod Principium & Primum aliquod.

*Ilech crudum*, eſt Compoſitio ex prima Materia trium primorum Principiorum, ☿rii, ⊖lis & Sulphuris, è quibus omnia ſunt compoſita, & ità idem, quod Iliaſter vel Iliad.

*Ilech magnum*, eſt aſcendens, ſive Aſtrum Medicinæ, quem accipimus unà cum Medicina, in qua ille occultatus eſt, ut ſuperiora Sidera in Firmamento, item in Homine inferiora.

*Ilech primum*, exponit *Mart. Rul. & Johnſ.* id eſt Principium, Ileias, Ileadus, Ilech ſupranaturale vel primum ex Aſtris eſt Conjunčtio ſupercœleſtis & Siderum Firmamenti cum Aſtris rerum inferiorum Unio.

*Ileidos* & *Ileidus*, eſt Ignis Elementalis, Heoa Pheresbios, hoc eſt, Aurora vel Diluculum, vitam afferens (Cœlum,) in Hominibus verò eſt Spiritus, qui tranſit per omnia Membra. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Iliaſter, Iliadus, Iliadum* & *Ileidos*, (ſcribuntur etiam per y) ſunt Figmenta Paracelſica, magis rem obſcurantia, quam declarantia, cum non uno eodemque modo ſemper accipiantur. *Lex. Brun.* Libet ſaltem Deſcriptiones ex *Mart. Rul. & Johnſono* adducere.

*Iliaſter*, aut *Iliaſtes*, vel *Iliadum*, eſt Prima omnium rerum Materia, conſtans ex Mercurio, Sale & Sulphure, quatruplex juxta quatuor Elementa. I. eſt Cahos ▽ræ, II. eſt Cahos ▽æ, III. eſt Cahos △ris, IV. verò eſt Cahos △nis.

*Iliaſter primus*, vel *inſitus*, eſt Terminus Vitæ, imò ipſa Vita, vel ejus Balſamus in homine.

*Iliaſter ſecundus* vel *præparatus*, eſt Terminus Vitæ, quem ex Elementis vel rebus Elementaris habemus, Vitaque ipſa.

*Iliaſter tertius*, eſt Terminus Balſami præparatus, quem ex rerum Quinta Eſſentia habemus.

*Iliaſter quartus, magnus*, eſt Mentis vel Animi Lapſus in alterum mundum, ut Enoch, Eliæ & aliorum. Hæc ex *Mart. Rul. & Johnſono*, plura apud *Paracelſum*.

*Iliaſter in genere*, dicitur occulta Naturæ Virtus, ex qua res omnes habent Incrementum, aluntur, multiplicantur & vegetant. De quo latiùs Libro de Meteoricis Generationibus legitur apud *Paracelſum*.

*Illambonos, Collyrium*, eſt nomen Medicamenti ad Oculorum Ulcera, cujus Deſcriptionem vide apud *Æginetam* lib. 3. cap. 22. & Lib. 7. cap. 16.



Digitized by Google

*Illecebra*, vid. Sempervivum ſeu Sedum minimnm.
*Illitio*, idem eſt quod Inunctio, quando vel digitis vel pennis Linimenta, vel Olea, vel Unguenta Corporis ſuperficiei applicantur. *Lexic. Brun.*
*Illota Lana*, vid. Erion. Dicitur aliàs Succida, *Keuchen.*
*Ilys*, dicitur Fæx ſeu Fex Vini, *Hippocr.* Lib. 1. de Morb. Mul.
*Imbemon*, Medicamen, quod ex Lachrymis Olearum in maritimis Arabiæ locis naſcentium fit. *Plin.* lib. 12. cap. 18.
*Imber*, interdum latè pro Pluvia, interdum ſtrictè pro Pluvia Larga accipitur. Imber temporarius quis ſit, vid. apud *Galen.* 4. in 6. Epid tom. 19. Omnes Imbres alkalizatos eſſe docet *Paracelſus*, quia veniunt ex Igne lib. 1. de Tartar. Tract. 5. cap. 2. in Schol.
*Imbibere*, id eſt, Terendo inſpiſſare. *Mart. Rul. & Johnſ. Sign.* ✡
*Imbibitio*, Chymicis vocatur Ablutio, quando Liquor Corpori adjunctus elevatur & exitum non inveniens in corpus recidit, idque crebris humectationibus tantiſper abluit, donec cum illo puro coagulatus, amplius aſcendere nequit, ſed totus fixus manet. Hæc operatio tota Philoſophica eſt, nec ad vulgares ſeſe dimittit. *Mart. Rul. & Johnſ.* Imbibitio, Deſtillatio & Cohobatio Philoſophica, eſt Spiritus deſcenſus in Corpus, id abluens atque animans. Hic labor quoque Rectificatio vocatur. *Beckerus* Oedip. Tit. 7. § 4.
*Imbik*, vocatur Vas quoddam Spagyricum, idem quod Ethel, & aliquoties legitur in *Theatr. Chym.* Vol. V. pag. 66.
*Immerſiva Corroſio*, eſt quando Corpora aliis rebus immerſa in calcem rediguntur. Vel eſt quando Metalla vel Mineralia rei alicui corrodenti immerguntur, ut tandem in Calcem redigantur. Eſtque humida vel ſicca. Germ. Eindunckende oder eintweichende Verbrennung. *Lex. Brun.*
*Impar*, quòd olim Impari numero in exhibendis Medicamentis, vel Virtus vel Felicitas operandi tributa fuerit, hodieque adhuc apud nonnullos fidem inveniat, à ſuperſtitioſa veterum Medicina hoc eſſe rectè judicavit *Keuchen.* ad *Seren.* in Not. pag. 93.
*Impaſtatio*, vid. Incorporatio.
*Imperatoria*, vid. Rad. Imperatoriæ. Germ. Meiſter-Wurtz.
*Imperatoria Apulorum*, vid. Rad. Meu. Germ. Beeren-Wurtzel.
*Imperatoris Herba*, eſt Taraxacum. Germ. Pfaffen-Röhrlein. vid. Herbas.
*Imperfectum*, apud Chymicos dicitur, quod ſit ☿rius Metallum Imperfectum. *Paracelſ.* de Morb. Metallifoſſor. Lib. 3 cap. 2. 3. cum tamen ſibi propriam habeat Perfectionem. Ità cum aliis quibusdam Mineralibus comparatum eſt. *Lex. Brun.*
*Impetiginaria petræa*, ſeu *ſaxatilis*, *Lichen petræus.* Germ. Steinleber-Kraut.
*Impinguatio*, idem quod Pinguefactio. *For.* lib. 31. cap. 10.
*Imprægnatio*, tropicè & ænigmaticè Spagyricis quoque dicitur Imprægnatio myſtica in Magiſterio Lapidis Philoſophici, quando ☿ virgineus, qui nullo alio Metallo adulteratus eſt, conjungitur cum ſuo ♃re, quod ſecum habet inviſibiliter. *Libav. Apocal. Hermet. Part. Poſter. Heptad. Hermet. Monad.* 2. Tom. 11. Oper. pag. 351. & 352. De hac quoque legi poteſt Tract. de Alchymia incerti Authoris cap. 32. *in Th. Chym.* Vol. III. vocatur aliàs Dealbatio Vol. IV. pag. 760.
*Impurum Alcali*, eſt ejus Spuma, quæ aufertur in Repurgatione poſt Extractionem. *Mart. Rul.*
*Impurum Tartari*, eſt ipſius Alcali. *Mart. Rul. & Johnſ.*
*Inalienatus*, idem quod Sincerus, Purus. Legitur apud *Scribon.* num. 204. vid. *Rhod.* in Lexic.
*Inareſco*, idem quod Exſiccor, & quidem cum adhæſione in Vaſe. Ità inareſcere Mortario Collyria, ſcripſit *Scribon.* num. 22. *Lexic. Brun.*
*Inauratio*, eſt quando Pilulæ ☉ro foliato obducuntur, cum nempe Pilulæ in Capſula clauduntur & unà cum Foliis ☉ri circumagitantur, ut deauratæ fiant. Germ. Vergüldung. *Lex. Blanc.*

*Incarnan-*

*Incarnantia* & *Incarnativa*, ſunt Medicamenta Carnem generantia, vel idem quod Sarcotica. *Lex. Brun.*
*Incenſum Judæorum*, Germ. Juden-Weyrauch/ eſt Storax calamita.
*Inceratio*, eſt Miſtio humoris cum re ſicca, per Combibitionem lentem ad conſiſtentiam Ceræ remollitæ.
*Incid.* ità à Medicis præſcriptum, legendum eſt Incide, Incidenda.
*Incidens*, eſt ſpecies Facultatis Medicamentoſæ, quæ conſiſtit in partibus ſalinis tenuioribus, facilisque extractionis & actuationis. *Lex. Brun.*
*Incineratio*, eſt Ignitio, quâ Corpora animalium & vegetabilium, in Cineres, Igne violentiore rediguntur. Mineralia autem (Chymico more loquendo) propriè non in Cineres ſed in Calcem redigi dicuntur. *Johnſ.*
*Inciſorium*, dicitur Tabula, in qua fit Sectio vel Inciſio.
*Incorporatio*, eſt Commiſtio, quâ ſtatim humida cum ſiccis in unum Corpus per formam Maſſæ contemperantur, itaque hic non fit lenta nutritio, ſed tantum humoris ſtatim additur, quantum ad Corporis miſti conſiſtentiam requiritur, ut fiat veluti Paſta, unde & Impaſtatio nominari poteſt, in nonnullis Subactio. Incorporatæ autem res in calore digeſtorio relinquuntur, ut mutuâ actione & paſſione Craſin communem nanciſcantur. Germ. Leibmachung. *Mart. Rul. & Johnſ.*
*Incraſſantia Medicamenta*, ſunt, quæ craſſis ramoſisque partibus prædita & ſuccis tenuioribus & liquidioribus nectendo, conſiſtentiam craſſiorem & ſtabiliorem conciliant. Germ. Dick-machende Mittel.
*Incrementum*, idem quod Augmentum vel Augmentatio.
*Incuba*, eſt Sponſa Solis. *Mart. Rul. & Johnſon.*
*Incuriæ Furnus*, vid. Acediæ Furnus.
*Indargirios*, eſt Argentum vivum. ☿. Germ. Queckſilber.
*Indarion*, eſt nomen Collyrii, cujus deſcriptio habetur apud *Aëtium* lib. 7. citante *Gorræo.*
*Indebideſter*, i. e. Caſtoreum. Germ. Biebergeyl. *Sylvat.*
*Indicans*, apud Chymicos quoque vel *Indicativum* idem eſt, quod Significans vel Significativum, & uſurpatur de Signis ſive Characteribus. *Galen.* lib. Ars. Med. cap. 2. & 3.
*Indicon*, eſt æquivocum in Medicina, & I. ſignificat ſpeciem Piperis, uti plerique exponunt loca *Hippocr.* lib. de Natura Mulier &c. II. Lignum, quod vel ipſum Guajacum aut Sanctum, aut ei prorſus ſimile habetur, de quo videatur ex *Manardo Foreſt.* lib. 32. Obſ. 7. in Schol. vid. Guajacum. Vel III. ſignificat Materiam Coloris cujusdam, præſertim cœrulei, cujus duæ differentiæ à *Dioſ.* lib. 5. cap. 107. aſſignantur, Nativum, Indicum & Factitium alterum. Alii verò Succum Herbæ dicunt, quâ nunc tinguntur panni & vocatur Glaſtum, vulgò Waydt. *Mart. Rul. & Johnſ.* IV. Dicitur de Lapide Indico, qui ejusdem cum Hieracite virtutis eſt, Sanguinem ſiſtentis, teſte *Galen.* lib. 9. de ſimpl. fac. *Æginet.* lib. 7. cap. 3.
*Indicum, Indigo, Lapis Indicus pictorum, Atramentum Indicum Pauli.* Germ. Indich-Blau.
*Indicum Sal*, eſt Sal Gemmæ ⟨⟩—. Germ. Stein- oder Indianiſch Saltz.
*Indus*, idem quod Indicus. Paronymicum à Regione Indica, eſtque epitheton quorundam Medicamentorum. Ità Pilulæ Indæ Halii vocantur, validè purgantes, quarum Deſcriptio habetur in Diſpenſatoriis, & meminit etiam *Foreſt.* Item Emplaſtrum Indum *Tharſei* Chyrurgi apud *Galen.* lib. 4. de C. M. P. G. cap. 13.
*Indolentia*, vid. Anodyna. Germ. Schmertzen-linderende Mittel.
*Inductio*, à Latinis propriè ſumitur pro Inunctione & Illinitione. Ità Emplaſtra in alutam, linteum, induci dicuntur. &c.
*Inebuchos*, eſt Ceruſſa. Germ. Bleyweiß.
*Inedion*, eſt Compoſitio ex Vino & Oleo. *Sylvat.*

*Infans Spagyricorum*, qui dicatur in Magiſterio Lapidis Philoſophici, & quomodo per imbibitionem nutriatur, legatur *Libav. Synt. Arc. Chym.* lib. 7. cap. 8. & *Alchym. Pharmac.* cap. 7.

*Infervefacio*, hoc eſt, in aliquo vaſe Fervefacio. *Lex. Brun.*

*Infundibulum*, eſt Vas metallicum oblongum cum manubrio, interius excavatum, liquata Metalla recipiens, & in virgas vel baculos conformans. Germ. Ein Einguß. *Mart. Rul.*

*Infundibulum*, vulgò Tritorium, eſt Vas transmittens, in ſummitate latum, quod paulatim in fiſtulam cuſpitatam deſinit. Ex Metallo fabricatur, vel ex Vitro. Germ. Ein Trichter. *Lex. Blanc.*

*Infuſio*, eſt Extractio virium ex ipſis Medicamentis, per Liquorem convenientem facta: quæ ſi purgans fuerit, unica vice abſorberi poteſt, cui propriè nomen competit. Dicitur & Maceratio vel Dilutum.

*Ingredientia*, dicuntur varia Simplicia, quæ unicum Compoſitum conſtituunt. *Lex. Brun.*

*Inguinaria Plinii*, *Potentilla*, *Tanacetum ſylveſtre*, *Anſerina*. Germ. Gånßerig. vid. Herbas.

*Inguinbar*, i. e. Lutum Armenum. *Sylvat.*

*Ingulia*, eſt quoddam Conditum ſic nominatum. *Idem.*

*Injectio inteſtinalis*, idem eſt quod Clyſter ſeu Enema.

*Inoleon*, i. e. Compoſitum ex Vino & Oleo.

*Inomel*, i.e. Compoſitum ex Vino & Melle. *Galen.*

*Inquimatizare*, i. e. Infundere, Linire, Injicere. *Alex. Oribaſius.*

*Inſectum*, eſt nomen Animalculi plerumque exanguis, imperfectioris aliis, variis inciſuris aut annulis præditi & commiſſuris inſigniti, cujus ſpecies multifariæ habentur, quas deſcriptas videre licet in Vol. *Aldrov.* integr. Tom. 3. de Inſectis.

*Inſolatio*, eſt, quando res macerandæ ☉is calori exponuntur.

*Inſolatus*, id eſt à ☉le calefactus. *Gal.* lib. 8. Meth. Med. cap. 2.

*Inſpiſſ.* ita à Medicis præſcriptum, legendum eſt Inſpiſſa, ſive Inſpiſſata ſeu Inſpiſſatum. &c.

*Inſpiſſatio*, eſt, quando liquida materia evaporando in Maſſam tractabilem & Conſiſtentiam redigitur.

*Inſtrumenta Chymica* & *Pharmaceutica*, multa ſunt & requiruntur, quorum nomina invenienda ſunt apud *Schrœd.* Medic. Pharm. Chym. Lib. 1. cap. 19. *Rolfink.* Chym. Lib. 2. cap. 15. *Becker. Libav Dorn.* & apud alios.

*Inſuccatio*, eſt quando Aloës &c. in ſucco Roſarum, Violarum &c. ſolvitur, purgatur & inſpiſſatur. *Lex. Blanc.*

*Inſufflatio*, dicitur quando Medicamentum per Canalem ad partem aliquam impellitur. *Lex. Brun.*

*Interpaſſatio*, dicitur de Sacculis ſeu Fomentis ſiccis, idemque eſt quod Interſuere, ne Materia incluſa conglomeretur, cujus rei gratia quoque Goſſypio Pulveres ſuſcipi ſolent. Germ. Unterſteppung/oder Zwiſchen Nehung.

*Inteſtina Terræ*, ſunt Vermes ſeu Lumbrici terreſtres. *Paracelſ.* pag. 38. ſuæ Chirurgiæ magnæ, in Folio.

*Intybus*, *Intubum* & *Intubus*, vid. in Herbis Endivia. Germ. Endivien.

*Invictum*, eſt nomen Emplaſtri, vid. Aniceton, *Lex. Brun.*

*Inula*, *Enula*, *Elenium*, *Helenium*. Germ. Aland. vid. Rad. Enulæ.

*Inula ruſtica Apul. Alum Gallicum*, vid. Rad. Conſolid. major. Germ. Schwartz-Wurtz.

*Involucrum majus*, *Lilium Caprinum*. vid. Flores Caprifolii. Germ. Speck-Lilien.

*Jodes*, id eſt Æruginoſus, eſt Epitheton excrementitiæ Bilis, unde Vomitus æruginoſi oriuntur, quorum aliquoties meminit *Hippocrat.* 1. Prorrh S. 1. Tom. 19.

*Jos*, eſt Ærugo. *Mart. Rul.* & *Johnſon.* dicunt Jos eſſe Venenum.

*Joſachar*,

Digitized by Google

*Joſachar*, id eſt Saccharum Violaceum, apud Actuarium; *Gorræus.*
*Joſeple, Saturon, Saturey*, eſt Satureja. Germ. Saturey.
*Juta, Jora* eſt viride Rama. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*
*Jovis Amalgama*, id eſt Crocus ♃vis, vid. Crocus Jovis.
*Jovis Arbor*, eſt Quercus. Germ. Ein Eych-Baum vid. Lignum Quercinum.
*Jovis Barba*, vid. in Herbis Sedum. Germ. Hauß-Wurtzel.
*Jovis Flores*, vid. Flores Jaceæ, ſeu Trinitatis. Germ. Freyſamkraut-Blumen.
*Ipacedes, Ipoacidos*, eſt Barba hircina. *Mart. Ruland. & Johnſ.*
*Ipnos*, Furnus, Germ. Ein Ofen. *Hippocr.* lib. 2.
*Ipocyſtus*, ſeu *Ipoquiſtidos officinarum.* vid. Hypocyſtus.
*Ipoterion*, eſt nomen Medicamenti, quaſi latinè Expreſſorium dicti ab *Heraclide* inventi. Gal. lib. 4. cap 7.
*Iringus*, vid. Radices Eryngii. Germ. Manns-Treu.
*Irion* ſeu *Eryſimon*, vid. Herb. Germ. Hederich.
*Iris*, I. nominatur ità multicolor Arcus cœleſtis. Germ. Regen-Bogen.
*Iris*, II. notat Circulum ac Coronam in Oculo mediam, ubi inter ſe committuntur tunicæ univerſæ. *Gal.* lib. 14. Meth. Med. c. 19. &c.
*Iris* III. *Florentina*, vid. Illyrica.
*Iris* IV. eſt Gemma Cryſtallo ſimilis, ſecundùm nonnullos Radix Cryſtalli, frequenter hexagenus reperitur in Arabia & in Inſula quadam Rubri Maris. *Mart. Rul. & Johnſ.*
*Iris* V. Illyrica, vid. Rad. Iris Illyricæ & Florentinæ.
*Iris* VI. *noſtratis*, vid. Radices Irid. noſtrat. Germ. Schwertel.
*Iris* VII. *paluſtris lutea*, vid. Radices Acori vulgaris. Germ. Ackermanns-Wurtz.
*Iris* VIII. eſt nomen Paſtilli, Croco, Myrrha & Alumine conſtantis, ut refert *Aëtius* ex Herodoto lib. 5. cap. 129.
*Iris* IX. Spagyricam habet ſignificationem & vocatur Iris Myſtica, in Magiſterio Lapidis Philoſophici, quæ deſcribitur apud *Libav. Apoc. Hermet. P. Poſter.* Tom. II. Oper pag. 407.
*Iris ſylveſtris, Ephemeron*, vid. Flores Liliorum Convallium. Germ. Mayen-Blümlein.
*Iris Tuberoſa*, vid. Rad. Hermodactyli albi legitimi. Germ. Hermodactylen-Wurtzel.
*Irroratio*, eſt, cùm ☿ vel Rotulæ quædam aliquot Guttulis ∴ deſtillati irrorantur.
*Iſatis ſativ.* & *ſylveſtris.* Germ. Zahmer und wilder Weyd. vid. Glaſtum.
*Iſchæma*, ſunt Medicamenta Sanguinem ſiſtentia, quæ emplaſtica, adſtrictoria, refrigeratoria vel exſiccatoria ſunt, vel meatus Vaſorum apertorum claudunt, vel Sanguinis fluiditatem & motum vehementiorem imminuunt, vel ſiſtunt. Germ. Bluth-ſtillende Mittel. *Lex. Brun.*
*Iſchuretica*, ſunt Medicamenta, quæ Urinam ſuppreſſam emingere curant. Germ. Urin-treibende Mittel. *Lex. Blanc.*
*Iſir*, idem quod Ixir vel Elixir, *Th. Chym.* Vol. IV. pag. 502.
*Iſochryſon*, hoc eſt Auro compar, epitheton Collyrii, ad multas Oculorum affectiones. *Galen.* lib. 4. cap. 7.
*Iſochryſum*, vocatur quoque Compoſitio quædam Chymica ex æqualibus Reguli per ♂tem ex ♁monio parati & ☽genti vivi ≏ati partibus. Cujus meminit *Libav. Tract. Chym.* de Igne natur. c. 35. &c.
*Iſocrates*, epitheton Vini, quod pari Aquæ quantitate mixtum eſt, *Hippocr.* lib. 2. de Morb. xxxiix. 6.
*Iſopus*, vid. Hyſſopus humida ſeu Oeſopus.
*Iſorrhopos*, Lat. dicitur Æquilibris, æquis Momentis ac ponderibus, æquivalens, in neutram partem vergens. Uſurpatur ab *Hippocrat.* de Partibus Corporis &c.



Digitized by Google

*Iſorthalmos*, epitheton Medicamenti cujuſdam Bechici apud *Aëtium* lib. 8.

*Iſpida*, eſt nomen Avis parvæ, pulchræ, pennarum venuſtate clariſſimæ, Alcyonis ſpecies, cujus deſcriptio & uſus vid. *Aldrov.* Ornithol. lib. 20. cap. 61.

*Italicum*, eſt nomen Emplaſtri, quod vim habet purgandi Ulcera ſordida & Carnem inducendi, cujus Deſcriptio habetur apud *Æginet.* lib. 7. cap. 17.

*Itea*, i. e. Salix, Germ. Weyden oder Felber. vid. Herb.

*Itrion*, in genere notat Placentarum non fermentatarum genus, Latinis Libum dictum. *Long.* lib. 1. ep. 56. *Foeſius* explicat per Dulciaria Liba, aut Bellaria, vel Panes dulciarios ex Saccharo, Nucibus Pineis, Amygdalis, aut etiam Seminibus Papaveris & Seſami confectos, ſive Marzipanes vocatos &c.

*Iva*, vocatur à *Mart. Rulando* & *Johnſono* Medicina propter Membra contracta, v. gr. Iva Arthetica & potab.

*Iva Arthetica* vel *muſcata*, eſt Medicina propter Membra contracta.

*Iva Arthetica* vel *arthritica*, eſt Abiga, Ajuja, vid. in Herbis Chamæpithys. Germ. Schlag-Kräutlein.

*Iva Muſchata*, eſt Chamædrys fœmina. Germ. Jven-Kraut/ Edel Chamänderlein/ das Weiblein.

*Iva potabilis*, Germ. Ein Tranck/ ſo die lahmen Glieder zu rechte bringet. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Judaica herba*, Germ. Glied-Kraut/ oder Beruff-Kraut. vid. Sideritis.

*Judaicum bitumen*, vid. Bitumen Judaicum.

*Judaicus Lapis*, vid. Lapis Judaicus. Germ. Juden-Stein.

*Judex Auri*, vid. Lap. Lydius.

*Juglans Nux*, ſeu *Nux Regia*, Germ. Welſche Nuß. Eſt Fructus arboris proceræ benè cognitæ, creſcentis in campis & collibus.

*Jujuba* ſeu *Zizypha*. Germ. Rothe Jujaben oder rothe Bruſt-Beer / eſt Prunorum ſpecies, extus rubræ ſunt, dulcem habentes ſaporem, Arbor Prunum vix ſuperat, folia habet parva & ſerrata, ex Italia fructus nobis adferuntur, vocantur quoque Serica rubra & Pruna pectoralia rubra.

*Jujula*, *Luſula*, *Oxys Plinii*, *Oxytriphyllon*, *Panis Cuculi*, eſt Acetoſella. Germ. Sauer-Klee. vid. Herbas.

*Jul.* ità à Medicis præſcriptum, legendum eſt Julapium, Julebus ſeu Julepus. Germ. Julep.

*Julapium*, idem quod Julebus vel Julepus.

*Julebus*, *Julepus* ſeu *Julapium*, ferè Syrupi conſiſtentiam habens, ex una parte Terræ deſtillatæ & duabus partibus Sacchari albi per ſolutionem & unam aut alteram ebullitionem, factus.

*Julia herba*, *Ageratum* ſeu *Eupatorium Meſue*. Germ. Leber-Kraut. vid. Herb.

*Julia*, rectiùs *Julis*, nomen Piſcis, quem inter ſaxatiles refert *Galenus* libro 3. de Alim. Fac. cap. 28.

*Julos*, *Juli* & *Julus*, ſunt Folia primum erumpentia, & quidem Flores Avellanæ & Juglandis, qui veluti prælongi Vermes ſingulari pediculo dependent. Germ. Haſelnuß-Blumen/ oder welſche Nuß-Blumen. *Lex. Brun.*

*Jumniſum*, *Jumnizum* & *Kamir*, eſt Fermentum. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Juncus anguloſus*, *quatratus & triangulus*, *Eryſiſceptrum*, vid. Rad. Cyperi rotundi. Germ. Runde Cypern-Wurtzel.

*Juncus Arabicus* & *odoratus*, vid. Schænanthum. Germ. Kamel-Heu.

*Juniperi Baccæ* ſeu *Arceuthides*. Germ. Wacholder-Beer/ ſunt Fructus fruticis, hinc indè in ſylvis creſcentis ſatis cognitæ, montoſis collibus & locis aridis delectantis. Baccæ Juniperi ſemper inveniuntur virides, ſemimaturæ, & maturæ nigricantes. Vocantur quoque Grana Turdorum.

*Juniperi Gummi*, eſt Sandaracha Arabum, vid. Sandaracha, eſt Vernix Arabum & Vernix ſicca.

*Juniperi*,

Digitized by Google

*Juniperi Rob*, conficitur ſ. q. Aquæ, coquendo ſ. a. ex Baccis maturis nigricantibus Juniperi. vid Rob ſeu Rub. Germ. Wacholder-Muß oder Lattwerge.
*Juniperus major*, vid. Sabina. Germ. Seven-Baum.
*Juniperus major Monſpel.* eſt Cedrus Phœnic, altera Plinii.
*Junonis Lacryma, Herba Sacra*, eſt Verbena. Germ. Eyſen-Kraut. vid. Herbas. *Lex. Brun.*
*Jupiter*, ſpagyricè denotat Stannum. Germ. Zinn. ♃. *Mart. Rul.* & *Johnſon. Sign.* [symbols], ♃, [symbols].
*Jupiter diaphoreticus*, conficitur ex Jove Anglico limato & ☿rio [symbol]ato, *Beguinus* pag. 334. & 335
*Jus*, præter Statutum politicum & legale, denotat quoque Jus, Brodium ſeu Juſculum. Germ. Brühe.
*Juſquiamum album*, *Dioſcyamum album*, vid. Rad. ſeu Semen Hyoſcyami.
*Juſſa*, id eſt Lapis Gipſius ſeu Gypſius. *Mart. Rul. & Johnſ.*
*Iuvilia*, eſt quoddam Conditum ſic vocatum. *Matth. Sylvat.*
*Ixia*, vocatur quoque Succus Plantæ, quæ Chamelæon albus ſive Carlina vocatur, vel Viſcum Radici illius Herbæ adhærens, quemadmodum & ipſa Planta, Ixia & Ixine dicitur. *Dioſcorid.* Lib. 3. cap. 10.
*Ixodes*, Viſcoſum ſignificat,& pro glutinoſo Medicamenti lentore ſumitur apud *Hippocr.* lib. de Ulcer. IX. 5.
*Ixos*, vocatur Viſcum, quod nomen & Plantæ Arboribus, Quercui, Pyro, Corylo, Abieti &c. adnaſcenti, & Succo concreto glutinoſo tribuitur, & paratur ex Acinis contuſis & in Aqua decoctis. Sunt qui commanducando id efficiunt. Optimum eſt recens, intus porraceum, extrà fulvum, quod aſperi nihil, aut furfuroſi conceperit. Emollit, diſcutit, extrahit. *Gorræus*, vid. Viſcum. Dicitur & de Paſta frumentacea viſcoſa, *Galen.* lib. 2. de L. A. c. 8.

# K.

K*Aavy*, Potus Indicus ex Tritico Indico, Mays dicto, paratus. *Lex. Brun.*
*Kabas*, eſt Tinctura rubra, facta ex Lacca. *Matth. Sylvatic.*
*Kabnos, Kalnos* & *Kapnos*, id eſt Fumus. *Mart. Rul. & Johnſ.*
*Kachimia* vel *Kakimia*, id eſt Cachimia, vid. Cachymia, dicitur immatura cujuscunque Metalli Minera, vel ſemi perfectum Metallum & nondum à Natura abſolutum, quod adhuc in primo ſuo ente, ut Infans in Utero ſuæ Matris, deliteſcit. Ejusmodi *Kakimiarum* Species Triginta reperiuntur hactenus cognitæ, quas hoc loco recenſere longum foret, ac præter utilitatem. *Mart. Rul. & Johnſ.*
*Kakule*, i. e. Cardamomum. Germ. Cardamömlein. *Sylvat.*
*Kadmia* vel *Katimia*, eſt Lapis Calaminaris ⋈. vel Tutia [symbol] aut Pompholix. *Mart. Rul. & Johnſ.*
*Kafur*, i. e. Camphora. Germ. Gaffer.
*Kaib*, *Kayl*, eſt Lac acidum vel acetoſum, coagulatum. Germ. Geronnene ſaure Milch. *Mart. Rul. & Johnſ.*
*Kal*, id eſt Sal de torrente. *Mart. Rul. & Johnſonus.*
*Kalangi*, eſt Cibus qui fit ex Pulmone, Corde & Hepate, inciſis minutim cum Oleo mixtis; in quo poſt remotionem prædictorum ponitur parum Aceti, Ova & Crocus. *Matth. Sylvatic.* p. 128.
*Kald*, eſt Acetum. ✝. Germ. Eſſig. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Kaled*,

*Kaled*, in negotio Lapidis Philoſophici ejusque primo operê vocatur Volans, uti videre eſt in *Theatr. Chym.* Vol. V. pag. 206.

*Kali*, id eſt Cinis clavellatus. Hinc Alkali, Arabice *Uſnen*. *Rhaſis* verò ſcribit, Kali eſſe Alumen asfur. *Mart. Rul.*

*Kali Herba*, eſt Herba quædam Marina, Sedi inſtar, ſed Coralli forma.

*Kalnos, Kabnos* & *Kapnos*, eſt Fumus. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Kamar* vel *Camar*, id eſt ☽ tum, Kyana. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Kamec*, dicitur Confectio, quæ fit de Gallia.

*Kamir, Jumniſum* & *Jumnizum*, eſt Fermentum, *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Kanfor, Kazdir*, eſt Stannum. Germ. Zinn. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Kapparis*, vid. Capparis. Germ. Kappern.

*Kaprili & Kibrith*, eſt Sulphur 🜍. Germ. Schwefel.

*Kar*, id eſt Gemma lucens ſicut Ignis, *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Karabe*, id eſt Gummi ſicut ſaſſorata, notat Succinum. Vid. Carabe. *Paracelſ.* etiam Aſphaltum nigrum vocat Karabe, in Prælect. Chirurg. de Vulner. cap. 12.

*…is*, i. e. Opium. Germ. Mohnſafft.

*…at*, eſt Pondus Granorum Quatuor. Gr. iv. Germ. Vier Gran.

*Karathi*, *Iſculi*, ſunt Lumbrici terreſtres. Germ. Regenwürm.

*Karbet, Karbech*, i. e. Helleborus. Germ. Nieß-Wurtz. *Sylvat.*

*Karena*, eſt Vigeſima Quarta pars minutiſſimæ Guttæ. *Paracelſus* lib. 6. de grad. & compoſ. cap. 7.

*Karlina*; eſt Anethum ſylveſte. *Mart. Rul. & Johnſonus.*

*Karmufel, Carmufel*, i. e. Caryophyllus. Germ. Nägelein.

*Karlina*, vel *Carlina*. Germ. Eber-Wurtzel. vid. Radices.

*Kaſam*, i. e. Ferrum. ♂. Germ. Eyſen. *Mart. Rul. & Johnſonus.*

*Kaſoir, Kacir, Kazdir, Kaſſizeros*, id eſt Stannum ♃. Germ. Zinn. *Mart. Rul. & Johnſon.*

*Katarticum*, i. e. Purgans, Purgativum, vid. Catharticum.

*Katimia*, Græcè *Kadmia*, Latinè *Calamita*, ſeu *Lapis Calaminaris*, quidam putant Tutia ſeu Pompholix eſſe. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Kayl, Kaib*, eſt Lac acidum vel acetoſum, coagulatum, Germ. Geronnene ſaure Milch / *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Kayſir*, id eſt Spuma Maris, propriè Pumex, Germ. Bimbſen-Stein. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Kayſum*, i. e. Pumex. Germ. Bimſen-Stein.

*Kazdir, Kasdir, Kacir* & *Kasficeros*, i. e. Stannum ♃. Germ. Zinn.

*Kebulie & Kebuli* vid. Myrobalana Chebuli.

*Keilus*, i. e. Permixtum vel Permixtio. Germ. Vermiſcht. *Sylvat.*

*Kehan*, i. e. Folium. Germ. Ein Bladt.

*Kenchros*, Milium. Germ. Hirß. vid. Semen Milii.

*Kenkamides*, dicuntur Grana, quæ intra Ficus ſunt. *Galen.* lib. de Cib.

*Kepſen*, eſt Species Picis. *Serap.*

*Kermes, Chermes*, *Granum* ſeu *Coccum infectorium*, *Granum Infectorium* & *Tinctorium*, *Coccus Bophica* & *Infectoria*, aliàs *Scarlatum*, *Hyſges*, Fructus eſt famoſiſſimi Fruticis, qui inſcribitur Ilex, in quo Coccus Baphica. Naſcitur in Creta, uti & in multis Hiſpaniæ locis, in Narbonenſi etiam Gallia & Provincia. &c. Germ. Scharlach-Beer / Kermeſin-Beer / Kermes-Beer und Ferber-Beer / und Körner / nominatur quoque Quisquilium.

*Kerſudrus*, eſt nomen Serpentis, qui aliàs Cherſidros, Hydrus appellatur. *Aldrov.* Hiſtor. Serpent. & *Drac.* lib. 1. cap. 17.

*Kerum*, i. e. Menſis 🝱. Germ. Ein Monat. *Sylvat.*

*Kerva*, *Cataputia major*, Germ. Zecken-Körner. vid. Semen Cataputiæ.

*Keſen*, *Keſen* dicuntur Cortices Glandium. *Sylvat.*

*Keſfe*, i. e. Cinamomum. Germ. Zimmet.

*Keſt*, vocatur Cibus, qui fit de Simula Hordei, & Lacte acetoſo Butyro extracto. *Matth. Sylvat.*

Keyri,

Digitized by Google

*Keyri, Cheyri, Levcojum luteum, Levcojum aureum, ſativum, luteum, Viola lutea, Viola petræa lutea*, vid. Flores Cheyri.

*Khymolea* & *Kymolea*, dicitur Lutum illud, quod ſub cote colligitur, aliàs Chymolea. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Kibriç*, eſt ☿rii & omnium liquidorum Pater, & prima Materia, ex qua Mercurius fit. Vocatur iſte Lapis quoque *Mart. Rulandus.*

*Kibric*, Libav. Synt. Arc. Chym. lib. 7. c. 34. ſcribens, Kibric pater & caput Onum, Salium & omnium liquabilium Metallorum. Alibi tamen, nimirum d. l. cap. 7. Kibric Philoſophorum paulo aliter deſcripſit, quæ verba non neceſſe eſt transſcribere. *Lex. Brun.*

*Kibric*, vocatur quoque Sulphur 🜍. Germ. Schwefel. *Apoc. Herm.* P. pr. c. 2.

*Kibric*, vocatur etiam Gummi Philoſophorum. *Th. Ch.* Vol. V. pag 84. c. 89.

*Kibrith, Kaprili, Kibric* & *Kibrius*, eſt Sulphur 🜍. Germ. Schwefel. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Kici*, eſt Ricinus vulgaris, Cataputia major, Granum Regium majus, aliis Palma Chriſti, Alkanna & Kerva. Germ. Wunder-Baum.

*Kikil, Kilkil*, dicuntur Grana Granatorum ſylveſtrium. *Serap.*

*Kinkinna*, vid. Cort. Chinæ Chinæ, vel Cort. Febrifugi. Germ. Fieber-Rinden.

*Kirat, Kirates, Kiran, Karates*, eſt Pondus quatuor Granorum Hordei. Aver. 7.

*Kiſes*, eſt Sal Rivuli, ſeu è Rivo vel Fluvio. *Mart. Rulandus.*

*Kiſt*, id eſt Grana quindecim. *Paracelſ.* Paragr. lib. 7. cap. 4. §. 4. in Apend.

*Kiſt* vel *Ciſt*, eſt ſesqui Menſura vel Pondus Librarum 4. alicujus Liquoris. vid. Ciſt, & *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Kiſt* vel *Kiva*, eſt Opopanax, vocatur & Kyva. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Kitbum, Kitum*, eſt genus Arboris, quæ facit Gummi, quo corpora inunguntur, ne putrefiant, & vocatur Arbor Mortuorum. *Matth. Sylvatic.*

*Klimia, Cadimia*, eſt Fumus ſeu Fuligo, adhærens ſuperioribus Fornacis, in purificatione cujuscunque Metalli. *Sylvat.*

*Kobaltum, Koboltum* vel *Colletum*, eſt Metallica Materia, Plumbo nigrior & Ferro, interdum Cineritium, colore carens metallico, funditur tamen & laminatur: propterea fixum non eſt, ſed meliora Metalla ſecum per fumum obducit: Eſtque Cadmia Lapis, è quo Æs fit Medicinæ utilis, Lapis Ærofus, Climia, Cathimia, Lapis Calaminaris. Germ. Cobolt/ iſt ein ſchwartz/ etwann ein wenig Aſchen-Farb Ertz/ das ſich hämmern und gieſſen läſt/ hat aber keinen Metalliſchen Glantz/ iſt ein raubender Schwefel/ der im Rauch das gute Ertz wegführt. *Mart. Rul.* Lex. *Sign.* ꝏ.

*Koma, Komartos*, id eſt Calx viva. ♆. Germ. Lebendiger Kalck. *Mart. Rul.*

*Komeos*, dicitur Gummi Arabicum. Germ. Arabiſches Gummi.

*Komidion*, i. e. Gummi cujuscunque Arboris. *Galen.*

*Konis*, i. e. Cinis 🝗. Germ. Aſche. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Kopos, Kopros, Koproſi*, dicitur Stercus Caprinum, vel quodcunque. *Sylvat.*

*Korion*, i. e. Coriandrum. Germ. Coriander.

*Koſt*, eſt Fagus, Lignum Faginum. Germ. Buchen Holtz. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Kual*, i. e. Nitrum ⦶. Germ. Salpeter. *Sylvat.*

*Kubul*, eſt Minera plumbea, Plumbum Philoſophorum, *Mart. Rul. Th. Chym.* Vol. V. pag. 14. meminit & alibi ſæpius hujus Vocabuli.

*Kuik*, i. e. Gummi. Germ. Hartz. *Sylvat.*

*Kumeu*, eſt Coadunatio. Germ. Vereinigung. *Mart. Rul.*

*Kumeran*, i. e. Arſenicum. Germ. Arſenick/ oder Hütten-Rauch.

*Kunigundis herba*, eſt Eupatorium Avicennæ.

*Kuran*, eſt Pix liquida. Germ. Weich Pech. *Sylvat.*

*Kuria*, vel *Kymia*, aut *Kymus*, dicitur Maſſa, unde Alkymia & Alchimia. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Kyana, Kamar*, vel *Camar*, eſt Argentum vivum. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Kybrius, Kebrick*, id eſt Arſenicum o--o *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Kymenna*, id eſt Ampulla. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Kymia*, vid. Kuria. Vocatur etiam Kymia Cucurbita, è qua fit Deſtillatio. *Mart. Rul.*

*Kymit elevatum*, i. e. Cinnabrium album ♎atum. *Mart. Rul.*

*Kymolea, Khymolea* & *Chymolea*, dicitur Lutum illud, quod ſub Cote colligitur. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Kymum*, vel *Kyminum*, id eſt Coadunatio. Germ. Vereinigung. *Mart. Ruland.* & *Johnſonus.*

*Kymus*, vid. Kuria, Kymum vel Kyminum, Coadunatio. Germ. Vereinigung.

*Kyra, Kiſt* & *Kiva*, id eſt Opopanax, vocatur & Kyva.

*Kyram*, eſt Nix. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Kyranides*, *Giſentera*, ſunt Terræ inteſtina ſeu Lumbrici, vel Vermes terreſtres, Germ. Regen-Würmb. *Johnſon.*

*Kyva, Kyra, Kiſt & Kiva*, id eſt Opopanax. *Mart. Rul. & Johnſ.*

# L.

L*Aaman*, id eſt Stercus Columbinum. Germ. Tauben-Koth. *Sylvatic.*

*L. A.* ità notatum, ſeu à Medicis præſcriptum, legendum eſt, Lege Artis. Germ. Nach der Kunſt / Kunſtmäſſig / oder Kunſt gemäß.

*Labdanum*, vid. Ladanum. Germ. Gummi / Ladanum.

*Labis*, vocatur Forceps aut Volſella, quâ aliquid apprehenditur & extrahitur, *Galen.* lib. 3. cap. 3. & *Hippocr.*

*Laboratores Chymici*, ſunt illi qui Chymica tractant vel præparant. Germ. Chymiſche Laboranten. *Lex. Brun.*

*Laboratorium*, eſt ille locus, in quo Chymici ſuas Operationes, magna cum inſtrumentorum & fornacum pompa, & unica ex tribus aut quatuor inſtrumentis omne, quidquid volunt, peragunt. Sic & omnis Officina Pharmacevtica Laboratorium eſt. Germ. Eine Chymiſche Werckſtatt / oder Apotheck. *Lex. Blanc.*

*Labores Chymici*, ſunt Operationes Chymicæ. *Libav.* Tract. de Igne Naturæ. cap. 50.

*Labrax*, eſt Nomen Piſcis, Lupi marini ſeu Pelagii, *Galen.* lib. 3. de Aliment. fac. cap. 26.

*Labrum*, eſt Vas in quo Balneum inſtituitur, *Lex. Brun.*

*Labrum & Lavacrum Veneris*, vid. Herb. Cardui Fullonum.

*Labruſcæ flores*, *Lambruſcæ*, ſive *Vitis ſylveſtris flores*, Germ. Wild Weinreben-Blüth.

*Lac*, ſeu *Gala*, Germ. Milch. Eſt Liquor albus ex Mammis vel Uberibus emulctus; fit ſequeſtratione Chyli à Sanguine arterioſo, per Glandulas mammillares. Lactis Generatio incipit plerumque poſt Fœtus Geſtationem, vel paulò ante Partum: definit verò in Vetulis, Gravidis & Menſtruatis. Ipſe quoque Chylus, Lactis denominationem meretur. Sic & Albi Succi, ex Taraxaco, Eſula, Papavere, Tithymallo &c. emanantes, Lac vocantur. *Lex. Brun.*

*Lac Aluminis*, fit ex ▽æ albuminis Ovorum ℥vj. Xris Onis ℥j. 🜊 ℔ij. optimè & diù in Vaſe vitreo conquaſſatis, ut fiat inſtar lactis. Germ. Alaun-Milch / oder Waſſer.

*Lac Ammoniaci*, ℞. Gummi Ammoniaci ſelectiſſimi ʒiij. ſolvantur in ▽ Hyſſopi frigidæ ℥vj. in Mortario frigido ſ. a.

*Lac Aſininum*, Germ. Eſels-Milch / eſt Liquor iſte albus, ex Uberibus Animalis iſtius quadrupedis notiſſimi, emulctus. Nutrit, abſtergit fortiter, hinc in Phthiſi utile &c, vid. *Aldrov.* lib. 1. cap. 2.

Lab

Digitized by Google

*Lac Lunæ*, Germ. Mohn-Milch. Agaricus mineralis, ſeu ſaxatilis, Marga ſaxatilis alba, Stenomarga alba, Gleba Norwegica albicans; dicitur Agaricus Mineralis, quia candore, levitate & ratione Agarico vulgari prorſus ſimilis. Plura legenda apud *Ettmull. Schræder. Hoffmann.* & alios.

*Lac Papaveris*, eſt Opium. vid. Opium. *Mart. Rul.*

*Lac recens, Neogala*, Germ. Friſche Milch. vid. Lac.

*Lac ſcammonii*, ℞. ☿ ſcammonii ℥vj, affunde in Mortario frigido paulatim ▽æ Cinamomi hordeati ℥viij. inter affundendum diu agitando. Liquor lacteſcens ſeparetur à picea ſubſtantia, & ſervetur ad uſum. Vocatur & Liquor acuens.

*Lac Sulphuris*, ſeu *Magiſterium Sulphuris*, præparatur ex duobus partibus Florum 🜍ris, tribus partibus ⊖lis ♀ri cum ſ. q. ▽pluvialis deſtillatæ, coquendô & ſemper agitandô Lixivium forte, rubrum & clarum, cui claro inſtillatur 🜊, ≂tum ▽ â dulci edulcoratur & exſiccatur. Præparatur quoque ex ☿ Sulph. p. 1. ♆ væ vel ⊖is ♀ri p. 3. Coq. in ſ. q. ▽æ ad Sulphuris ſolutionem: Filtra calidè, ≂ta cum 🜊 vel ⊶ ⊕tri ac Urina puerorum, edulcora & ſicca ſ. a.

*Lac Virginis*, eſt ▽ ☿rialis, vocatur quoque ☿us Philoſophorum, & Succus Lunariæ & Solariæ. *Mart. Rul. & Johnſ.* Præparatur aliàs ex ○ne, 🜊ſa, ♃no per coctionem in 🜊to, ▽Nympheæ, Plantaginis &c.

*Lacaphon*, quid ſit incertum eſt, nec etiam ſæpè à Medicis uſurpatur. Meminit ejus *Ægineta*, lib. 7. cap. 22. in Cypheos magni compoſitione. Ubi ſimul exponit per Corticem piceæ aut alterius cujusdam arboris. *Ruellius* vero exiſtimat, eſſe Naſcophthum vel Narcophthum, Aromatis genus, quod ex India deportabatur, Suffimentis optimum, notante *Gorrbæo*.

*Lacca* ſeu *Laccæ Gummi* & *Carcamum Meſuæ*. Eſt Reſina ſicca, Myrrhæ rubræ ſimilis, maſticata, ſalivam rubro colore tingens; accenſa vel tuſa, ſuave olens. vid. Gummi Laccæ apud *Schrœd.* & alios.

*Lacca Florentina*, præparatur ſ. a. ex Vermiculis Coccionellis volantibus per additionem C. C. uſti vel Cretæ. Germ. Florentiner Lacca.

*Laccæ Gummi*, quidam volunt quod ſit Alimentum, quod Formicæ exſugant inſtar Apum ex Plantis & Arboribus, quod inſtar Mellis ab iis redditur. Alii vocant Formicarum Stercus. vid. *Amatus Luſitanus, Aldrovaldus, Garcia ab Horto* & alii.

*Lacerta*, eſt nomen Animalculi quadrupedis digitati, itemque nomen Piſcium, vid. *Aldrov.* lib. 2. & 3.

*Lacerta rubra*, Spagyricis vocatur Colcothar ſeu Vitriolum ad rubedinem calcinatum, *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Lacerta viridis*, vid. Colcothar Paracelſi.

*Lachanon*, vid. Olus. Germ. Kohl-Kraut.

*Lachryma*, vid. Dacryon. Germ. Thränen. *Lex. Brun.*

*Lachryma Abietis*, eſt Oleum Abietinum. Germ. Flieſſend oder dünn Dannen-Hartz.

*Lachryma Aquilæ volatilis*, eſt ⊶ ⊖✳ci volatilis

*Lachryma* ſeu *Balſamum Copayvæ*, vid. Balſamum Copayvæ, ſeu Copayvæ Balſ.

*Lachryma Draconis*, eſt Sanguis Craconis, Germ. Drachen-Bluth.

*Lachryma Juniperi*, vid. Sandaracha Arabum.

*Lachryma Lentiſci*, vid. Maſtiche ſeu Maſtix. Germ. Maſtix.

*Lachryma Medica*, ſeu *Syriaca*, eſt Aſa fœtida. Germ. Teuffels-Dreck.

*Lachrymæ*, ſeu *Lapides* & *Sordes*, quæ in Oculorum angulis Cervorum reperiuntur. Germ. Hirſch-Trähnen.

*Lacryma Maſpeti*, *Laſer fœtidum, Medicum* & *Syriacum*, eſt Aſa fœtida.

*Lactis* & Vini aa. partes æquales, Oenogala.

*Lactuca*, Germ. Lattich. vid. Herb. Lactucæ, ſeu Sem. Lactucæ.

*Lactuca Caprina* ſeu *marina*, *Lactaria* eſt Tithymalus, vid. Rad. Eſulæ. Germ. Wolffs-Milch-Wurtzel.

*Lactuca leporina*, *Sonchus albus*, *Lactucella*, *Cicerbita*, Germ. Haſen-Kohl.



Digitized by Google

**Lapillus**, ſeu *Lapis Carpionis*. Germ. Karpffen-Stein. Eſt Lapis triangularis, qui in capite vel cervice Carpionis invenitur, magnitudine pro proportione Piſcis, coloris extra candidi, intus ferè flavi. Calculoſis, Colicis paſſionibus, Comitialibusque conferre ſtatuitur, & adverſatur ebullitioni flavæ Bilis ore contentus.

**Lapillus**, ſeu *Lapis Percarum*, Germ. Pers/Perſig/und Perſing-Stein/oder KaulBerſig-Stein. Eſt Lapillus vel Gemma Piſcis Percæ, quæ binæ in ejus capite reperiuntur, ad magnitudinem ferè Seminis Lini ſed candidæ. In frangendo Calculo nil præſtantius. (lib. 37. cap. 10.

*Lapis Abeſton*, eſt Coloris ferrei, qui ſecundum *Plinium* in Arabia invenitur.

*Lapis Adiz*; id eſt Sal Armoniacum ✱. Germ. Salmiac. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Lapis Æroſus Plinii*, eſt Lapis Calaminaris, Germ. Galmen/oder Galmen-Stein.

*Lapis Aëtites*, *Lapis Aquilæ*, ſeu *Aquilinus*. Germ. Adler-Stein. Ab Aquilis nomen habet, à quibus ut multi ferunt, defertur ad Ovorum calorem contemperandum, ne nimis calefiant, dum incumbuntur. Et eſt Lapis veluti prægnans, alio, cum quatitur, quaſi ſonante. Rotundam & globoſam, ſcabram, & interdum lævem faciem obtinet, variatque tum colore tum magnitudine, & vulgaris eſt notitiæ. Plura legenda ſunt apud *Joh. Laur. Bauſchium* in ſuo Tract. de Lap. de Ætite.

*Lapis Agapis*, ſeu *Agathes*, vid. Lapis Judaicus. Germ. Juden-Stein.

*Lapis Alabaſtrites*, ſeu *Alabaſtrum*, *Onyx*. Germ. Alabaſter-Stein. è Marmorum generibus eſt, & ab Alabaſtro, Urbe Ægypti dictum, plerumque album & perſpicuum, quo & Imagines ſculpuntur, & Antiqui ad Vaſa Unguentaria & alia utebantur. In Officinis ejus uſus rarus eſt, niſi quòd ad Unguentum Alabaſtrinum adhibeatur.

*Lapis Allectorius*, invenitur in Ventribus Gallorum Gallinaceorum, Cryſtallo ſimilis, vel Aquæ limpidæ; & ait *Albertus*, quod iſte Lapis ſit nitens, Cryſtallo obſcuro ſimilis. *Plin.* lib. 37. cap. 10.

*Lapis Amandinus*, eſt Gemma, coloris varii, Venenum omne extinguens, aut reprimens, & vincere facit Adverſarios, & plenam interpretationem Somniorum facit intelligi. *Albert.*

*Lapis Amethiſtus*, & *Ametiſthus*, Germ. Amethiſt-Stein. Eſt Lapis ex India delatus, colore purpureus, violaceo permiſtus, leviter quaſdam flammulas emittens. Ejus quinque ſpecies perhibentur. vid. *Renodeus*.

*Lapis Amianthus* ſeu *Aſbeſtus*, non eſt Alumen plumeum ſeu plumoſum ut quidam volunt, ſed eſt diſtincta ſpecies Lapidis ab Alumine plumoſo: Nam Alumen plumoſum adſtringit & non pungit, hic contra Lapis Amianthus, pungit & non adſtringit. Ex hoc Lapide præparantur Ellychnia incombuſtibilia: vid. *Ettmull.* in Regno Mineral. pag. 220.

*Lapis Andromada*, eſt Lapis coloris Argentei; ut plurimum in Mare rubro naſcitur; eſt autem quadratus & durus ſicut Adamas. *Albert.*

*Lapis Angeli conjungentis*, eſt Sal ✱. vid. Sal Armoniacum. Germ. Salmiac.

*Lapis Animalis*, eſt Sanguis Humanus, item Curenta, quæ Scutum portat in Dorſo. Germ. Schildkrodt. ſunt etiam Lapides animales; qui in Animalibus reperiuntur, ut Bezoar, Calculi, Lap. Cancr. Carpionum, Percarum &c.

*Lapis Antimonii medicinalis*, eſt ♁ fixum, ſive Regulus ♁ nii medicinalis.

*Lapis Aquilæ*, ſeu *Aquilinus*, vid. Lap. Ætites.

*Lapis Arabicus*, ſimilis eſt Ebori maſculo, cujus uſus in Dentifriciis & in exſiccandis Hæmorrhoidibus eſt. Verum qualis ſit ille lapis, multi Viri docti diſputarūt, & adhuc diſputant, ſed ſi acute vis conſiderare, Lapis Arabicus non eſt alius, quam Specularis, ſeu Lapis Lunæ, ſeu Glacies Mariæ. Germ. Spergla߸ oder Unſer Frauen Eyß. vid. *Mart. Rul. & Johnſ.* Lex.

*Lapis Arcadiæ*, eſt Lapis, qui cum accenditur non extinguitur. *Sylvat.*

*Lapis Armenius* ſeu *Armenus* & *Lapis Malachites*. . Germ. Armenien-Stein/Berg-Blau. Eſt Lapis cæruleus, inſperſus hinc inde maculis viridibus, valdè congener Lapidi Lazuli, & non videntur inter ſe differre, niſi quòd Lapis Lazuli ſit quaſi maturus & magis perfectus, hic imperfectus & immaturus, adeò ut

utLapis Armenus perficiatur ex ☽na immatura conjuncta adhuc cum ♀re vel Cupro, ex quibus duobus Metallis etiam obtinent ſuas virtutes, Lapis Armenus & Lapis Lazuli. vid. *Schrœderus*, *Ettmüllerus* & alii.

*Lapis Asbeſtus*, vid. Lapis Amianthus.

*Lapis Aſius*, optimus eſt, *Dioſcorid.* lib. 5. cap. 88. qui colore Pumicis, levis, fungoſus, friabilis, ſciſſiles venas lutei coloris ad imum actas habens. Dicitur Lapis tantùm propter colorem & ſubſtantiam lapidis; Nam duritia ſua non eſt Lapis, quia levis eſt & fungoſus. Vocatur Lapis Aſius, quòd in Aſſo, monte Troadis, naſcitur. vid. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Lapis Aureus*, vocatur ipſa Urina, aliàs quod ſit lapis aureus. *Johnſ.*

*Lapis Belemnites*, vid. Lapis Lyncis, Germ. Albſchoß/ oder Luchſen-Stein.

*Lapis Benedictus*, vid. Occultus, id eſt Ovum. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Lapis Berullus*, lucidiſſimus eſt & clarus, ſimilis Oleo, & quando volvitur, in eo videtur moveri aqua. *Albert.*

*Lapis Bezar*, *Bezahar*, *Bexohar*, ſive *Bezoar*, eſt etiam duplex ſive triplex: Lapis Bezoar Germanicus, Occidentalis & Orientalis.

*Lapis Bezoar Germanicus*, Germ. Teutſcher Bezoar. Eſt Ægagropila in 1, 2, 3, vel 4to ſtomacho Capræ Alpinæ ſeu Rubicapræ, ſive Capreolæ vel Rupicaræ inventa (nam notum eſt, quod Bruta ruminantia ſoleant 4. Stomachos habere) nominaturque à quibusdam *Bezoar German.* Doſis gr. v. xv. ad ℈j. vid. *Caſp. Bauh. Borellus*, *Schrœder. Ettmüll.* & alii. De Pila Caprina ad magnitudinem Capitis Infantis iſt zu leſen in der Teutſchen Material-Kammer Joh. Jacobi Marxen/ Materialiſten in Nürnberg fol. 160. Inveniuntur in India, Gallia, montibus Helvetiæ, & aliis locis Ægragopilæ.

*Lapis Bezoar Occidentalis*, eſt iſte Lapis, qui in priori, ſive poſteriori Ventriculo Capricervæ Occidentalis invenitur, Orientalibus ut plurimum major, ſuperficie ſcabrâ, colore cinereo, albo, nigro, obſcurevè virente (qui optimus.) Doſis, à gr. v. ad ℈ß. usque ad gr. xv. & ℈j. vid. *Caſparus Bauhin. Borellus, Schrœd. Ettmüll.* & alii. Lapides Bezoar Occidentales, quorum unus Unciarum ℥iß, ℥ij. ad ℥v. pendit, apud Experientiſſimum Pharmacopœum Francofurtenſem ſub Signo Cygni albi D. *Nicolaum Salzwedelium* videndi ſunt.

*Lapis Bezoar Orientalis*, Germ. Orientaliſcher Bezoar-Stein. In Proventriculo & in Ventriculo potiſſimum aliisque cavitatibus internis Capricervæ Orientalis repertus. Capricerva Orientalis eſt Animal Indiæ aut Perſiæ Orientalis, partim Cervo ſimile, partim Capræ. Hinc fit ut aliis Capra audiat, aliis Hircus, aliis Capricerva, v. gr. dicitur Capra Indica, *Amato*, Capra Montana *Manardo*, Capra ſylveſtris *Lacunæ*. Lapidis hujus Figura variat enim eſt ovalis, rotunda, ſciſſili & intus cava (meditullio Paleam, Pilos vel ſimile continens) ſuperficies levis & ſplendens; Dantur & adulterati ſeu falſi, confecti ſcil. ex Lapidum fragmentis & Pice artificioſè coagmentatis. Artificium ergò conſiſtit in eo, ut falſus à vero poſſit cognoſci & diſcerni: Cœterum hoc eſt difficultatis maximæ in cognitione & electione, id quod clarè deducit *Hildanus* Cent. 4. Obſervat. 14. & ut legitur apud *Schrœderum, Zacutum Luſit. Bauhinum, Primeroſium, Guibertum, Wormium, Zwelfferum* &c. Doſis hujus Lapidis à gr. v. ad x. usq; ad xv. & xx. Horum Lapidum Bezoar Orientalium Unciarum ℥j, ℥iß, ℥iij, ℥vij. ad ℥ixß. apud Experientiſſimum Pharmacopœum Francofurtenſem ſub Signo Cygni albi Dominum *Nicolaum Salzwedelium*, videndi ſunt.

*Lapis Bezoar Veterum*, quidam putant, quod ſint Lachrymæ ſeu Sordes concretæ in Angulis Oculorum Cervorum.

*Lapis Boſtrychites*, vid. Alumen plumeum ſeu Linum ſaxatile ſeu vivum 
Germ. Federweyß.

*Lapis Bufonum*, *Bufonites*, *Chelonites*, *Batrachites*, *Bufonius*, *Myoxolithos*. Germ. Kroten-Stein. Eſt Lapis pruni coloris ad rubeum vergentis. Putant

tant quidam quod hic in Capite veteris Bufonis inveniatur, vid. *Anshelmus Boëtius*, & *Samuel Hafenrefferus*.

*Lapis Butleri*, vid. fol. 40. in *Corpore Pharm. Chym. Med. Joh. Helfr. Jungken*, Phyſici Francofurtenſis.

*Lapis Calaminaris*, Germ. Kalmen oder Gallmen-Stein / qui aliàs vocatur Cadmia lapidoſa, Cadmia Metalli expers, eſt Lapis ſeu Cadmia foſſilis, & Lapis Latoninus, aliquando ſubalbus, aliquando ſubflavus & ſubrubeus, undè à *Glaubero* non immerito dicitur, quòd habeat in ſe 🜍 ☉reum. Reperitur ſæpius in Metallorum fodinis. Utuntur eo Ærarii Fabri, qui ex Ære Aurichalcum parant: Siquidem ſine eo id parari non poteſt. Plura legenda ſunt apud *Schrœd. Ettmüllerum* & alios. *Sign.* [sign], [sign], [sign], [sign], [sign], [sign], [sign], [sign], [sign], [sign], [sign], [sign], [sign], [sign], [sign], [sign].

*Lapis Calaminaris*, interdum apud Chymicos Tutia intelligitur. *Mart. Rul.*

*Lapis Calcarius*, eſt Lapis ille gryſeus, ex quo beneficiò △nis fortiter calcinando, præparatur Calx viva ſive muraria. Lapis calcarius multis in locis invenitur. Germ. Kalck-Stein / vid. *Schrœderus*, *Ettmullerus* & alii plures. *Sign.* E.

*Lapis Calcedonius*, eſt pallidus & fuſcus, aliquantulum obſcurus. Hic ſi perforatur & collo ſuſpenditur, dicitur valere contra Phantaſticas eluſiones ex Melancholia ortas. Germ. Calcedonier-Stein. *Albert.*

*Lapis Calcis*, apud Chymicos Scoria Æris, vel Batitura Æris. Germ. Kupffer-Fenlig / oder Kupffer-Schlag. *Mart. Rul.*

*Lapis Cancri*, vid. Lapides Cancrorum. Germ. Krebs-Augen / oder Krebsſtein.

*Lapis Carbunculus*, vid. Rubinus.

*Lapis Carminativus*, calefactus & Umbilico impoſitus, omnes Flatus in Colica flatulenta ſedat & expellit. Unde ratione virtutis Carminativus dictus. Videtur habere convenientiam cum Lapide Serpentino.

*Lapis Carneolus*, *Sarda* ſeu *Sardius*, Germ. Carneol / aliquando etiam nominatur Bluthſtein. Non pellucidus eſt, ſed rubedine quadam dilutus, ac carnis colorem repræſentans, unde Carneolus. Sarda vel Sardius verò dicitur, quòd à Sardibus primùm fuerit inventus. Colore autem variat, alii ſunt rubri, alii exigua ſanguinis rubedine tincti, alii ſubflaveſcentis rubedinis, quandoque Cornelius & Corneolus nominatur. Laudatiſſimus Carneolus in Sardinia invenitur, hinc in Epyro & Ægypto, ſed Babylonius cæteris præfertur. Arabici & Indici etiam non contemnendi, ut nec Europæi. In Bohemia, Sileſia, aliisque Regionibus præſtantes inveniuntur. Spectat ad illa 5. Fragmenta Lapidum precioſorum.

*Lapis Carpionis*, vid. Lapillus Carpionis. Germ. Karpffen-Stein.

*Lapis Caſtorei*, qui ab Experientiſſimo *Joh. Rudolpho Henrici*, Pharmacopæo Francofurtenſi, in Caſtoreo repertus inſtar Nucis Juglandis, & apud ipſum videndus eſt.

*Lapis Ceratites*, vid. Unicornu foſſile. Germ. Gegraben Einhorn.

*Lapis Chalcedonius*, *Carcedonius* ſive *Charchedonius*, ſeu *Carchedonius*, Germ. Chalcedonier / Carcedonier / oder Carchedonier-Stein / eſt Lapis ſemipellucidus, durus, colore obſcurè rubro △neo &c. vid. Authores.

*Lapis Chelidonius*, ſive *Hirundinum*. Germ. Schwalben-Stein. Eſt Lapis qui invenitur in Stomachis Pullorum Hirundinum, ut ait *Mart. Rul.* De Virtutibus vid. *Boëtius*, *Weckerus*, & *Albertus Magnus* &c.

*Lapis Chelonites*, vid. Lapis Bufonum. Germ. Krotten-Stein.

*Lapis Cherubinicus*, *Pyr☉lis*, *Scorpio*, [sign] *vegetans*, eſt Sulphur 🜍. Germ. Schwefel.

*Lapis Chletrites*, eſt Lapis qui per ▽am ex Alno corporatus. Germ. Erlen-Holtz in Stein verwandelt.

Lapis

Digitized by Google

*Lapis Chryſolithus*, *Chryſopraſius*, *Chryſopatius* & *Elbeſius*, Veterum Topaſius, Succi Porrorum viriditatem ex ☉reo fulgentem eleganter refert, unde nomen accepit. Duo habentur Genera, Orientale & Europæum. vid. *Plinius*, *Andreas Baccius* & *Boëtius*, &c. Germ. Chryſolith.

*Lapis Cogalites*, vid. Lapis Aquilæ.

*Lapis Collimus*, eſt Medulla Lapidis Ætitis. Germ. Das Marck auß dem Adlerſtein.

*Lapis Coranticas*, eſt Lapis Cryſtallo ſimilis, infecto Colore cœruleo, qui dicitur cadere aliquando de Nube cum Tonitru. *Albert*. in Lapidario.

*Lapis Cornelius*, eſt Coloris carnei. Hic apud Rhenum Fluvium invenitur frequentiſſime. *Albert*. loc. cit.

*Lapis Corroſivus*, Ger. Ein Etz/ oder etzend Stein. Præp. vulgari modò ex Lixivio, ex ♆, ☐V, & ♃ parato. De quo variæ Compoſitiones inveniuntur.

*Lapis Cos*, eſt Lapis quo acuitur Ferrum. Perhibetur augmentari Mamillas Puellarum ante tempus, & Teſticulos Puerorum. *Avicenn*. Germ. Wetzſtein.

*Lapis Cryſtallinus*, ſeu *Cryſtallus*. Germ. Cryſtall. Generari ex humore omnium puriſſimo ſanè conſtat, quod omnium ferè Gemmarum vel Lapidum clariſſimus tranſlucidiſſimusq; ſit. Gemmam ſi vocare libet, licet, modo omnium molliſſimam dixeris, vel à ſimilitudine coloris, qua Gemmas colorata Cryſtallus refert, Pſeudo-Gemmam verbi gratia, Pſeudo-Berillum, Pſeudo-Topazium, Pſeudo Saphyrum, Pſeudo-Smaragdum, quæ veris Gemmis molliores ſunt. Sic & Iris vocatur Gemma à colore quem fronti applicata exhibet. Invenitur in Cypro, Luſitania, ex quibus locis adfertur quoque in Germaniam. Item in Bohemia, Ungaria & nonnunquam in Agris. vid. *Schrœd*. fol. 349. *Ettmull*. de Regno Minerali fol. 223. & alii &c. Vocatur quoque Glacies dura.

*Lapis diſſolutivus*, vid. Lapis Judaicus. Germ. Juden-Stein.

*Lapis Dryites*, eſt Lapis, qui per Aquam à Quercu corporatus. Germ. Eichen-Holtz in Stein verwandelt.

*Lapis Elatites*, eſt Lapis, qui per Aquam ex Abiete corporatus. Germ. Tannen-Holtz in Stein verwandelt.

*Lapis Ematites*, vid. Lapis Hæmatites. Germ. Bluth-Stein.

*Lapis Equinus*, in Stomacho Equi inventus, cujus media pars ℥xiiß. pendet, & tota pars erat ℥xxv. Dicta media pars adhuc apud experientiſſimum Pharmacopœum Fracofurtenſem ſub Signo Cygni albi, Dn. *Nicolaum Salzwedelium* videnda eſt.

*Lapis Eracleus*, vid. Lapis Magnes.

*Lapis facili* △*ni liqueſcens*. Germ. Fluß. *Mart. Rul.* & *Johnſ*.

*Lapis Falconis*, eſt Arſenicum o--o *Johnſ*.

*Lapis famoſus*, vel *pretioſus*, vel etiam Sal de Urina. *Mart. Rul.* & *Johnſ*.

*Lapis è felle Bovis*, Germ. Stein auß einer Rinds Galle.

*Lapis fiſſilis æroſus*. Item Æs cinereum. Germ. Schieſer. *Mart. Rul.* & *Johnſ*.

*Lapis Gagates*, vid. Gagates Lapis.

*Lapis Gammarorum*, *Oculi Cancri officinarum*, vid. Lap. ſeu Lapilli Cancrorum. Germ. Krebs Augen/ oder Krebs Stein.

*Lapis de Goa*, præparatur ex Lap. Hyacinth. Topaſ. Saphir. Rubin. Margarit. aa. ℥j. Smaragd ℥ß. Bezoar Or. Corall alb. rubr. aa. ℥ij. Ambræ gryſ. Moſch. aa. ʒß. fol. ☉ri N°. 40. fiat ♉ ſubtiliſſimus. Qui cum ▽ Roſar. in paſtam ſubactus, efformetur in Pilas oblongas, Ovulis non abſimiles in umbra probè ſiccandas. Poſteà dentalio, entalio, ſeu aliâ ejusmodi Concha accuratiſſimè (ut eleganter niteant) ſ. a. poliantur.

*Lapis Granatus*, vocatur quoq; Carbunculus Carchedonicus, ſeu Garamanticus, Sandraſtus, Garamantites, Carchedonius *Plinii*. Germ. Granaten-Stein. *Sign*. ♁, ♁, ♁. Eſt Gema pellucida, ex flavedine rubens, △ inſtar, Miniiq; nativi vel factitii colorem ferè referens. Sunt diverſa genera Gemarum, quæ colorem △nis æmulantur, adeoq; ſub Carbunculis (quo nomine à carbonibus ſumpto Gemas illas in genere vocant) comprehenduntur, uti Granatus, Hyacynthus, Rubinus &c. hinc ſunt qui Granatum faciunt

ciunt Rubinum obſcuro colore; expoſitus enim Luci aut ☉li, carbonis imaginem oſtendit dilucidius, quàm ipſemet Rubinus. Sunt Granati alii vel aliæ Orientales, alii Occidentales. Orientales, ut meliores ità & pretioſiores, proinde Provinciam Officinalem ſolis Occidentalibus linqunt. Hi ſunt Hiſpanici, Bohemici, & Sileſiaci: è quibus Bohemici reliquos antecellunt. Eſt unus ex 5. fragmentis Lapidum pretioſ.

*Lapis Hæmatites*, ſeu *Petra Sanguinaria*, & *Lapis Sanguinarius*. Germ. Bluth-Stein. Nomen eſt Lapidis vel Glebæ duriuſculæ, & mediæ naturæ inter Terram, Lapidem & Metallum, ità dictæ, vel quod Colore Sanguinem æmuletur, vel quod Sanguinem ſiſtendi vim obtineat. Fractus inſtar ligni petrefacti Fibras oblongas habet, & in modum Acuum acutas. Ex Ferri fodinis effoditur; generatur in pluribus Germaniæ & Bohemiæ montibus. Optimus friabilis, ſaturato colore rubro nigricante, durus, æqualis, nullâ ſorde admiſtâ, Cinnabaris habens colorem. Præſtat Hiſpanicus. Lapis eſt participans de Minera ♂tis, & etiam de Minera ♄ni. vid. *Bauſchius*, *Ettmullerus*, *Polemannus*, *Wormius*, *Zacutus Luſitanus*, & alii. *Sign.* ..., 8, ⊕, ♉, ☿.

*Lapis Helpheſtionis*, id eſt Vulcani, qui & Pyrites, Kyranides &c. dicitur. *Johnſ.*

*Lapis Heracleus*, vid. Lapis Lydius. Germ. Probier-Stein.

*Lapis Hirundinum*, vid. Lapis Chelidonius. Germ. Schwalben-Stein.

*Lapis Holoſteus*, vid. Oſtiocolla. G. Beinbruch/ Beinwallen/ oder Bruch-Stein.

*Lapis humanus*, ſeu *Calculus humanus*, à quibusdam *Ludus humanus* nominatur, à *Paracelſo* vocatur proprio vocabulo Duelech, quoniam è Spiritu urinoſo Urinæ, & Acido eſt concretus & coagulatus. Commendatur ad reſolutionem Calculi in Renibus & Veſica, ſi ſcil. artificio Chymico reducatur in ſummum primum Ens & ... Quod ... Calculi humani noverunt *Paracelſ.* & *Helmontius*. Qui plura ſcire cupit, adeat *Barbett. Bontii* Commentarium, *Henrici ab Heer* Obſervat. *Tulpium* & alios.

*Lapis Hyacinthus*, Germ. Hyacinth- oder Jacinth. Gemma eſt: Electri ferè colorem referens, magis tamen ex flavo ſplendeſcens, & quaſi Fulgur aureum emittens. Sunt vero Orientales & Europæi; præſtantiſſimi ſunt Orientales, qui Colorem referunt Minii nativi. Europæi inveniuntur ad Iſeram Fluvium, in confinibus Sileſiæ & Bohemiæ, ſuntq; Orientalibus ignobiliores. Adſcribitur 5. fragmentis Lapidum pretioſorum.

*Lapis Jaſpidis*, Germ. Jaſpis. Eſt Lapis Viridis, habens in ſe Venas rubeas. *Alb.*

*Lapis Indicus*, vid. Indigo ſeu Indicum. Germ. Indig.

*Lapis Judaicus*, *Agapis* & *Euræos*, *Lapis Judaicus*, & *Dactylus Idæus*, *Tecolithus*, *Phœnicites*, *Pyrene*, *Eurene*, *Eureſia*, ita dictus à loco natali Judæa, in qua reperitur. Hic lapis Judaicus Olivæ ſpecie ſubrotundus, tener & friabilis eſt, ſtriis ſecundum longitudinem diſcurrentibus & æquidiſtantibus, ac ſi arte (tornô) factæ eſſent, colore eſt albo & ſubcinereo. Dicitur *Aëtio* Lapis ſyriacus, aliis Agapis, Phenicites, Tecolithos. Ger. Juden-Stein. Doſis Gr. v. ad gr. x. & xv. Plura legenda ſunt apud *Querc. Schrœd.* &c.

*Lapis Kyranides*, vid. Lapis Helpheſtionis. Germ. Feuerſtein.

*Lapis Lazuli*, ſeu *Cæruleus*, vel *Cyanus Lapis*, eſt Lapis opacus Saphiri colore, aut Florum Cyani, aureis punctulis & flammulis exornatus. Armeno durior. Exinde præparatur Color Ultramarinus, vulgò dictus, Aſarum verò ex Lapide Armenio vel Cyano germanico. Arabicè *Hager*, *Azul*. Magnam habet convenientiam cum Lapide Armenico, participat enim uterque de Cupro, indeque Vitriolaceam ſapiunt naturam, & exinde etiam in locis vitriolatis ſolent reperiri, atque Virtutes ſuas maximè à ♀re & ♂lo derivant. Germ. Laſur-Stein/ Laſur-Blau. Doſis ℈j. ad ℈ij. & ℈iij. Plura legenda ſunt apud *Bartoletum*, *Bootium*, *Ettmullerum*, *Schrœderum*, *Wormium* & alios. *Sign.* ..., ..., ..., ....

*Lapis Lydius*, *Coticula*, Lapis Heracleus eſt, dicitur Lapis, qui reperitur in Flumine Tmolo & alibi, cui ☉rum & ☽tum attritum, colore examinatur. Hinc Judex ☉ri dicitur.

**Lapis** *Lyncis*, ſive *Belemnites*, à Sagitta cujus effigiem refert, ſeu Dactylus Idæus (à quibusdam Judaicus) à figura Dactyli & Ida Monte Cretæ Inſulæ, ubi invenitur. Teres eſt & pyramidalis, ſub variis Coloribus repertus. Inveniuntur albi, cinerei, nigri, pellucidi, Vini Falerni inſtar. Et hic forſan eſt, quem Veteres Lyncurium appellarunt, quem & Succini ſpeciem fecerunt, ob colorem, quem ſuccinum refert, quemq; ex Urina Lupi cervarii ſeu Lyncis, ſimul ac ea excernitur, coagulari, nonnulli fabulantur. Vetus hic lapis gravè olet, & ne uſtus quidem odorem deponit. Reperiuntur multis in locis Germaniæ, in Boruſſia, Pomeria, Epiſcopatu Hildeſienſi, Helvetia, Ducatu Würtenbergenſi, Goppingæ. In affectibus Nephriticis prodeſt. Germ. Albſchoß/Schoßſtein/Luchſen-Stein/ Tappenſtein.

**Lapis** *Magnes*, ſeu *Sideritis Plinii*, & *Lapis nauticus*, *Heraclia Galeni*, *Heracleotis Callimachi*. Germ. Magnet/ Magnet-Stein/ Segel-Stein / eſt Lapis Polos Mundi oſtendens, Ferrum, Chalibemq; attrahens, præſertim ferreo Circulo armatus; Reperitur circa Ferri fodinas in diverſis Germaniæ, Italiæ, Norwegiæ & Sueciæ locis. A quibusdam Lapis Heracleus & Herculeus nominatur. Ingreditur quædam Emplaſtra, ut Ferrum è vulneribus attrahatur; ſed fruſtra, cùm Magnes pulveriſatus & præſertim uſtus, vires ſuas amittat. Lapis Magnes, qui attrahit [illegible] apud experientiſſimum Pharmacopœum Francofurtenſem. ſub Signo Cygni albi, Dn. *Nicolaum Salzwedelium*, videndus eſt. *Sign.* [illegible].

**Lapis** *major*, id eſt Spiritus ex 4. Corporibus, ſeu 4. Elementis compoſitus, nominatus Filius unius diei. *Mart. Ruland.*

**Lapis** *Malachites*, vid. Malachites.

**Lapis** *Marmor*, Germ. Marmolſtein. Eſt lapis inſigniter durus, ac ad ſplendorem accipiendum, ſi poliatur, ità aptus, ut Statuæ vel Columnæ egregiè nitentes inde ſculpi poſſint. Genera multa ſunt, cùm nec certa illis figura, nec color certus ſit. Alia ſunt alba, uti Alabaſtrites; alia rubra; alia nigra, ut Lydius Lapis; alia variis coloribus, uti Porphyrites, Ophites &c. vid. *Mart. Rul. Schrœd.* & alii.

**Lapis** *Medicamentoſus*, vid. *Crollius* fol. 270.

**Lapis** *Meſpili*, Germ. Meſpel-Kern. vid. Sem. Meſpilorum.

**Lapis** *Morechtus*, vid. Oſtiocolla, ſeu Lapis Oſtiocollæ. Germ. Beinbruch/ Beinwallen/ Bruchſtein.

**Lapis** *Myoxolithos*, vid. Lapis Bufonum. Germ. Krodten-St[illegible]

**Lapis** *Nauticus*, vid. Lapis Magnes. Germ. Magnet-Stein.

**Lapis** *Nephriticus*, Germ. Grieß-Stein. Eſt opacus & variegatus, ex Colore viridi, aliisque permiſtus. Rarò hic Lapis in ſe duos Colores habet, ſemperque viriditatem ex albedine refert, alius viriditatem ſubflavam, interdum ſubcæruleam; plerumque ex viridi albo, flavo, cæruleo nigroq; colore mixtio eſt. Poliri exactè non poteſt, ſemper enim ipſius ſuperficies pinguis apparet, quaſi Oleo inuncta fuiſſet. Adfertur ex Hiſpania; in nonnullis etiam Germaniæ locis, & in Bohemia reperitur &c.

**Lapis** *non Lapis*, Lapis de Virtute & efficaciâ, non Lapis ſubſtantiâ. *Avicenna* & *Kodar* aſſerunt, quod Lapis non Lapis ſit Elixir. vid. *Johnſ. Lex.*

**Lapis** *Noſter*, apud Chymicos eſt ☽tum vivum. ☿. Germ. Queckſilber.

**Lapis** *Occultus*, id eſt Benedictus, id eſt Ovum. *Mart. Rul. & Johnſ.*

**Lapis** *Omnium Colorum*, vid. Vitrum. Germ. Glaß.

**Lapis** *Onix*, Gemma dicitur nigri Coloris, albis venis variatum, quod venit ex India & Arabia. Germ. Onix. *Albert.*

**Lapis** *Opacus*, vid. Lapis Nephriticus. Germ. Grieß-Stein.

**Lapis** *Ophites*, eſt Marmor inſtar Porphyritæ duriſſimus, colore viridi ſaturato, dilutis ejusdem coloris maculis, quaſi aſperſus, & vocatur Lapis Serpentinus. Ger. Serpentin-Stein / Schlangen-Stein/ Schlangen Marmorſtein/ Schlangen-Alabaſter. Foditur variis Ital. & Germ. locis, præſertim

in Miſnia, is verò ob mollitiem rectius Alabaſtrites eſſe cenſetur, diciturq; Zeblicium. Externè adhibetur calidus in Colica paſſione, Pleuritide, Torminibus ac Ventriculo refrigerato, doloribus Podagricis, Nephriticis, calefactus enim Ophites, loco affecto applicatur.

**Lapis** *Oſtiocolla*, ſeu *Oſſifragus & Oſtrites*, *Sabuloſus*, *Oſteolythus*, *Holoſteus*, *Marochtus Matthiol. Oſteocollus*, *Oſteocolla*, *Sabulus*, *Mororetus*. Eſt Lapis albo cinereove colore, oſſisque figuram æmulans. Naſcitur in Palatinatu item in Saxonia, in Sileſia &c. Creſcit per ∴nam forma Coralli albi. Putatur hoc Remedio Oſſa citò conglutinari, & callo obduci, ſi intus ſumatur & Emplaſtris admiſceatur. Germ. Beinbruch/ Bruch-Stein/ Beinwalten/ Wallſtein/ Steinbein/ Sand Stein, ꝛc.

**Lapis** *Pavonius*, vid. Malachites ſeu Malochites.

**Lapis** *Percarum*, vid. Lapillus Percarum. Germ. Pars/ oder Perſing-Stein.

**Lapis** *Phegites*, eſt Lapis qui per aquam è Fago corporatus, Germ. Buchen-Holtz in Stein verwandelt.

**Lapis** *Phenicites*, vid. Lapis Judaicus. Germ. Juden-Stein.

**Lapis** *Philoſophicus*, ſeu *Philoſophorum*, eſt Virtus intenſiſſima, & velut in Centrum arte coarctata, quæ extenſa Tincturam exhibet abſque numero; vel eſt Medicina illa Univerſalis, per quam Veteres & Metalla transformarunt & Morbos omnes ſanaverunt. Id etiam *Theophraſtus* fecit. Plura legenda ſunt apud *Mart. Rul.* à pag. 292. usq; ad 300.

**Lapis** *Phrygius* & *Pſeudolyncurius*. Germ. Phrygiſcher- und in der Apothecken Luchſen-Stein.

**Lapillus** *Prunellæ*. vid. Nitrum Tabulatum. Germ. Salpeter-Küchlein.

**Lapis** *Pumex albus*, Germ. Weiſſer Bimbſen-Stein. Eſt Lapis eroſus, poroſus, ſpongioſus, exiguisque cavernulis, ſeu foraminibus plenus. Ad confluentiam Germaniæ invenitur. Probantur, qui candore, minimoque pondere, ut & qui quàm maximè ſpongioſi aridique ſunt, trituque faciles, nec fricando arenoſi &c.

**Lapis** *Pumex niger*, Germ. Schwartzer Bimbſen Stein. Vulgò Lapis Balnearum, ad læviganda & purganda Corpora aptus. &c.

**Lapis** *Pyrites*, vid. Pyrites, Germ. Feuerſtein.

**Lapis** *Pyroneus*, vid. Sulphur vivum 🜍v. Germ. Lebendiger Schwefel.

**Lapis** *Quandros*, aliquando invenitur in Cerebro Vulturis. Virtus ejus fertur eſſe, quod repleat Mamillas Lacte. *Albert. Enax.* &c.

**Lapis** *Rubinus*, *vid. Carbunculus*, Germ. Rubin- oder Carfunckel Stein. Gemma eſt pretioſiſſima, cujus nitor quaſi flammeus & rutilus aſpectu eſt. Quinque venditant Gemmarii Rubinorum Genera. Primum eſt eximiè rutilum & ſplendens, quod abſolutè Carbunculum: Alterum eſt minus fulgidum, quod Rubinum vocant. Tertium corruptè nominant à Cytino flore, quem refert: Quartum eſt Rubith, quem ſubinde Spinellum appellitant. Quintum Granatus ſeu Carbunculus Garomanticus. *Rhenod.* Nobiliores Rubini in Inſula Zeilon naſcuntur. Optimi in Flumine Pegu, plerumque in fodinis in quibus Saphiri exiſtunt, reperiuntur.

**Lapis** *Sabuloſus*, vid. Oſteocolla, ſeu Oſſifragus. *Sign.* 〰.

**Lapis** *Salſus*, ut Nitrum, hoc eſt Sulphur album. Germ. Salpeter.

**Lapis** *Salutis*, præparatur ex ✳ci ℥j. ○. AB. aa. ℥ij ⊕li viridis ℥vj. Nitr. ℥iij. ♁ ℥ij. ☿ fiata coq. lento △ne cum ſ.q. ♁ti, donec redigantur omnia in Lapidem durum.

**Lapis** *Saphirus*, *Sapphirus* & *Saphyrus*, *Syrtites*, *Sapphyrus Cyaneus*. Germ. Saphir-Stein. Eſt Gemma pellucida, conſtans Colore cœruleo ſeu cyaneo, perquam tranſlucido, cœlique ſereni colorèm referens, ſplendore & perſpicuitate ſummâ. Duplex autem eſt, & aliquando triplex. Sunt aliqui colore cœruleo albidi, alii cœruleo ſaturo: Hi mares, illi fæminæ appellantur, alii omni colore carent, albiq; vocantur. Orientales inveniuntur in Calecut, Conanor, Bisnagar, Zeilan, & præſtantiſſimi in Regno Pegu. Occiden-

Occidentales, variis in locis reperiuntur. Confinia Bohemiæ & Sileſiæ ſatis præſtantes ferunt. Præſtantiores tamen ſunt Orientales. Color in Igne facile aufertur. Saphyrus dicitur reddere hominem caſtum, pium & ſtabilem. In Affectibus Oculorum, in Morbillis & Variolis ne incurrant Oculis, unde circumducitur Circulus cum Saphiro, circa Palpebras & palbum oculorum, ne lædantur, confert. Commendatur etiam ad roborandum & reſtituendum Viſum &c. Vid. *Marcus Marci*, *Claudius*, *Ettmullerus* & alii Authores. Annumeratur quoque quinq; fragmentis Lapidum Precioſorum.

*Lapis Sardius*, ſeu *Sarda*, vid. Lapis Carneolus. Germ. Carneol.

*Lapis Selenites*, & *Selenitis*, dicitur ſpecies Lapidis Specularis candidiſſima, unde fiunt Feneſtræ, Lignis lævigatis, loco Plumbi. Dicitur & Aphroſelinus, quia noctu inveniatur ☽næ imaginem reddere. *Dioſcorid.* lib. 5. cap 159. *Mart. Rul. & Johnſ.* De occultis ejus viribus videatur *Langius*.

*Lapis Serpentinus*, vid. Lapis Ophites. Germ. Serpentin-Stein.

*Lapis Silex*, Germ. Kieſslin / Kieſelſtein / duriſſimum genus Saxi eſt, & Marmore durius, extrinſecus leve, differentias plurimas habet *Schrœderus*. Aliqui ità duri, ut ex iis △ excutiatur, unde & Pyrites dicuntur. Germ. Feuer-Stein. vid. Pyrites. Germ. Feuerſtein. *Sign.* ⚬⚬.

*Lapis Smaragdus*, *Lapis viridis Horatii*, nominatur quoque Maragdus. Germ. Smaragd. Gemma eſt precioſiſſima, elegantiſſima viriditate, eximia dignitate, efficaciſſimâq; virtute, cæteris præfertur Lapidibus Precioſis: Smaragdo enim nihil jucundius, nihilq; gratius oculis objicitur. Alii ſunt Orientales, alii Occidentales. Orientales uti ſunt virore amœniſſimi ità & præſtantiſſimi. Occidentales ſunt, tàm Peruviani quàm Europæi, Orientalibus ignobiliores. *Langius* exiſtimat, *Galenum* per Jaſpidem viridem intellexiſſe Smaragdum, lib. 2. cap. 49. Praſinam Gemmam quoq; vocari, teſtatur *Keuch.* ad Samon. pag. 277. Smaragdum fieri ex Cœlo ♀ris & 🜃ra ☽næ, legitur in *Th. Chym.* Vol. I. pag. 487. &c. vid. Auth. *Plinius* 12. ponit Smaragdi ſpecies. Eſtque unus ex 5. fragmentis Lapidum Precioſorum.

*Lapis Smiris*, ſeu *Smyris*. Germ. Schmergel. Eſt duriſſimus Lapis & aſperrimus apud *Mart. Rul. & Johnſ.* quo utuntur Sculptores Annularii & alii Artifices ad ſcindendum Vitra & alios Lapides. *Dioſcorides* utilem dicit ad erodendum & urendum, & convenire Gingivis ulceratis & Dentifriciis.

*Lapis Specularis*, ſeu *Lapis Selenites*, vel *Glacies Mariæ*. Germ. Erd-Glaß / Sper-Glaß / Unſer Frauen Eyß. vel eſt Aphroſelinum, vel Gypſum, vel Lapis ☽næ. Lapis eſt foſſilis inſtar Cryſtalli, pellucidus, ac in bracteas tenuiſſimas ſciſſilis, ex candido melleoque fulgore nitens. Ejus ſpecies quædam pallidior, alia viridior deprehenditur. Invenitur in Moſcovia, Hiſpania, Saxonia, Thuringia, ac Miſnia. Rarioris eſt uſus; niſi in Partu difficili à ʒß. ad ℈j propinetur. Vocatur quoque ○ ſcajale.

*Lapis Spongiæ* ſeu *Spongiarum*, *Lapis Spongites* & *Cyſteolithos*. Germ. Schwammen-Stein. Sic eſt appellatus, quòd in Spongiis inveniatur, Cochleæ inſtar perforatus, & quidem utrinque teſtaceus exiſtit: Colore eſt candido vel gryſeo, poroſus & friabilis; maximè ad Strumas diſcutiendas facit.

*Lapis Stellatus*, eſt de genere Marmorum, habens maculas ex Auro. *Meſue.*

*Lapis Sulphuris*, *Lapis Pyroneus*, vid. Sulphur vivum. Germ. Lebendiger Schwefel.

*Lapis Syriacus*, vid. Lap Judaicus. Germ. Juden-Stein.

*Lapis Talci ſeu Talcum*, Germ. Talck. Lapis eſt Speculari lapidi ſimilis, magis tamen tenuis & ſquamoſus, Igne reſiſtens ac fixus, attactus digitis, pinguis eſſe cenſetur. Invenitur Talcum rubrum, quod ⊙, albidum quod ☽, viridiuſculum, quod ♀, nigrum quod ♄ adſcribitur. Probatur viridiuſculum, & quod Venetiis ad nos transportatur, Moſcoviticum tamen æquè

 bonum

bonum eſt. Talcum quoque refertur inter nomina Lapidis Philoſophici, quæ recenſentur in *Theatr. Chym.* Vol. IV. pag. 727. vid. Talcum.

**Lapis** *Thracius*, naſcitur in Flumine Scythiæ, cui Ponto nomen eſt. Vim habet Gagatis, accenditur ▽â & reſtinguitur, ſicuti accidit in Bitumine.

**Lapis** *Topaſius*, ſeu *Topazius*, *Apoc.* 21. Gemma dicitur, vel Lapis pretioſus, primum in Inſula Chiti Arabiæ inventus, cujus Deſcriptio cum viribus habetur apud *Chiocc. Muſ. Calceol.* pag. 244. ſeq. Confunditur cum Chryſolitho, ità ut Veterum Chryſolithus ſit hodiernorum Gemmariorum Topazius. Topazium ex Cœlo ♂tis & ☉lis Terra conſtare legitur in *Th. Chym.* Vol. I. pag. 487.

**Lapis** *Tripolis*, vid. Tripolis. Germ. Trippel / vel Terra Tripolis.

**Lapis** *viridis Horatii*, vid. Lapis Smaragdus. Germ. Smaragd.

**Lappa**, vid. Bardana, ſeu Radices Bardanæ.

**Lar**, vid. Focus, eſt Vas in quo Plumbum purgatur. *Mart. Rul. & Johnſ.*

**Larbaſon**, dicitur *Plinio* lib. 33. Hiſt. Nat. cap. 6. Stibium, Stimmi & ♄.

**Larigna** *Reſina*, ſeu *Reſina Laricis*, *Terebinthina vulgaris officinarum.* Germ. Lerchen Hartz / glarirt oder clarirt / gemeiner Terpentin.

**Larix**, Germ. Der Lerchen-Baum. Cujus Reſina eſt Terebinthina, & cujus Fungus Agaricus eſt, frequens eſt in diſtrictu Tyrolenſi, præterea in Capadocia, Cicilia, Galacia, Italia &c. creſcit.

**Larus**, eſt Avis Palmipes piſcivora, cœnoſa, vid. *Aldrov.* lib. 19. cap. 4.

**Laruſus**, eſt Auricula Muris. Germ. Maußöhrlein. *Johnſ.* Lexic.

**Laſer** ſeu *Laſerpitium Syriacum*, vid. Aſa ſeu Aſſa fœtida.

**Laſerpitium** *Europæum*, vid. Leviſticum Germ. Liebſtöckel.

**Laſerpitium** *Germanicum*, vid. Imperatoria ſeu Rad. Imperatoriæ.

**Laſerpitium** *Syriacum*, vid. Aſa ſeu Aſſa fœtida. Germ. Teuffels-Dreck.

**Laſvar**, ſunt Flores Amygdalarum. Germ. Mandel-Blüh. *Sylvat.*

**Laſur**, *Paracelſo* dicitur Extractum transplantatum ex ☽to, lib. 3 de Gall. puſt.

**Later**, idem quod Tegula, hoc eſt Lapis fictilis ex arena & luto paratus, cujus uſus in Medicina nobilis, quatenus ex illo fit Ol. Philoſophorum, ſive de Lateribus dictum. Germ. Ziegelſtein-Oehl. *Sign.* ▤, ▨, ▦.

**Later**, *Lictro*, id eſt ☽tum vivum, ☿. Germ. Queckſilber. *Mart. Rul. & Johnſ.*

**Lateres** *cribrati*, ſunt Lateres pulveriſati. *Sign.* ▭ ▣, #, ▭, ▭.

**Laterium**, i. e. Lixivium, item Capitellum. *Mart. Rul. & Johnſ.*

**Lathyris**, vid. Sem. Cataputiæ minoris. Germ. Spring-Körner.

**Lato**, *Laton*, & *Latum*, eſt Aurichalcum, ſive Cuprum aureo colore tinctum Calaminari Lapide. *Mart. Rul. & Johnſ.*

**Latona**, Terra eſt noſtra, quam ſumimus ad Alchymiam peragendam, & hæc Terra Chymica, præ rebus omnibus aliis creatis, virtute & energia excellit, ☉um enim & ☽um & reliqua Metalla & Lapides pretioſos omnes in ſe coërcet, imò perfectionem omnium Animalium & Vegetabilium in ſe ipſa recludit &c. *Johnſonus.*

**Latro** *fugitivus*, apud Chymicos eſt ☽tum vivum. ☿ Germ. Queckſilber.

**Lavacrum**, idem eſt quod Balneum. Sal nitroſus fuſilis vocatur Lavacrum quoddam minerale Venarum Metallicarum & Semimetallorum, imò & Metallorum ipſorum, quod ſciunt etiam Aurifabri & Probatores Metallici. *Libav.* Defenſ. Synt. contra *Scheunem.* 1. cap. 9. Tom. III. oper. pag. 22.

**Lavacrum** & *Labrum Veneris*, Germ. Weber-Karten. vid. Card. follonum.

**Lavatio**, idem quod Lotio, utrumq; idem ſignificat quod Balneum. *Gal.* lib. 8. Meth. Med. cap. 2.

**Laudanum**, & non Ladanum, eſt Medicina Paracelſi ex ☉ro, Corallis, Unionibus, compoſita. Eſt etiam Materia perlata. *Johnſon. Lex.*

**Laudanum** *opiatum*, eſt Nepenthes vegetabile, & eſt Extractum Opii compoſ.

**Laudanum**, quaſi laudatum ſeu laude dignum Medicamentum, quod vim Opiatam & Somniferam habet.

**Laudina** eſt Angelica, vid. Rad. Angelicæ. Germ. Angelica-Wurtzel.

**Lavendula**, *Spica fœmina*, *Nardus vulgaris*, ſeu *Pſeudo-Nardus*, vid Fl. Lavend.

Leum

Digitized by Google

*Laum*, & *Lanx*, ſunt Amygdalæ amaræ. Germ. Bittere Mandeln. *Johnſon.*

*Laurax*, vid. Labrax, eſt nomen Lupi Piſcis marini ſeu Pelagii.

*Laurentii Sancti Herba*, I. eſt Conſolida media. II. eſt Sanicula, & III. Vincetoxicum.

*Laureola*, vid. Cort. Mezerei, ſeu Semen Cocognidii.

*Lauræ Baccæ.* Germ. Lorbeer / eſt Fructus Arboris Lauri; Laurus ſponte naſcitur in Italia, non ſolum in hortis, viridariisque ac vineis, in ſylvis, præſertim locis maritimis, ac etiam in montibus ac collibus apricis *Dioſcorid.* dicuntur & Dapnides.

*Lauri Folia*, Germ. Lorbeer-Blätter / ſunt Folia prioris dictæ Arboris.

*Laurinum Oleum*, exprimitur ex Baccis Lauri electis, maturis, contritis & in ſ q. ▽ æ puræ coctis, refrigerata, Oleum ▽ æ innatat.

*Laurus Alexandrina, Daphne Alexandrina, Bonifacia, Uvularia.* Germ. Auſſen-Bladt/ Hauck-Bladt. vid. Hippogloſſum in Herbis.

*Laxa Chymolea*, *Paracelſo* vocatur Medicamentum Purgans, præcipue in Morbo Gallico commendatum. *Johnſon.* ità deſcribit: Laxa Chimolea eſt Sal adnaſcens lapidibus, quale eſt Anatron, aut Uſnea Lapidea.

*Laxantia*, ſunt Medicamenta, quæ benignis ſtimulis emolliendo & detergendo, fæces ex Inteſtinis evacuant. Germ. Laxierende Mittel.

*Lazuli Lapis*, vid. Lapis Lazuli. Germ. Laſur-Stein.

*Lazurium* ☽ *ti*, vel ♁ *Lazurinus*, nihil aliud eſt quam Crocus ☽ næ, de quo vid. *Libav.* Synt. Arcan. Chym. lib. 5. cap. 21.

*Leæna*, nomen Animalis quadrupedis digitati fæmininum, cujus mas Leo vocatur. Eſt & Emplaſtri nomen, quod in Leænæ modum malum penitus extirpare creditur, applicatum Iſchiadicis & Hemicranicis, teſte *Aëtio*, lib. 12. & ex hoc *Gorræo.*

*Leberis*, ſignificat Exuvias Serpentum, ſive Senium Serpentum. *Hippocr.* lib. 1.

*Lebes*, id eſt Olla, Trulla, Vas, in quod aliquid infunditur ad coquendum vel aſſervandum. Pertinet ad Inſtrumenta Diætetica & Pharmaceutica. *Lex. Brun.* vid. & Cacabus.

*Leborat*, i. e. Mandragora. Germ. Alraun. *Serap.*

*Leciſcion*, vocatur Acetabulum parvum. vid. *Hippocr.*

*Lecithos*, ſignificat Farinam Leguminum ſeu Lentium, & Ovi luteum ſeu Vitellum, *Hippocr.* lib. 1. & 2. &c.

*Leſſa*, id eſt Herbarum Prædeſtinatio. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Leſſas*, eſt occultus & bulliens Terræ Vapor, per quem Herbæ & Plantæ creſcunt. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Legumen*, idem eſt, quod Cereale Semen, vid. Cerealis. *Lex. Brun.*

*Leichen*, dicitur & Lichen, vid. Lichen. Germ. Steinleber-Kraut.

*Leios*, id eſt Lævitas vid. Lævigatio. Germ. Subtilmachung. *Lex. Br.*

*Lemnia*, epitheton Terræ medicatæ, quæ colligitur in Inſula Lemno, eſt Terra ſpiſſa, levis, pinguis, rubricæ colore, adſtringentis virtutis. De hac videatur *Galen.* lib. 9. de ſimpl. Fac. §. de Terra ſamia. vid. Bol. Armen. & Terram Lemniam. An hodieque ad nos deferatur ▽ Lemnia vera, dubitatur à *Gorræo.*

*Lemniſcus*, Lat. Turunda, Linamentum vocatur in longitudinem implicitum & oblongum, quod Vulneri inditur. Germ. Meiſſel/ damit man die Wunden offen behält. *Celſ.* lib. 5. cap. 26. *Lex. Brun.*

*Lemonium Geſneri, Dracontium* & *Dracunculus*, vid. Rad. Biſtortæ. Germ. Natter-Wurtzel.

*Lempina, Lempinas, Johnſ.* Lempnia & Lempnias. *M. Rul.* eſt Auripigmentum.

*Lempinas*, *Johnſ.* & Lempnias. *M. Rul.* eſt Terra ſigillat. Germ. Geſigelte Erde.

*Lempinas Calcis*, *Johnſ.* Lempnias Calcis. *Mart. Rul.* eſt Batitura Æris.

*Lengibel, Zingibel, Zingiber* et *Zinziber*, *Gingiber*, vid. Rad. Zinziberis. Germ. Ingber.

*Leniens,*

Digitized by Google

**Leniens**, *Lenis*, *Lenitivus*, generaliter idem ſignificat quod Mitis.

**Lenientia**, ſunt idem quod Laxantia. Germ. Laxierende Mittel.

**Lens**, *Lendis*, Inſectum dicitur & ſoboles pediculorum, ſive Pediculus adhuc tenellus, Ova pediculorum vulgus appellat. vid. *Gal.* & *Aldrov.*

**Lens**, *Lentis*, Lenticulæ, Phaci, Germ. Eine Linſe / Leguminum ſpecies quædam notiſſima eſt, de cujus uſu, Cibo & Medicina, frequentiſſima fit mentio apud *Hippocr.*

**Lens** *Paluſtris*, Germ. Meer-Linſen / hæ Lentes rari ſunt uſus, niſi quod ſoleant applicari plantis Pedum pro temperando æſtu febrili.

**Lentiſcina** *reſina*, ſeu *Lachryma*, eſt Maſtix, vid. Maſtix. Germ. Maſtir-Holtz.

**Lentum** *Olivum*, apud *Seren.* cap. 1. eſt Oleum roſaceum, ſive Rhodelæon, notante *Keuchen* ad h. l. pag. 92.

**Leo**, Vocabulum eſt multæ ſignificationis. I. ſignificat Animal quadrupes digitatum, ferum & inter feras facilè Princeps, & atrociſſimum & fortiſſimum, cujus jubæ, armos & collum veſtiunt in ſexu maſculino. Germ. Ein Löw. *Aldrov.* lib. 1. de Quadruped.

**Leo**, vocatur Inſectum quoddam, quod formicis inſidiatur, hinc Leo Formicarum appellatur; eſtq; vel ex Formicarum majorum, vel ex Erucarum genere. *Aldrov.* lib. 5. de Inſectis cap. 1.

**Leo**, quoque eſt ex Cruſtaceorum & in ſpecie Aſtacorum genere, qui Elephantus vocatur. *Aldrov.* lib. 2. de Cruſtatis. cap. 4.

**Leo**, Serpentis quoq; genus oblongum & maculoſum, aliàs Cenchriten dictum Leonis nomine venire, patet ex *Nicandro* in Theriaca, & *Aldrov.* lib. 1. Hiſtor. Serpent. & Dracon. cap. 12.

**Leo**, ſpagyricis eſt Aurum ⊙. Germ. Gold. Vocatur quoque Auripigmentum ⚎. Germ. Oppermend. *Mart. Rul.* & *Johnſ.* & *Aldrov.*

**Leo** *citrinus foliatus*, id eſt Auripigmentum, & Folia ⊙ri. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

**Leo** *ruber*, ſeu *rubeus*, eſt Sanguis Leonis, ☿ Philoſophorum, ſive ⊙lis ex quo ⊙rum conficitur, Tinctura ⊙lis, *Mart. Rul. Johnſ.* & *Libav.*

**Leo** *viridis*, eſt Æs Hermetis, ☿ ⊙ri, ☾lum & ☾li Tinct. Duenech, ☿ Philoſophorum, Antimonium ♁, Aurum ⊙. *Mart. Rul. Johnſ.* & *Th. Chym.*

**Leontopodium**, *Pes Leonis*, eſt Alchimilla. Germ. Sinau/ vid. Herbas.

**Lepas**, vocatur Goncha petris adhæreſcens. *Gal. Hipp.* & *Gorræus.*

**Lephante**, *Lephantes*, & *Lephanteus*, eſt prima Tartari ſpecies, vel Bolus, medium tenens inter Lapides & Lutum. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

**Lepi** *Ferri*, eſt Squama Ferri. Germ. Eyſen-Schupp. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

**Lepidium**, *Piperitis*, Germ. Pfeffer-Kraut. vid. Herb.

**Lepis**, id eſt Squama. Germ. Schuppen. *Hipp.* 4. Aph. 81.

**Leporis** *Axungia*, Germ. Haſen-Schmaltz. Eſt pinguedo Animalis quadrupedis notiſſimi & timidiſſimi, à celeritate dictum, quaſi Levipes.

**Leporis** *Coagulum*, eſt Coagulum Lactis in Stomacho Leporino. Germ. Haſen-Lipp/ oder Gerinſel.

**Leporis** *Pili combuſti*, Germ. Gebrand Haſen-Haar.

**Leporis** *Tali*, Germ. Haſen-Sprung. vid. Talus ſeu Aſtragalus.

**Lepos** *Calcis*, eſt ♀ Æris. *Mart. Rul.* & *Johnſ. Lex.*

**Leptophyllon**, *Planta Febrifuga*, *fel Terræ*, eſt Centaurium minus. Germ. Tauſend gülden Kraut. vid. Herb.

**Leptopityron**, eſt Furfur macer. Germ. Magere Klayen.

**Leptos**, i. e. tenuis, gracilis, item Tenuitas.

**Le tynon**, dicitur Attenuans, vid. ſupra Attenuantia.

**Lepus**, eſt nomen Æquivocum. Primario ſignificat Animal quadrupes velociſſimum, digitatum, viviparum, timidiſſimum, quoad originem à celeritate dictum, quaſi Levipes, cujus Deſcript. Uſumque in Cibo & Medicina, vid. apud *Aldrov.* lib. 2. de Quadruped. Deinde etiam ſignificat Animal molle, marinum, omnium venenoſiſſimum, Lepus marinus dictum, vid. *Aldrov.* lib. 1. de Mollibus.

Lepus

Digitized by Google

*Lepus combuſtus*, Germ. Gebrannter Haaſe/ comburitur in Olla tecta.
*Leſeolus*, *Paracelſo* dicitur Sal ſummè diaphanum, quod curat Icterum.
*Leta*, eſt Calor rubens. *Mart. Rul. & Johnſ.*
*Leucanthemum*, eſt Chamomilla, vid. Flor. Chamomillæ. Germ. Chamillen.
*Levcargilio*, i. e. Argilla alba. Germ. Weiſſer Thon. *Plin.* lib. 27. Cap. II. in fin.
*Leucaſia*, eſt Calx viva. Germ. Lebendiger Kalck. ♆ *M. Rul. & Johnſ.*
*Leucelectrum*, eſt Succinum album. Germ. Weiſſer Augenſtein.
*Leuciſcos*, eſt nomen Piſcis ad mugiles pertinentis, qui latinè *Albicula* vel *Alburnus* dici poſſet. vid. *Galen. & Aldrov.*
*Leucochrus*, eſt ſpecies Vini ſalſi, ex paſſis prius Uvis, mox calcatis & Aqua marina maceratis, deinde in album muſtum conjectis, compoſiti. *Gorr.*
*Leucœnus*, eſt Vinum album. Germ. Weiſſer Wein.
*Leucographis*, Lapis dicitur in Ægypto naſcens, qui cùm ſubviridis appareat, tamen ea, ſi ad cotem affricetur, aut aſperius pallium, locum dealbat. Eô etiam Lintea illuſtriora redduntur. *Gorr.* ex *Aëtio.*
*Levcojum*, vid. Cheyrus, ſeu Flores Cheyri. Germ. Gelbe Violen.
*Leucon Ovi*, *Leucoma*, eſt Albumen Ovi, ♈. vid. Clareta.
*Leucophagium*, & *Leucophagum*, vocatur Medicamentum internum, quod fit ex Amygdalis in Aqua Roſarum maceratis & carne caponis vel perdicis elixa, contuſa, & per ſetaceum trajecta. Uſus eſt in Phthiſi. *Mœb.* Synopſ. epit. Inſt. ult. & in Epit. lib. 5. Sect. 3. p. 2. c. 31.
*Leucophyllon*, *Candelaria*, eſt Verbaſcum. Germ. Wüllkraut/ vid. Herbas.
*Leucophyllon*, eſt ſpecies Unguenti ſicci, cujùs uſus præcipuus ad Collum & Axillas eſt, quo illis odor gratus concilietur. vid. *Aëtius* & *Gorræus.*
*Leucopiper*, vid. Piper album. Germ. Weiſſer Pfeffer.
*Leucopyron*, eſt nomen Malagmatis apud *Galen.* lib. 1. de C. M. P. G. c. 7.
*Levi Raja*, i. e. Raja lævis, eſt genus Piſcis. vid. *Aldrov.* lib. 3. de Piſc. c. 49.
*Levis*, *Levitas*, in Chymicis Levia faciunt ſolutiones variæ, quando ex fixo fit volatile, ex ſpiſſo ſubtile, & quando corporeum in Spiritum reſolvitur. *Libav.* Synt. Arcan. Ch. lib. 6. cap. 10.
*Leviſticum*, Germ. Liebſtöckel/ vid. Herb. & Rad. ſeu Sem. Leviſtici.
*Leux*, eſt Amygdala. Germ. Mandeln. *Mart. Rul. & Johnſ. Lex.*
*Lexipharmacon*, idem ſignificat quod Antidotus. *Gal.* lib. 2. de Antid. cap. 6.
*Lezaord*, eſt Lapis Lazuli.
*Libades*, ſignificat Loca Foſſarum eminentiora & prætereà herboſa, aquoſaq́; *Gal.* lib. 2. de Alm. fac. cap. 40.
*Libanion*, eſt nomen Collyrii à Thure. vid. *Ægineta.* lib. 3. cap. 22.
*Libanotis*, eſt Roriſmarinus, vid. Flor. ſeu Herb. Roriſmarini.
*Libanotos*, latinè *Thus*, *Olibanum*, ab Arbore Arabiæ cognomine proveniens. Dicitur & *Libanos*, quod aliàs *Arbori* ipſius nomen eſt: Eſt duplex: *maſculum*, quod Granis rotundis colligitur inſtar teſtium. Alterum, Granis minoribus exiſtens. *Micæ thuris* concuſſa eliſæ vocantur *Manna thuris.* vid. *Hippocr. & Olibanum.*
*Libanotus*, i. e. Thus. Germ. Weyrauch. *Galen.*
*Libella*, nomen Piſcis cetacei eſt, latinè *Zygæna.* vid. *Lex. Brun.*
*Liber* & *Libellus*, quid ſit, pueris notum eſt, Liber olim Corticem notavit, quemadmodum Codex Truncum, uti patet ex *Scribon.* n. 174. 252.
*Libiſticum*, *Liguſticum*, *Leviſticum*, Germ. Liebſtöckel/ vid. Herbas.
*Libra*, Germ. Ein Pfund/ his Signis ornata ℔, ℔.
*Libra Civilis*, his in locis pendet ℥xvi. 32. Loth/ oder 128. Quintlein. vid. Mina ſeu Mna.
*Libra Medicinalis*, in omnibus Officinis Pharmacevticis in uſu eſt, pendens Uncias duodecim ℥xij. vel 396. oder ſechs und neuntzig Quintlein/ ſicut libra Romana, vid. Mina ſeu Mna.
*Libra penſilis*, Germ. Eine Waage/ hôc ſignô notatur ♎.

*Libyanon*, eſt epithethon quorundam Collyriorum. *Gal. & Aëtius.*

*Libyeſtaſum ſcythica, Sylitra, Eutiglycea Theophr. Radix dulcis*, vid. Rad. Liquiritiæ. Germ. Süß Holz.

*Lichen arboreus*, eſt Pulmonaria arborea. Germ. Eichen Lungen-Kraut.

*Lichen*, eſt Hepatica, vid. Herb. Hepatica fontana.

*Licinia*, latinè vocantur Linamenta, vel ex Panni lintei fruſtulis, vel ex Stuppis benè pexis parata. Quæ Vulneribus & Ulceribus induntur. Vocantur etiam Tentæ, vid. Lemniſcus. *Lex. Brun.*

*Liculmen*, vocari credidit *Langius* falſum Piſcium Liquorem colatum, ſive *Garum*, lib. 1. Epiſt. 59. *Lex. Brun.*

*Liembiri*, dicitur Acetum, vel Fex ejus.

*Lienaria, Anonium, Lamium*, vid. Flores Urticæ mortuæ. Germ. Todte Neſſelblumen.

*Lign.* ità à Medicis præſcript. ſive in Libris notatum, legendum eſt Lignum.

*Ligni Aloës proba*, vid. Proba Agallochi, Germ. Die Probe deß Paradenß Holzes.

*Lignum*, quid ſignificet omnibus notum eſt, Lignorum uſus in Medicina multifarius, potiſſimum triplex: Diæteticus, ſive Coquinarius & Culinaris, Pharmaceuticus & Chyrurgicus. &c. *Sign.* [illegible], [illegible].

*Mane*, ſtrictè ſignificat illud *Diei* Tempus, dum poſt noctem præteritam dies ſequitur clarus, ſivè quandò Lux matura & plena eſt. Verùm Medicis mane ſuam latitudinem habet, nempe Quadrantem *Diei. Linden* ex XVI. §. 132.

*Manganeſe*, dicitur Cæſalpino L. 3. de Metallis cap. 23. *Pſeudo Magnes* vel *Magneſia Lapis*, nimirum *niger*, qui miſtus vitrariæ maſſæ, eâ clariorem reddit, alienis coloribus ſublatis. Libav. S. *A.* Ch. L. 7. c. 21.

*Manheb*, id eſt Scoria. Germ. Sindelſtein. *Mart. Rul.*

*Mania, Pythonium, Typhonium* eſt Faba porcina ſeu ſuilla. vid. Rad. Hyoſcyami Germ. Bilſam Wurtzel.

*Manica*, dicitur *Chirotheca, manus involucrum* ſeu *Manicium*, *Rhod.* ad Scrib.

*Manica Hippocratis* eſt *Sacculus*, laneus figura pyramidali, quo Vina aromatica & medicamentoſa, aliique Liquores percolantur G. Spitziger Beutel. oder Hypocras ſack.

*Manipulus*, ſignificat Menſuram ſiccam uſitatiſſimam ad Herbas & Folia, eſtq; quantitas determinata, quantum unica Manu tota comprehendi poteſt, atque *Unciæ mediæ* reſpondere ferè creditur, Morell. proleg. de form. remed. indicat Lit. *Characteriſt.* M. m. ſ. Man. in receptis; *faſcicul.*

Digitized by Google

*cul.* *Manipularis* L. 7. de C. M. P. G. cap. 13. Germ. Eine Hand voll. Sign. Mj, Mj, Mß, Mß.

*Manna.* Germ. Manna. Præſtantiſſimum naturæ donum & divinæ bonitatis plenum eſt *Manna*; Notat *melleum Succum concretum*, eſtque idem, quod *Aeromeli, Droſomeli, Mel aëreum, roſcidum, Ros aëreus* veluti cœleſtis, dulcis & gratus, qui ex aëre horis antelucanis tempore Vergilearum in ſummo æſtu decidit in Folia arborum, herbas plantas & campos, & præſertim in Fraxinum, & arundines ſaasharatas in Calabria & India ſub forma granorũ majorum, vel minorum; Virtutem habens alvum blandè movendi, aſperitatem faucium leniendi. Eſtque ſpecies mellis non ignota veteribus, Dioſcoridi, Plinio, Galeno, ſed Mellis nomine comprehenſa, ne quis ab Arabibus, (quibus *Tereniabin* vel *Terniabin* dicitur) primùm cognitam proditamque putet. Vid. *Galenus*, Videantur quoque *Bartbolinus, Schræd. Ettmüllerus Hoffmannus, Rolf.* Lang. & alii. Venit ex Calabria, imò ex India Orientali, Syria, Perſia, Goa, ex Ormuz, Ceilon &c.

*Manna Arabum ſolutiva*, eſt Succus melleus, Th. *Tereniabin Arabum, Meliſabarum, Mel cedrinum Hippocratis*: *Mel Syriacum Celſi, Mel aëreum, Mel roſcidum, Droſomeli & Aëromeli, Gal.* Manna.

*Manna Cœleſtis Quercetani.* Quidam putant ☿. Ceram, quidam ⊜ mel, alii Saccharum vid. *Schræd.* L. 2. fol. 155.

*Manna* ♂*tis* eſt Terra ♂tis vid. *Schræd.* L. 3. fol. 382.

*Manna* ☿*rii* ſeu ☿ ♎*tus dulcis* ☉*laris.* Præparatur ex part. 3bus. ☿ ♎ti dulcis vulgaris tantiſper ♎ationibus iteratis elevati ☉ri calcinati p. 1. mixta ac digeſta per ⊠, cohobando, donec in cucurbita, inſtar Ceræ fluat vid. *Schræd.* Libro 3. fol. 408.

*Manna* ☿*rii*, quorundam opinio, quod componatur, ex Mercurio in ▽ forti ſoluto & poſteà per ▽ ã Marinam ♎tato, reſiduus ☿ albus ▽ a ſimplici edulcorandus & ſiccandus eſt vid. *Johnſonus. Lex.* 2. fol. 56.

*Manna.* non ſolum dicitur *Ros de Cœlo prolapſus*, qui ſpecies eſt balſami & fructus aëris, verum etiam pro Dulcedine ſumitur ex qualibet re tracta *Mart. Rul.* & *Johnſonus.*

*Manna* præſtantiſſimum naturæ donum & divinæ bonitatis plenum.

*Manna* ♄*ni*, eſt ejus Terra, ex laminato ♄no cum -S- tu ♄ni eſſentificato, parata, vid. *Schræderus* Libro 3. fol. 392.

*Manna* ☉*laris* eſt *unicornu* ☉*lare* ex calce ☉lis optimè reverberata & menſtruo ☉lati paratum vid. *Schræd.* Libro 3. fol. 371.

*Manna Thuris* quidam putant quòd ſint *Micæ, fragmenta, pollen* ac *farina Thuris*, quæ ex colliſione, dum in ſaccis vehitur, colligantur. Germ. Weyrauch-Mein. ſed puto *Thus* ſeu *Olibanum electum* potiùs de nomine Mannæ mereri.

*Manna* ♁*li Epileptica* eſt -S- ♁li Tartariſatus.

*Manna.* ♁*li Vomitoria* eſt ⊖ ♁li Vomitivum

*Manna* vocatur etiam Mumia transmarina. *Mart. Rul.* & *Johnſonus.*

*Manna Vomitoriorum* eſt ⊖ ♁ li vomitivum. Vid. Rolf. Chym. fol. 317.

*Manna* ſeu *Mamma*, eſt Materia quâ vaſa vitreantur. *Mart. Rul.*

*Mannes*, idem quod Manipulus. *Sylvat.*

*Mannis* dicitur Olibanum minutum. Germ. Weyrauch

*Manucodiata*, eſt nomen Avis Indicæ, cujus proprium eſt, ut pedibus careat. Dicitur & *Avis Paradiſi* vel quòd vulgò credatur in Paradiſo ▽ſtri degere. Aldrov. L. 12. cap. 21.

*Manus*, quid notet, pueris etiam notum eſt. Eſt organum utiliſſimum, unde & Ariſtoteli, *Inſtrumentum Inſtrumentorum* dicta fuit *L.* 4. de *P.* An. cap. 10. & *Galenus.*

*Manus Chriſti* vid. Manus.

*Manus Dei* aliquando Medicamenta titulantur.

*Manus dextra Medici* eſt Pharmacopœus. Germ. Ein Apothecker.

*Manus* ſeu *palma Chriſti* vid. Sem. Cataputiæ majoris.



Digitized by Google

*Manus*, per Catachreſin etiam tribuitur *Rotulis officinalibus ſaccharatis* cum & ſine *Margaritis*, quæ vulgò vocantur *Manus Chriſti ſimplices* & *perlati*, & *Saccharum perlatum*, ſic dicitur, quod cardiaca ingreditur, quo utuntur morte proximi, fortè ſic dicitur, quia Chriſti Manus tunc neceſſaria eſt, ſive in vita, ſive in morte. Germ. Perlen-Zucker. *Lex. Blanc.*

*Manus Sanctæ Mariæ, Pata Lupina, pectoralis Herba* eſt Cardiaca Germ. Hertz-Geſpan-Kraut vid. Herb.

*Maragus*, vocatur Paracelſo *ſomniferum* & *narcoticum* quoddam fortiſſimum, ità ut aliquis ſuſtinere poſſet graviſſimam Torturam. Philoſoph., Tract. 5. in fine.

*Marathrum* eſt Fœniculum Germ. Fenchel vid. Herb. Rad. ſeu Semen Fœniculi.

*Marcaſita*, Marchaſita, Margaſita, & *Markaſita Biſmuthum* & *Biſemuthum Marcheſita* ☽ *tea* ſeu *Argentaria*, *Pyrites* ☽ *tarius*, Germ. Silber-Kiß/ Waſſer-Kiß und weiſſer Kiß Germ. Marcaſith oder Wißmuth. Marcaſita eſt *Materia Metallica* immatura tot ſpecierum, quot ſolidorum *Metallorum*, ut ☉rea, ♃nea, ♂rea, ♄bea & ♀rea, quæ poſtrema *Pyrites* & *Lapis Luminis* vocatur, Pyriſotocus, Lapis ærarius, rubeo ſcatens 🜔 re, & ſcintillas ex Chalybe multas excutiens. *Mart. Rul.* & *Johnſonus*. *Marcaſita* ſive *Biſmutbum* eſt Excrementum Metallicum, in generatione Metalli ex portione aliqua, ad generationem *Metalli* inepta productum, inque corpus minerale albicans, durum ac fragile mutatum. Vid. *Schrœd. Hoffmannus, Libavius* & alii. Sig. [signs]

*Marcaſita alba* eſt Biſmuthum ſeu Marcaſita. Germ. Wißmuth. [signs]

*Marcaſita aurea*, ſeu *Metallica* videatur Zinck, [signs]

*Marcaſita plumbea* & *Magneſia* ♄ *nina* eſt Antimonium ♁. *Mart. Rul.*

*Marcaſita Solaris* Germ. Roth gulden Ertz.

*Marcellium* nomen eſt Medicamenti ad Perniones. Ægin. L. 3. cap. 79.

*Marched* id eſt Lithargyrium, Saturnus. Germ. Silber-Glett *Mart. Rul.* & *John.*

*Marciaton*, nomen eſt Malagmatis vel Linimenti, ad Articulorum dolores & reſolutiones comparati. Æginet. *L.* 7. cap. 18. Occurrit & hodieque deſcriptio *Unguenti marciati* in Diſpenſatoriis.

*Marcorella*, id eſt, Valeriana. Germ. Baldrian.

*Mardek*, eſt terminus Spagyricus obſcurus ità, ut ex contextu non certò conſtet, qualis Minera denotetur. Turb. Philoſ. ſerm. 12. in Th. Chym. Vol. V. pag. 10. An Martech? vide infra.

*Mare*, quid vulgò ſignificet, ex aliis quoque Lexicis & Dictionariis conſtat, vocatur à Paracelſo *Mater Aquarum*, & *Lachryma* ♄ *ni* & *Quintum Elementum*, eſtque nil aliud quam Sal diſſolutum. Th. Chym. Vol. VI. pag. 122. *Mare Chymicorum* dicitur ænigmaticè *Caput humidum*, cujus Natura eſt calida & ſicca, quo nihil calidius. Th. Chym. Vol. V. p. 90. Libavio dicente, quod *Mare ſit* ☿ *rius Philoſophorum*, ex ☽ to vivo, magno labore, & ſubtili induſtria extractus & elaboratus &c.

*Marga*, eſt Materia quædam pinguis & quaſi medulloſa, in nonnullis Saxis contenta, ideoque *Medulla Saxorum* vocatur. Germ. Stein-Marck *Mart. Rul.*

*Margarum* decem ſpecies numerat. *Mart. Rul.*

*Marga Saxatilis alba* vid. Lac ☽ næ Germ. Mohn-Milch.

*Margaritæ, Perlæ* (*Uniones ſi magnæ ſint*) *Lapilli Erithræi, Baccæ Conchea*, ſunt Lapides rotundi in Conchis nonnullis, & ſunt *fructus Concharum*, ſeu certi cujusdam concreti liquoris, qui reperiuntur in Conchis, uti Cochleæ, quæ uti Animalcula ſimilia alia, abundant Liquore roſcido, præparant ſuas teſtas & ex eodem Liquore in ſuo corpore coagulant, ſenſim ſenſimque pelliculas, unde teſta hujusmodi Conchæ vocatur *Mater Perlarum* vel *Margaritifera* & *Globuli* qui in ipſa Concha reperiuntur vocantur *Perlæ* ſeu *Mar-*

Digitized by Google

*margaritæ;* generantur *Perlæ* ex minutiſſimo Principio per continuam pellicularum ſucceſſionem. Duplices cenſentur, Orientales & Occidentale; illæ ſplendidiores ſunt, adeoque cæteris præferuntur etiam in Europæ locis multis, ut in Bohemia, Friſia, Scotia, Sileſia, Locisque maritimis aliis, ſed viliores eæ ſunt notæ. Plura legenda ſunt apud Bœtium de Boot, Helmontium, Horſtium, Rolfinckium & alios.

*Margaritiferæ conchæ, Matriperna*, germ. Perlen Mutter vid. Mater perlarum.

*Mariam*, eſt Lapis liberans à Venenis. vid. Bezoar.

*Mariæ* ſeu *Maris Balneum* vid. Balneum mariæ MB.

*Marile*, dicitur Pulvis Carbonum, ſive eorum ramentum, præſertim Prunarum accenſarum, h. e. favilla, ſive igniculus & fomes ſub cineribus latens, Hippocr. L. 2. c. 28.

*Marinellæ Herba, Genicularis Herba* vid. Rad. Valerianæ; G. Baldrian-Wurtzel.

*Maris*, vocatur Menſura choarum atticarum vel librarum, LXXXIII. & ℥iv. *Linden.* ex X. §. 227.

*maris Balneum* vide Balneum mariæ. MB. B. M.

*Mariſca*, vid. Ficus vel Caricæ germ. Feigen.

*maritus*, quemadmodum vocabuli Conjugium ſignificatio parabolica ſeu tropica ſaltem ad Chymiam translata; ità & vocis Maritus. Denotat enim in negotio Philoſophico Lapidis ♁, cujus Mulier vel Uxor eſt ☿rius, qui à ſuo conjuge facili negotio imprægnatur. Th. Chym. Vol. IV. pag. 179. vid. conjugatio.

*Markaſita*, i. e. Calcitheos. *Mart. Rul.* & *John.*

*Marmacur, marmacor*, i. e. Marrubium, vel Marrubiaſtrum, vel Majorana. *Chriſtoph.* ſuper *Meſ.*

*Marmelada* & *marmelata*, eſt Succus Ceraſorum, Cydoneorum vel ribrium in gelatinam Craſſiuſculam cum vel ſine Scacharo condenſatur: eaq; tum ſimplex eſt, tum aromatiſata, idq; pro uſu medico aut domeſtico.

*Marmor*, genera marmorum *Mart. Rul.* varia ponit à pag. 320 ad 321. vid. Lapis Marmor. Germ. Marmel-Stein.

*marmoreus Tartarus*, eſt Lapis in homine durus, ut Marmor, qui ſupra magnetinus etiam dictus eſt. *Mart. Rul.* & *Johnſonus.*

*Marmota*, vocatur Mus alpinus. *Aldrov.* L. 2. cap. 34. de Quadrup.

*Marocoſtinum*, epitheton Extracti, vel *Maſſæ* pilularum D. D. *mindereri*. à *Maro* & *Coſto* ità dictarum, quas peculiari Tractatu Aloëdarium dicto laudavit. Vid. Diſpenſatoria & Animadverſiones D. *Zwelferi*. Approbat Hildanus Cent. 6. O. 29.

*Marrubiaſtrum* eſt Marrubium nigrum ſeu ſylveſtre. *Dioſcorid.*

*Marrubium* germ. Andorn vid. Herb.

*Marrubium forte primum Theophraſti* eſt Cardiaca Germ. Hertz-Geſpan Kraut. vid. Herbas.

*mars, belli Deus*, ſed à Chymicis ſumitur pro Chalybe aut ferro, unde Martialia Medicamenta dicuntur, quæ ex marte parantur Germ. Eiſen und Stahl. Signa ⊡, [symbol], [symbol], [symbol], [symbol], [symbol], [symbol], [symbol], [symbol], [symbol],

*Marſarea* & *Maſarea* eſt Auricula muris. *Mart. Rul* & *Johnſonus.*

*Marſolites, marſoliteſi*, id eſt Caſſia lignea. Germ. Mutter-Zimmet.

*Marſum, Marſicum*, epitheton Vini, quod colligitur in Marſia regiuncula Italiæ, ultra Picenum, Samnites verſu. Cenſetur autem valdè auſterum & acerbum. *Gorr.* Scribon. propterea ad adſtringendum in gingivis laxis, & dentium vacillatione commendavit Jung. Rhod. vid. & *Gal.* &c.

*martach* ſeu *Martath* eſt Lithargyreum ♄. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Martagon*, eſt nomen Plantæ, *Lilium Montanum* dictæ; quæ etiam vernaculè *Radicis aureæ* nomine venit. Hinc Chymici tranſtulerunt ad *materiam Lapidis Philoſophici, quam Martagon* appellarunt, uti patet ex Th. Chym. Vol 1. pag. 512.

*Martech* & *Mardech* eſt nomen ☽ti vivi, ex Cambar ♎ati *cum album eſt factum.*

Vocatur & *Plumbum* ♄ ex Ehmioh, *Magneſia, Æs album*, Th. Chym. Vol. IV. pagin. 728. &c.

*Martes*, nomen eſt Animalis quadrupedis, digitati, vivipari, *Aldrov*.

*Martiatum Unguentum*, eſt duplex majus & minus. Sed minus majori præſtat, ex variis Herbis aromaticis, Oleis, Cera, Adipibus Gummis &c. Componitur adverſus nervorum & tendinum mala. Germ. Sennen-Salbe.

*Martius*, dicitur 1 *menſis*, in quo æquinoctium vernum eſſe ſolet, 2. *de Confectione gratiſſima polytropha*, quæ *Martius Panis, Marti Panis, Maſſapanis* etiam vocatur. *Jul. Alex.* L. 20. Sal. cap. 16. Morell. de Form. rem. *L.* 1. Sect. 3. c. 2. *V*id. Panis Martius.

*Martius panis, Martipanis* & *Maſſapanis* vid. Martius. Germ. Marcipan.

*Maruch* eſt Oleum. ⊕ Germ. Oel *Johnſon. Lex.* 2. fol. 6.

*Maruch Oleum, Metallum. Johnſonus.*

*Marviſium* vid. Malvaſia Germ. Malvaſier.

*Marum verum* vid. Herbas. Vocatur quoque *A*mbra dulcis.

*Mas, Maſculus*, nomen ſexus, differentiam denotans, cui opponitur fœmina. Uſurpatur aliàs nomen hoc quoque de Plantis apud Theophraſtum. A Spagyricis in negotio Lapidis Philoſophici interdum ☿rio tribuitur hoc epitheton. Ità *Mart. Rul.* & *John. Maſculus* id eſt ☽ *tum vivum*. Jung. Th. Chym. Vol. IV. pag 891 interdum ♀ *ri* vid. *Maritus*. Libav. *A*poc. Herm. P. poſt. Tr. II. Oper. p 353. 357. & 413. &c.

*Maſal* eſt Cibus, qui fit ex Lacte acetoſo, & Farina hordei, infrigidativus, vel ipſum Lac acetoſum. Germ. Sauere Milch *Johnſ.* L. 2. p. 5.

*Maſardegi* eſt Plumbum ♄. Germ. Bley. *Johnſ. Lex.* 2. pag. 5.

*Maſarea* & *Marſarea* eſt Auricula Muris. *Mart. Rul.* & *Johnſonus*.

*Maſculinum* & *fœmininum ſemen*; ſubſtantia ☿rii & ♀ris. *Mart. Rul.* & *Johnſon.*

*Maſculus* id eſt ☽ tum vivum. ☿. Germ. Queck-Silber *Mart. Rul.* & *John.*

*Maſellum*, *Moſel* i. e. Jupiter, ♃. Stannum. Germ. Zinn. *Mart. Rul.* & *John.*

*Maſlach*, eſt Medicamentum Turcis familiare, ex Opio paratum, quod & *Anphion* & *Amphion* vocatur, cujus ℥j, imò quandoque duas vel tres innoxiè devorant, cùm ad Venerem, tùm ad animoſitatem excitandam in prælium ituri, uti notavit ex aliis C. *R*ejes C. El. p. 43. n. 6. & p. 63. n. 3.

*Maſſa* dicitur omnis Compoſitio ex ♀ ribus aliiſque rebus ſiccis cum fluidis in unam ſubſtantiam redactis, uti ſunt *Maſſæ pilularum*, *Maſſæ Emplaſtrorum* &c. G. Maſſa oder ein Teig. Sign. ∅, ∅, ∅, ∅,

*Maſſa* eſt Mixtura quorundam ingredientium 1. beneficio Aloës ut *Pilarum* 2. beneficio Ceræ & Reſinæ ut *Maſſa Emplaſtri* 3. beneficio mucilaginis Tragacanthi ut *Maſſa Trochiſcorum*.

*Maſſalioticon*, nomen Emplaſtri ab Authore *Demoſthene* Maſſaliota, quod commendatur ad Carbunculos à *Gal. L.* 5. & ab Æginet. *L.* 7. cap. 13.

*Maſſalis, Maſſerium, Mater. Moſel.* i. e. Mercurius ☿. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Maſſapanis, Marcipanus* ſeu *Panis Martius* vide Martius. Germ. Marcipan.

*Maſſa pilularis.* Germ. Pillen-Maſſa ita notatur MP.

*Maſſatum*, dicitur Lapis, qui invenitur in felle Bovis. Germ. Ochſen-Stein.

*Maſthles, Maſthle*, ſignificat Corium, Pellem. *Hipp.* Libro 2.

*Maſticatorium*, eſt Medicamentum quod dentibus maſticatur, ad Salivam excitandam, ex Pyrethro, ⊖le, Maſtiche &c. præparatum. *Germ.* Käu-Artznen.

*Maſtiche, Maſtix, Lachryma Lentiſcina*, ſeu *Reſina Lentiſcina* & *Gluten Romanum* eſt Gummi, *R*eſina aut Lachryma ex Lentiſco arbore exſudans, venit ex Candia, Cypria, Chio, Provencia, Hiſpania, Syria &c. ex albo citrina eſt, pellucida, granulata, benè odorata friabilis &c. Germ. Maſtix vid. *Gal.* Rhod. *Schrœderus* & alii.

*Maſtichis grana*, eſt Maſtix electa ſeu granulata clara. Germ. Auserleſener Maſtix.

*Maſticot*, eſt impropria cujusmodi Calx, præter Minium & Ceruſſàm, ex Billichio pag. 41. *Johnſon. Lex.* 3. fol. 56. Helm. dicit *Maſticot* vocari flavum colorem, quem ſtannum præbet pictoribus de Lithias. c. 1. n. 9.

Ma-

Digitized by Google

Maſucha Maſuaphion, nomina Medicamenti Synonima, cujus deſcriptio habetur apud Æginetam *L.* 7. cap. 23.

*Mater aquarum* Paracelſo dicitur Mare, vid. Mare.

*Mater*, vocabuli hujus ſignificatio propria notiſſima eſt, quando ſignificat Fœminam, quæ enixa eſt prolem, eamque nutrit. Translatum tamen ad varias Medicinæ partes hoc vocabulum ut,

*Mater* ▽ *Vitæ* eſt ▽ ☿ rialis, quæ omnia Metalla in Materiam primam reducit. *Libav.* S. A. Ch. L. 7. cap. 8. & Apoc. Hermet. part. poſt. T. II. Oper. pag. 332.

*Mater Caryophyllorum* Germ. Mutter-Näglein vid. Antophylli.

*Mater Chymicis* quoque vocatur *Luna* ☽. quemadmodum Sol ⊙ *Pater* Th. Ch. Vol. I. pag. 201. Vol IV. pag. 719. 721. 733. & 737. &c.

*Mater herbarum* eſt Artemiſia Germ. Beyfuß vid. Herb.

*Mater Herculeana Apulei*, eſt Nimphea vid. Flores Nymphææ.

*Mater Metallorum* eſt ☽ tum Vivum ☿. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Mater Perlarum* ſeu *Marca Perlarum* vel *Margaritarum* & *Matriperna* eſt Concha Margaritifera. Germ. Perlein-Mutter und Perlein-Muſcheln. Species eſt Concharum à Margaritis ſeu Perlis nomen ducentium, quæ inibi frequentius quàm in reliquis inveniuntur V. Margaritæ.

*Mater ſylva, Lilium Caprinum, Caprifolium* Germ. Waldt Lilien vid. Flores.

*Materia* Vide Hyle. Dicitur & Materies. *Rhod.* in Lex. Scribon. [symbols]

*Materia Metallica*, item *Miſtura* æris, ♄ bi & ☽ ti *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Materia prima*, variè accipitur apud *Mart. Rulandum* à pag. 323. usque ad p. 326. Sign. [symbols]

*Materia prima Ranarum* eſt Cryſtallina Ranarum Mucilago ſeu gluten de ▽ tico, vel Sperma Ranarum Germ. Froſchleich.

*Materia Saphirea*, dicitur Liquidum cui nulla ineſt *M*ateria peccans *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Materialiſta*, vocatur, Mercator, qui Materiam medicam ſeu Pharmaca, præſertim Simplicia, vendit. Ferè idem quod *Seplaſiarius*. Dieter. pag. 934. Germ. Ein Materialiſt.

*Mathedoram*, i. e. Sal Gemmæ. ⊖. Germ. Stein-Saltz. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Mathid*, eſt Lac Vaccinum, de quo extractum eſt Butyrum

*Matorium* eſt Ammoniacum vel Galbanum. *Johnſ. Lex.* 3. fol. 56.

*Matracium*, eſt Sacculus cui in eſt ♀ rum calcinatum vel aliud quid, qui etiam interpungitur in modum crucis, ut ⊖ lia contenta inde in Cella humida in Liquoris formam reſolvantur: Dicitur & Vitrum tenue & lurum, □ nis inſpiciendis accommodatum, quod & Matula dicitur, habetque formam ferè rotundam, cum collo ſatis ſpacioſo.

*Matricaria* Germ. Metern vid. Herb.

*Matrices omnium rerum in genere* ſunt Elementa *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Matriperna, Concha Margaritifera, Macra Margaritarum* ſeu *Perlarum*, Germ. Perlein-Mutter vid. Materperlarum.

*Matriſalvia, Orvala, Sclarea* Germ. Scharlach-Kraut vid. Horminum ſeu Orminum in Herbis.

*Matriſylva* eſt Hepatica Stella Germ. Stern-Leber-Kraut & Caprifolium Germ. Speck-Lilien. vid. Herbas.

*Matrix omnium hominum* eſt vel fuit Eva. Paramir. Libro 4.

*Matrix vegetabilium* denotat Medullam ſivè Cor alicujus Plantæ.

*Maturantia*, ſunt Medicamenta, quibus tumores & abſceſſus in pus convertuntur. Germ. Zeitig-machende Mittel. *Lex. Brun.*

*Maturatio*, Chymicis eſt quædam exaltatio rerum crudarum in maturiorem & gratiorem ſtatum; Eſtque Digeſtio, Circulatio, Fermentatio & Projectio. Germ. Zeitigung. vid. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Maturus*, dicitur de omnibus, quæ ex coctione ſuam perfectionem aquiſiverunt.

runt. v. gr., de Fructibus, de Humoribus, de Excrementis, *Hippocr.* 1. Aphor. 22. Jung. Dieter. d. l. &c.

*Matutinus*, dicitur de ea diei parte, quæ *Mane* vocatur, vide *Mane*, comprehendit interdum & antelucanas horas vel diluculum. Eo tempore corporis & ingenii vires vegere teſtatur, unà cum experientia quotidiana. *Lang.* Libro 1. Epiſtola 55. &c.

*Maxatrum* i.e. Folium. Germ. Ein Blat.

*Maxillæ, Gena, Gnathos, Mala.* Germ. Kieffer vid. Mandibulæ.

*Maza* idem quod Maſſa vid. Maſſa Germ. Maſſa oder Teig.

*Mechanica*, vocatur Ars manuaria, quæ aliàs Opificium dicitur *Mart. Rul.*

*Mechinum, Zinciber* & *Zingiber* Germ. Mechinen Jngber.

*Mechoacanna* vide Radices *Mechoacannæ.* Germ. Jndianiſche Zaun-Rube.

*Mechoacanna nigra* vid. Rad. Jalappæ Germ. Jalappen-Wurtzel.

*Meconium*, eſt Succus ex capitibus & foliis Papaveris vel ex tota ſtirpe, coctis & expreſſis, paratus & concretus, Opio vilior & ignavior. *Dioſcor.* Libro 4. c. 65. Pl. L. 20. c. 18. Rhod. adſcrib. n. 22. & 86. *Schrœderus.* L. 4. Cl. 2. n. 314.

*Meconologia*, eſt Opii deſcriptio. Germ. des Opii Beſchreibung.

*Medeſuſium* eſt Barba Capri Germ. Geiß-Bart.

*Med.* ità à Medicis præſcriptum ſeu aliàs notatũ legend. *Medium* ſeu *Medietas.*

*Medea*, aliquando nomen Medicamenti, quod parabatur ex ♀re & humido bitumine. Hoc illitum alio corpori, ſtatim accendit, ubi calor in id inciderat, ut ſcribit *Gal.* L. 3. de Temper. cap. 3.

*Medica Mala* vid. Mala *Medica* ſeu Citrea Mala Germ. Citrone.

*Medicamentorum præparatio* conficitur vel per Ablutionem, Adductionem, Coagulationem vel Commixtionem.

*Medicamentum* eſt quo homines conſervantur aut curantur. *Gal.* & *Hipp.*

*Medici Manus dextra* eſt Pharmacopœus Germ. Ein Apothecker.

*Medicina*, homonymon eſt. Vel enim idem ſignificat quod *Medicamentum*, vel ſumitur pro arte Medica. Eſt Scientia ſanandi non nocendi. *Scribon.*

*Medicina Inda*, ſunt quidam Trochiſci, facti ex Cinamomo, Spica, Caryophyll. Calamo aromat. Sandalo Citrin. Ligno Aloes, Ambra &c. & dicitur Medicina Inda, quod Mulieres Indiæ illa *Medicina* utunt. in Balneis. *Matth. Sylvat.*

*Medicon*, epitheton Pharmaci deleterii, ſive Venenati, eſtque idem, quod Pharicum, notante Rhod. ad Scribon. n. 165.

*Medicus* eſt Vir Artis Medicæ ſummè gnarus, modeſtus, ſobrius & humanus Plura de Medici perſona, officio, ornatu & proprietatibus. Vid. apud *Hipp.* L. de Medico, de decenti ornatu, Dieter. d. J. *Linden* ex I. II. ex III. C. *Hoffmann.* Orat. 2. Jag. de officio Medici &c.

*Medicus primus* fuit Æſculapius, Apollinis filius.

*Medimnos* & *Medimnus* eſt Menſura aridorum Attica, continet Chænicas quadraginta octo, ſive centum & octo Libras menſurales ſeu Modios ſex, non Medicos, ſed Georgicos, ejus nota fuit μ & in ſummitate ε. Vid. Gorr & Ægineta de pond. & menſ.

*Medo* idem quod ▽ *Mulſa* vel *Mulſum* vid. Hydromel. Germ. Meth.

*Medulla Caſſiæ* & *pulpa Caſſiæ* vid. Caſſiæ Flores ſeu Pulpa Germ. Caſſien Marck.

*Medulla crurum Cervi, Tauri* ſeu *Vituli* eſt Adeps, Pinguedo ſeu Sevum in Oſſium cavitatibus eorum Animalium contentum. Germ. Hirſch-Ochſen-und Kälber-Marck.

*Medulla* inter *Mineralia*, partem molliuſculam denotat, quæ in Saxis nonnunquam reperitur. Germ. Stein-Marck.

*Medulla Lactis* eſt Butyrum. Germ. Butter.

*Medulla Lapidis Ætitis.* Germ. Adler Stein-Marck vid. Lapis Collimus.

*Medulla* ſeu *Axungia* ☽*næ* eſt 🜃ra ſigillata Lignicenſis.

*Medulla* ſeu *Axungia* ☉*lis* vid. 🜃ra ſigillata Lignicenſis ſeu Strigenſis.

*Medulla Vegetabilium*, eſt media cujuslibet pars mollior ac præſtantior, quam & *Cor* & *Matricem* appellant, *Lex. Blancardi.*

Me-

*Megaleion*, illud eſt *nomen Unguenti*, à Megaleo Authore, qui compoſuit, quod & Mendeſium alio nomine à Patria ipſius nominari, vult *Gal.* Libro 2. de C. *M.* S. L. cap. 2. Verum Dioſcorid. diſtinctum eſſe Unguentum Megaleum & Mendeſium, docet, L. 1. cap. 69. & 72.

*Mebelum*, eſt vitrum inferius globoſum & ſuperius longum collum habens, aliàs *Phiola.* Germ. Eine Viole oder ein Kugel-Glaß mit einem langen Halß. *Mart. Rul.*

Mel, Germ. Honig/ quid vulgò ſit, notum eſt; Pharmacopœis denotat aliquando *Succum ſimplicem* ad Mellis conſiſtentiam inſpiſſatum, Melque ſapore æmulantem, ſic convenit cum *Sapa* ſive Rob*ub*; uti Mel *paſſularum, Juniperinum.* Non raro refert Syrupum cum Melle paratum, ut Mel *roſarum, Diamoron.* &c. Sig. [illegible]

Mel *aëreum.* vid. Manna. Germ. Manna.

Mel *Apum*, eſt Succus quidam dulcis ex plantis & floribus variis ab Apibus elicitus, in illis proprio mellifico fermento, & calore elaboratur, & iterum per os excretus, in alveariis artificioſiſſimè Cera ac Propoli miſtus atque depoſitus, conſiſtentiâ neque nimis dilutus, neque nimis craſſus, odore ac ſapore jucundus, cum aliqua acrimonia. Cujus Hiſtoriam, electionem, facultates & præparandi modos vide paſſim in Authoribus, videlicet *Gal. Diſcorid.. Aldrov. Schræderum, Frid. Hoffmannum* & alios plures.

Mel *arundinaceum.* }
Mel *Cannæ.* } Vide Saccharum Veterum.

Mel *cedrinum* vide Manna. Germ. Manna.

Mel *cœleſte* eſt Ros occultus, cadens ſuper Flores & ſuper reliqua, quod colligunt Apes. Secundum *A*riſtot. L. 5. de Hiſt. Animal. cap. 22.

Mel *roſcidum* ſeu *Aëromeli* vide Manna. Germ. Manna.

Mel *Saccharaceum* vid. Saccharum molle, vel Remel Germ. Zucker-Honig.

Mel *Spumæ expers* dicitur & Anaphromeli. Germ. Honig ohne Schaum.

Mel *Syriacum Celſi* vid. Manna. Germ. Manna.

*Mel* Vapor eſt quidam dulcis, Floribus & Frugibus inſidens, quem Apes indè colligunt: Non autem ipſæ Mel faciunt.

*Mel virgineum dictum* præfertur, quod novellæ Apes conficiunt, colore ex flavo albicans. Obſervandum quòd Mel coctione longiore amareſcat, ut & aſſervatione longiore, plura apud ſuperius notatos Authores legenda.

*Melachac*, i. e. Storax. Germ. Storax. *Serap.*

*Mel Vitrioli* vocatur ejus *Oleum Saccharinum*, vel *verum ejusdem* ♀, cujus præparationem tradidit Libav. Alchym. Pharmac. cap. 28. &c.

*Mela*, Chymicis eſt plumbum ♄. Germ. Bley. *Mart. Rul.*

*Melampodium*, *Veratrum legitimum* vid. Rad. Hellebori Germ. Nieß-Wurtzel.

*Melanagoga*, ſunt Medicamenta atram bilem evacuantia. *Lex. Brun.*

*Melanchloros*, epitheton à nigro, viridiq; colore deſumtum, duorum diverſorum Medicamentorum: unius quidem Trochiſcorum, apud *Æginetam.* L. 7. cap. 12. circa fin. & alterius Emplaſtri d. l. cap. 17. ad nervorum vulnera & cruciatis apti.

*Melanderinos* eſt nomen Piſcis, Melanuro ſimilis. vid. *Aldrov.*

*Melanion Theophraſti* vid. Flores Violarum Germ. Violen-Blumen.

*Melano Piper* vid: Piper nigrum. Germ. Schwartzer Pfeffer.

*Melanorrhizon*, id eſt nigras Radices habens. In ſpecie de Helleboro nigro dicitur. *Gorræus.*

*Melano Smegma* eſt Sapo niger. Germ. Schwartze Seiffe.

*Melanpſithium* eſt nomen Vini paſſi, quod craſſum eſt, multi nutrimenti, uti notavit ex Dioſcorid. L. 5. cap. 9. *Linden.* Ex ✠. §. 103.

Melan-

Melanter & Malanter eſt Opium & mala ribio *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Melanteria*, Succus eſt in Metallis concreſcens, coloris nigri, quamvis exſiccatus plerumque evadat cinereus. Valdè adſtringit, ſimulque tamen vim cauſticam obtinet, quemadmodum *Miſy*. Quidam *atramentum metallicum* nominant Germ. Schwartzer Atrament oder ſchwartzer Berg-Schwefel. Dioſc. L. 5. cap. 118. *Gal. L.* 9. de S. Fac. h. Tit. Vocatur & *Creta ſutoria, Atramentum ſutorium. Rhod.* in *Lex. Scribon.* p. 408. Datur & friabilis Melanteria, teſte Chiocco, *Muſ.* Calceol. Sect. 4 pag. 475. *Mart. Rul.* & *Johnſon.* verò deſcripſerunt, quod ſit *ſpecies Calcanthi*, ſivè *Vitrioli*, *fuſci* in cœruleo coloris; Duplicemque conſtituerunt, quarum quædam in faucibus Cuniculorum, è quibus æs eruitur, ☾lis modo concreſcit; quædam in ſumma facie Cuniculorum coit, eſtque terrena. Arabes *bitriam* dicunt. Aliàs *Melanterion* quoque eſt clavorum veterum ferreorum raſura *Lex. Brun.*

*Melanthium ſativum* & *Melaſpermum* eſt Nigella vid. Semen.

*Melanuros*, Piſcis vocatur ſaxatilis, aut in arenoſis littoribus degens. Aldrov. Libro 1. de piſc. cap. 13.

*Malaones*, *Meloes* & *Melones* ſunt Vermiculi nigri, item Scarabæi volitantes, colore ſplendentes ☉reô, vel luteo ☉ri colore lucentes, qui attriti ſuavem odorem edunt, in pratis menſe *M*ajo potiſſimum reperiuntur. Germ. Maylånder-Kåfer oder Wůrme. *Mart. Rul.* & *Johnſonus.*

*Melaplacuntion*, Confectio eſt ex Malis cydoniis in vino coctis, adjecto melle, pipere, aniſo &c. pro arbitrio Pharmacopœi. Deſcriptio habetur apud Æginet. Libro 7. cap. 11.

Melas, *niger*, *ater*, interdum ſtrictè accipitur 1. pro *Veratro* vel *Helleboro nigro*. *Emplaſtrum* quoque vocatur *Melas* apud Aëtium L. 15. *Trochiſcorum* quoque nomen *Melas* apud eundem legitur, citante Gorræo. vid. etiam Niger, Nigredo.

*Melaſpermum*, *Melanthium* vid. Sem. Nigellæ Germ. Schwartzer Kůmmel.

Melata, eſt Potus ex Malis. *Oribas.*

Melca, & Melcan, quidem putant *Lac recens* vel ſimplex, quidam putant *Lac fervens* per infuſionem ♃ti à caſeo ſeparati.

*Meleagris*, vel idem quod *Gallus Indicus*, aut *Gallopavo* vel huic planè ſimilis. Aldrov. Libro 15. cap. 4.

*Melech* id eſt Sal. ⊖. Germ. Saltz. *Mart. Rul.* & *John.*

Meleios, id eſt Melinus, epitheton ○nis, ex *M*elo Inſula una Cycladum advecti, quod eſt Ægyptio proximum bonitate. *Hippocr.*

*Melga* eſt Salamandra. *Johnſon. Lex.* 3. fol. 56.

Melia, id eſt *fraxinus*, Germ. Eſch-Baum vid. Lignum fraxinum.

Meli vide *Mel*. ⊖. Germ. Honig. *Lex. Brun.*

Melibœum, Melibocum id eſt cuprum. ♀. Germ. Kupffer *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

Melichroos, hoc eſt *M*elleum colorem ferens. *Hipp.*

*Melichros*, *Mellitus*, *dulcis*, inſtar *M*ellis. Epitheton vini l. de affect. XL. 7. pomorum dulcium, apud Scholiaſten Theocriti Idyll. 5. Fabar. *Hipp.*

Melicraton & *Melicratum* eſt hydromel, ſivè mulſum, quod componitur ex una parte *M*ellis & octo partibus ▽ pluvialis. Germ. Meth.

Melidane, id eſt, Plumbum uſtum. Germ. Gebrandt-Bley.

Meliedes, idem quod Melichros, Melleum ſaporem & dulcorem habens.

Melilotus Germ. Stein-Klee vid. Herb. ſeu Flores.

*Melimelum*, duplicem habet ſignificationem; Vel enim notat *Liquorem mulſei ſaporis*, qui producitur ex peculiari conditura Cydoniorum, cum Melle, quã tradit *Linden.* ex X. §. 161, ex Columell. L. 12. §. 45. Vel ſignificat *Poma dulcia muſteo ſapore* vel *melleo prædita*, quæ aliàs *Muſtea* vocabantur *Linden.* Ibidem.

Melinus, epitheton Emplaſtrorum, quæ Melina dicuntur. *Galen.*

*Meliſaccharum* vid. Tereniabin Germ. Wild Honig.

Meli-

Digitized by Google

*Meliſea*, *Meliſion*, ſumitur pro Manna ex nobilioribus Herbis nacta. *Mart. Rul.* & *John.*

*Meliſodium*, & *Melliſodium* eſt Plumbum uſtum VC. *Mart. Rul. Johnſonius.*

*Melis* ſeu *Taxi Axungia* Germ. Taxen Schmaltz vid. Taxi Axungia.

*Meliſſa*, *Meliſſophyllum*, *Meliphyllum*, *Mellifolium*, *Apiaſtrum*, *Citrago*. Germ. Meliſſen oder Mutter-Kraut vid. Herb.

*Meliſſa Sylv. Trag.* eſt Cardiaca Germ. Hertz-Geſpan-Kraut.

*Melitea* vide Pauladadum vel Pauladada. *Lex. Brun.*

*Melitema*, eſt Trageæ ſpecies ex Melle & Medicamentis ſubacta. Germ. Honig-Küchlein. *Lex. Blancardi.*

*Melitera*, nomen eſt aridi Medicamenti, cujus deſcriptio habetur apud *Æginet.* L. 7. c. 13.

*Melitiſmos*, dicitur Linctus ex Melle in tuſſi & gravedine Puerorum *Æginet.*

*Melitites*, ſignificat Mulſum ex muſto factum. *Diſcorid.* L. 5. c. 15.

*Melittoma*, vocatur in genere, Confectio ex Melle *Æginet. L.* 3. c. 61.

*Melliſodium* vide Meliſodium. eſt Plumbum uſtum VC. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Melloſi*, ſunt Lumbrici ▽reſtres. Germ. Regen-Würme. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Melo* Germ. Eine Melon V. Semen Melonum.

*Melo Indus*, *Anguria*, vid. Semen Citrulli, Citrullen-Samen.

*Melochites*, nomen Lapidis in Comitatu Tirolenſi, qui aliàs *Lapis Armenus* vocatur, quòd olim ex Armenia tantùm ad nos translatus ſit. *Schræderus.* Libro 3. c. 8. n. 4.

*Melon* inter alia ſignificat *Malum* ſeu *Pomum* & *Ovem. Gal.* & *Hippocr.*

*Melopepo*, *Cucumer Antiquorum* Semen Melonum vid. Germ. Melonen-Kern.

*Meloplacus* eſt Edulium & Placenta è *Malis* Cotoniis, in Vino coctis, adjectô poſteà Melle, Pipere, aliiſque pro arbitrio Pharmacopœi, *Gal*, meminit L. 2. de *Al.* Fac. c. 23. *Æginet.* L. 7. c. 11. *Gorr.*

*Meluſi*, *Albach*, *Meſſalis* id eſt Mercurius ☿. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Membrum genitale* vid. Priapus Germ. Ein Zimmer.

*Memiten*, *Ficaria minor*, eſt Chelidonium minus Germ. Klein Scheel-Kraut / oder Schor-Bock-Kraut. vid. Herb.

*Memphites*, nomen Lapidis, qui reperitur in Ægypto, juxta *Memphin* Calculorum magnitudine, pinguis, verſicolor, uti eum deſcripſerunt *Dioſc.* & *Plinius.* Verum qualis ſit hodieque ignoratur *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Men*, *Menſis*, nomen determinati temporis, ſivè certus quidam numerus dierum, quos vel unaquæque regio aut civitas ex proprio inſtituto obſervavit & dicitur *Menſis civilis*; Vel quos certus curſus ☉lis, aut ☽næ, ſivè, Motus proprius conſtituit; & vocatur *Menſis Naturalis*, qui propterea Geminus habetur: Unus ☉laris, dum ☉ unumquodque in Zodiaco ſignum percurrit, cumque duodecim ſint; hinc totidem etiam *Menſes* in anno ſtatuuntur, qui tamen non æque inter ſe pares ſunt. ☽naris alter & magis Medicus, quem conſtituit ☽næ motus ab una conjunctione cum ☉le, ſivè Novilunio ad alterum, id quod fit circiter undetriginta diebus cum dimidio. Vid. *Gorræus*, *Galenus*, *Foreſtus.* &c.

*Menach*, eſt flos vel ſemen *Men*, vel ipſa Radix. *Sylvat.*

*Mendeſion*, Unguenti genus eſt, Ægypto peculiare, ità dictum à Capro, in ea Ægypti parte, ubi primum Unguentum illud repertum eſt. Dictum eſt & Ægyptium Unguentum vid. *Gal. Dioſc.* & *Æginet*a.

*Menfrice* id eſt *Maſtiche* vel *Maſtix.* Germ. Maſtix *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Menſ.* ità à Medicis præſcript. vel aliàs notat., legend. eſt Menſis.

*Menſis* vel *Men* Germ. Ein Monat / oder Zeit von 4. Wochen. vid. Men. Sig. ⊠, ⊠, ⊠, [illegible], [illegible], [illegible].

*Menſis Chymicus*, conſtat ex quadraginta Diebus *Lex. Blancardi.*

*Menſis Philoſophicus*, vocatur certum tempus digeſtionis, vel putrefactionis, & interdum paucioribus diebus definiri ſolet, ſecundum naturam & abſolutionem operis; ità, ut ſecundum quoſdam ſint tres [illegible]; & quidam per



Digitized by Google

decem ♌ decont; alii quinque illis addunt. In aliquibus eſt 30. in aliquibus 40. dierum ſpacium. Th. Chym. Vol. II. pag. 282. & *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

Menſtruum *Cœleſte* eſt Spiritus Vini alcoholiſatus. Sign. ♀, ♇,

*Menſtruum*, i. e. quod in vaſe deſtillatorio eſt & deſtillationi exponitur; vel Liquor, quô Metalla corroduntur & *L*apides ſolvuntur, ut 🜊, X, 🜋 acuatum, ▽F, ▽R, ▽S, ▽SA, ▽SR, &c.

*Menſtrua* varia ſunt, quædam ſunt *Acida* quædam *Acria*, quædam *Aquea*, quædam *Spirituoſa* &c. pro varietate & neceſſitate hæc vel illa adhibentur.

*Menſtruum Univerſale* an detur & quid pro eo ſumatur? ▽ ☿ rialis Philoſophorum, ▽ permanens, ▽ Cœlica, ▽ ſapientiæ, ▽ regis Philoſophorum, præparatur quoque ex ▽ pluviali & *R*ore majali. Vinum aminatum & animatum &c.

*Mentha* ▽*tica, Siſymbrium, Calamintha* ▽*tica, Mentha paluſtris* V. Herbas.

*Mentha Caballina* ſeu *Felina, Hedioſmos Agrios, Minthe agria, Menthaſtrum* Germ. Katzen oder Roß-Müntz.

*Mentha Cattaria*, vid. Nepeta Germ. Katzen-Kraut vid. Herbas.

*Mentha Corymbifera minor, Ageratum* ſeu *Eupatorium Meſue* Germ. Leber-Balſam. vid. Herb.

*Mentha Criſpa, Balſamica, Hortenſis, Sativa.* vid. Herbas.

*Mentha Græca* & *Romana* vid. Mentha Saracenica.

*Mentha Mariæ, Matronalis, Græca, Romana*, Germ. Frauen-Müntz.

*Mentha* *Rotundifolia paluſtris*, eſt Mentha ▽tica Germ. Bach-Müntz vid. Herb.

*Mentha* Rotundifolia *paluſtris* eſt Mentha ▽tica vid. Herb.

*Mentha Saracenica, Hortenſis Corymbifera, Coſtus hortorum* vid. Herb.

*Menthaſtrum* eſt Mentha caballina, equina, felina vid. Herb.

*Mentula* vid. Priapus Germ. Ein Zimmer oder Ruthe.

*Menſura* ſtrictè ſignificat Vaſculum quantitatis certæ, ſiccæ aut humidæ Libr. de ponderibus & menſuris c. 1. h. e. cujus cavitate recipiente certa quantitas determinatur & judicatur *Æginet.* L. 7. c. 26.

*Mephitis*, dicitur fœtor ex 🜍 re accenſo, de quo *Jul. Alex.* not.

*Mera*, i.e. Aurora Olei. *Sylvat.*

*Mercurialia*, dicuntur omnia, quæ ex ☿ rio præparantur Germ. Aus Queckſilber gemacht.

*Mercurialis Sæva* eſt Aqua Onum in qua ☿ generatur, eſt etiam 🝔 Purgativum ☉ rei coloris, quod in 🝔 linis cavernis reperitur, foſſoribus optimè cognitum: Utuntur hoc per os ad Pneumoniam. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Mercurii Manna* vid. Manna ☿ rii.

*Mercurius Chymiſtarum* ſeu *Hydrargyrus* ob mobilitatem vulgò ☽ *tum vivum*, quod & *Rerum principium* & *Sperma Metallorum* dicitur. Non propriè quidem Metallum eſt, ſed Metalli principium. Bernhardi Penoti à Portu S. Mariæ Aquitani, ſententia de ☿ rio &c. *Mercurius* nihil aliud eſt quàm *Spiritus Mundi corporeus* in ventre ▽ ræ factus, qui ad ſe recipit Facultates omnes, tàm Animales quàm Vegetabiles & Minerales, Sicuti Cera recipit in ſe omnium Formarum impreſſionem, ſic ☿ omnium rerum Naturalium recipit in ſe proprietates. Si fuerit mundus & præparatus ſicuti debet, tunc maximè perfectiſſimus & puriſſimus, puriſſimi ☉ ri & ☽ ti in ſe recipit impreſſionē. Sicuti ☽ na univerſale eſt Receptaculum omnium, præſertim autem ☉ lis: Sic & ☿ omnium Rerum Naturalium, Receptaculum eſt Univerſale virtutum earum, præſertim ☉ ri. &c. Qui plura ſcire cupit, legat Authores nimirum, *Paracelſum. Hermet. Triſmeg. Helmontium, Beckerum*, Rolfinck & alios Ab Hermeticis ☿ rius nominatur. 🜊 *acerrimum*, ▽ *Permanens*, ▽ *Philoſophorum*, ▽ *Viſcoſa, Aquila volans*, ☽ *tum* ▽*ſum*, ☽ *tum Vivum, Dominus Elementorum, Draco, Filius fugitivus, Hermes, Latrofugitivus*, ☿ *rius Hermetis*, ☿ *Metallorum*, ☿ *Mineralium*, *Pater mirabilis. Scorpio* cau-

Digitized by Google

*caudatus, Serpens venenoſus, Servus nequam, Spiritus volans, Sputum acerrimum, Zibach, Ziabach*. &c.

*Mercurius abſq; corroſivo* ♎*tatus in dulcedinem.* Iſt Turpethum minerale. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Mercurius Argenti pigmentum*, iſt Schwefel/ Victriol / ☉ und Saltz / weilen es die Cörper ſolvirt. *Mart. Rul. & Johnſonus.*

*Mercurius coagulatus*, ſive ☉ *Philoſophorum*, fit ex Mercurio vivo beneficiò ⊕ris, Vitrioli Ungarici, Salis communis & Aceti per Amalgamat. ▽ & ⊐na ablut. & in cella coagulat. & cement. per 木 curcum. & Crocum ♂tis ſeu Lap. Hæmatit. ut varii modi apud Authores inveniuntur, ità variè præparatur.

*Mercurius Corallinus*, qui per Oleum ☉rum, & Aquas alias in rubedinem corallinam eſt adductus, *Mart. Rul. & Johnſonus.*

*Mercurius crudus*, eſt is, qui nondum ſeparatus eſt à ſua Matrice, in qua generatus, Germ. Mercurius / der noch in ſeinem Ertz liget. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Mercurius Cryſtallinus*, qui ſæpè ♎atus eſt in formam Cryſtalli, & perſpicuitatem. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Mercurius Diaphoreticus*, vid Mercurius vitæ correctus.

*Mercurius*, dividitur à *Mart. Rul.* in xx. Species diverſas, à pag. 331. ad p. 333.

*Mercurius Hermetis*, vid. Mercurius Chymiſtarum.

*Mercurius Laxus*, eſt Turbithum minerale. *Mart. Rul.*

*Mercurius*, Liquor omnis Chymicis dicitur, qui non inflammatur, ſive ſit ſpirituoſus, acidus, vel aquoſus.

*Mercurius Metallorum currens*, ſive *Metallum currens*, eſt Mercurius vivus.

*Mercurius Metallorum* ♎tatus, eſt ☿us ex Metallis tractus, & præcipitatus, qui Mercurius Metallorum aliàs ☿ corporalis dicitur. Semen fœmininum paſſivum. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Mercurius Metallorum, Quinta eſſentia, & ▽ permanens, Spiritus, Semen fœmininum paſſivum. Mart. Rul. & Johnſonus.*

*Mercurius Mineralium*, eſt Oleitas & Unctuoſitas de Mineris Auri & Argenti tracta. *Mart. Rul. & Johnſ.* vid. ☿ Chymiſtarum.

*Mercurius à Natura coagulatus*, eſt ſolidum Metallum. Arte verò coagulatur, aut cum Metallis, aut Mineralibus, vel ſine ipſis per ſe, aut per alia extra mineralem Naturam exiſtentia. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Mercurius Philoſophorum*, eſt decantatisſima illa Materia, pro Lapide Philoſophico. Hic Mercurius Philoſophicus ex nullo perfecto Metallo elaboratur, ſed proximè ex ente Metallorum primo, ſeu ex Radice Metallorum producitur, ibiq; quærendus, utut Philoſophi dicant, materiam Lapidis hujus eſſe ubique, latere in ſtabulis, quemlibet ſecum portare. &c. *Sign.* ☿.

*Mercurius* Plumbum eſt diſſolutum. ☿. Germ. Queckſilber.

*Mercurius præcipitatus albus*, eſt Argentum vivum præcipitatum, fit per Solutionem ▽ fortis & per Præcipitationem per Aquam ſalſam, & per Edulcorationem cum ▽ dulci, tunc philtrandus, & ⚵ in Philtro relictus exſiccandus. Si per Spir. Vitrioli paratur, flavus fit. *Sign.* ☿, ☿, ☿, ☿, ☿.

*Mercurius Antimoniatus emeticus*, eſt Mercurius vitæ, ſeu Pulvis Algarothi.

*Mercurius præcipitatus Bezoarticus*, compoſitus ex Antimonio, ☉ro & ☿rio; eſt Febrifugum quartanarium verum *Lazari Riverii.*

*Mercurius præcipitatus correctus*, ℞. ☿. per ⊖. & ♀. purgati ℥ij. ▽F. dupl. ℥viij. abſtrahe ▽Fem. ex ⁂na, cohobando. Tum materiæ tritæ affunde ☉ ☉li ℥ij. Digere & ☉, abſtrahe, ſuper ☿rium, affunde ▽. digere ☌ ♀. 3. decanta, aliumq; ▽ affunde, idq; 3. vice repete, tandem ſicca. *Pharmac. Bat. fol.* 67.

*Merc. præcipit. fixus*, ℞. ☿. purgati ℥iij. ✱ci ℥iß. Flor. ♀ris ℥ij. m. & ♎a, ♎atũ cum fæcibus tritum ♎a iterum: deinde auge △nem, ut candeſcat, id quod in fundo remanet, fixum eſt, vocatur & Panacea. *Pharm. Bat.* fol. 67.



Digitized by Google

*Mercurius præcipitatus flavus*, id eſt Turpethum minerale.

*Mercurius præcipitat. griſeus*, Turpethum minerale in Aqua Roſarum lotum, & ſiccatum, imbibe cum Pyrœno, & (addit. Gamphor. in Pyrœno ſolut. aa.) L. △. Pyrœnum abſtrahe ſ. a.

*Mercurius præcipitat. incarnatus*. ℞. ☿ ℥j in ℥ij. ▽ fort. ſolut. adde ▽ fervidæ ℥iij. ſublimata Urinâ rec. ablue ac ſicca ſ. a *Pharmacop. Bat fol. 67.*

*Mercurius præcipitat. laxativus*, fit ex Mercurio cum ⊙ ⊕li vel ♀ris in ∴næ Baln. Cryſtalliſato, & in ✢bulo indito, ut per horam candeſiat ope Ignis, deinde in Aquam calidam projecto, ut fiat ☿ flavus. ▽am decanta, lava, exſicca, & 🜅. ſuper eum incende ſ. a. *Pharmacop. Bat. fol. 67.*

*Mercurius præcipitat. ruber*, fit per Solutionem part. 1. in 2. Part. Aq. fortis per abſtractionem ▽æ fort. à ☿rio per Deſtillationem cum tribus Cohobiis, & Calcinationem donec rubeus ☿. evadat.

*Mercurius præcipitat. Solaris*, per ſe fit ex ȧȧȧ. facto ex ☿rii ℥iv. cum ⊙. per ♁. fuſi ʒß, in Vitro infernali poſito, ut ſupra, Materiam ſæpè eximendo & conterendo ſ. A. *Pharmac. Bat. fol. 67.*

*Mercurius præcipitat. viridis*, ℞. ☿. ℥iv. ♀. ℥ß. ſolve ſeparatim in ▽fort. & miſce, poſteà abſtrahe ▽fort. digere ſublimatum cum Aceto, philtra ac ſicca ſ. a. *Pharmacop. Bat.* fol. 67.

*Mercurius* Principium eſt materiale, vaporoſum, Naturæ aqueæ, ſubjectum nimirum Generationis, cui per vim formatricem imprimitur Forma, & abſolutio adeſt. *Mart. Rul.*

*Mercurius regeneratus*, eſt primum Ens Mercurii. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Mercurius ♄ni præcipitat.*, eſt Crocus Plumbi, & vocatur Minium. vid. Minium. *Sign.* [symbols]

*Mercurius ſublimatus*, ſeu ☽ *tum vivum ſublimatum, Hydrargyrum*, & ☽ *tum ſublimatum*, Germ. Sublimat. Fit ex Mercurio in ▽forti ſoluto & exſiccato, cum ⊕lo ad flavedinem calcinato, Sale præparato, æquali omnium pondere in Cucurbita Igne apertò ſublimando. Si hæc præcipitatio reiterabitur, nitidior reddetur ☿us ♎tus. Alius: ℞ ☿rii purificati, ⊕li rubificati, Salis decrepitati aa. ℔ß. Nitri ℥ij. optimè mixtis, & modico Aceti aſperſis, prædicto modo ♎a. Hic Labor bis vel ter reiterandus eſt. *Sign.* [symbols]

*Mercurius ſublimatus dulcis*, fit ſi ☿ ♎to corroſivo, totidem Mercurii vivi purificati additur & ſublimatur, Sublimatione bis vel ter reiteranda, ſuperioribus & inferioribus impuritatibus ſemper rejectis, ſicq; paratus erit. Dicitur vel nominatur hic ☿ ♎tus dulcis, Draco mitigatus, Panchymagogum Mercuriale, Minerale purgans.

*Mercurius flavus & rubeus*. ℞. ☿, ♄, Vitr. calcin. aa. ℥vj. exactè mixta ♎ta, cum ♎ato miſce Nitr. & ⊖ parum calcinat. aa. ℥iij. impaſta ✢to & ſublima iterum. Rubrum à Flavo ſeparatum ſeorſim ▽â ablue & 🜅 ſupra utrumque incende. ſ. a.

*Mercurius vegetabilis, Lullius* dicit, quod ſit Quinta EſſentiaVini.

*Mercurius virgineus*, vocatur iſte vivus & fluidus, quoniam adhuc iſte Virgo, neque per Ignem fuit defloratus.

*Mercurius vitæ*, fit ex ♁ ♁nii (partibus æqualibus Reguli Antimon. & ☿rii ſublimati) parato, affuſione ▽fontanæ, ſtatim ad fundum ♎bitur Pulv. albus, qui edulcorandus & exſiccandus eſt. Vocatur & Aquila alba, Pulv. Algarothi & Algerothi, Pulvis Angelicus, Pulv. emeticus ♁niatus ♎tus. *Sign.* [symbol].

*Mercurius vitæ correctus*, ☿ vitæ in Phiola △ne ∴næ fove, donec rubere inceperit: Poſtmodum 🜄 Vini ſæpius ab eo abſtrahe ſ. a. purgat ſat benè per Alvum. Si ☿ vitæ cum Nitr. fixo, vel Sale fuſo miſcetur, & in ✢lo calcinatur, poſt Calcinationem Pulvis edulcorandus, eſt ☿ diaphoreticus vel Bezoarticum minerale.

*Mercurius*, unum eſt è tribus Principiis Corpus, in quo proprietas rerum continetur, item Argentum vivum *Mart. Rul. & Johnſ.*

Mercu-

Digitized by Google

*Mercurius vulgi*, Germ. Queckſilber / eſt Argentum vivum; Mercurius corporum, qui elicitur ex Corporibus Metallorum, dicitur etiam ☿ reſuſcitatus, item Metallicus, & Plumbum diſſolutum, plura apud Authores legenda ſunt, & vid. Argentum vivum.

*Merda*, idem quod Stercus, Fimus, Excrementum alvi, vid. Copros.

*Merdaſengi*, id eſt de aduſto Plumbo Pulvis. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Mereſenum*, i. e. Electuarium, vel Medicina laxativa. *Haly.* ap. *Sylv.* pag. 150.

*Mergen, Baſſec*, & *Baſſech*, eſt Corallus. *Mart. Rul. & John.*

*Mergus*, eſt nomen Avis ▽ticæ, cujus variæ dantur Species, vid. *Ald.* lib. xix. (Ornith. c. 49.

*Mericos*, Epitheton Medicamentorum localium. *Gorræus.*

*Meridies*, dicitur I. Medium Diei, & opponitur Mediæ Nocti, ſumitur aliquando tamen cum inſigni latitudine. Quid Spagyrici in opere Lapidis Philoſophici intelligant per Meridiem & Mediam Noctem. v. *Lib. Alch. Ph.* c. 7

*Merlucius, Maris lucius*, Piſcis vocatur. qui aliàs Aſellus ſaxatilis marinus dicitur. vid. *Jul. Alexand. & Aldr.*

*Meropium*, eſt Oleum Amygdalinum. *Dioſcor.*

*Merops*, nomen Avis, quæ & Meliſſophagus dicitur, ideò, quòd Apibus inſidietur. vid. *Aldr. & Lang.*

*Merula*, eſt nomen Avis & Piſcis, vid. *Aldr. Galen. & Jul. Alexand.*

*Merus, Meracus*, in genere dicitur de omni illo, quod homogeneum, ſincerum, nullaque alia re permixtum eſt. Strictius tamen ſæpè ſumitur de Vinô, ▽â non diluto, ſincero. vid. *Hippocr. Linden.* & *Rhod.*

*Meſbra*, id eſt Tutia alexandrina. 卞. Germ. Tuzien. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Meſcebe*, i. e. Maſtix. Germ. Maſtix. *Dioſcor.*

*Meſel, Moſel*, id eſt Stannum. ♃. Germ. Zinn. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Meſianum*, eſt Nomen Emplaſtri. vid. *Galenus* & *Anicet.*

*Meſopotamenon*, eſt Species Unguenti Oenantharii, hoc eſt, ex Vino & Floribus Liliorum alborum parati, cujus Deſcriptio habetur apud *Æginet.* lib. 7. c. 21.

*Meſpilum*, vid. Semen Meſpilorum. Germ. Meſpel-Kern.

*Meſſis*, dicitur illud Anni Tempus, quo Ruſtici Segetem maturam metunt, *Gal.* lib. 1. de Antid. c. 18. Aliàs Meſſis allegoricè quandoq; accipitur pro Maturitatis Tempore, v. g. Meſſis Mineralium. *Th. Chym.* Vol. 1. p. 572. &c.

*Meſſus, Meſus*, i. e. Liquor aceteſus. *Sylvat.*

*Meſt, Miſal, Moſal*, eſt Lac acetoſum. Germ. Saure Milch. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Metaceraſma*, ſignificat temperatam Aquæ Mixturam. vid. *Hippocr.* & *Gal.*

*Metalla*, ſolùm componuntur ex Sulphure & Argento vivo.

*Metallum conflatum* eſt Argentum ☽. *Mart. Rul. & Johnſonus.*

*Metallum currens*, eſt ☿ vivus. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Metallum potabile*, vid. ☉ potabile, & in Tract. *Germ. Poleman.* fol. 69.

*Metallum*, propriè dicitur Corpus perfectè mixtum ſubterraneum, durum, ponderoſum, ductile, fuſile, ex Sulph. & ☿ rio, ſivè ▽a ☿ ali conſtans. Plura de Metallorum deſcriptione, generatione, & principiis vid. *Cæſalp.* de Metall. *Georg. Agric.* h. T. *Th. Chym.* Vol. I. & ſeq. *Schr.* & alii. *Sign.*

*Metallurgia*, eſt illa Operatio, quâ Metalla ex Fodinis eruuntur, ideoq; operariorum unusquisque vocatur. *Lex. Blanc.*

*Metallurgus*, ſeu *Metallicus*, qui in Terræ Viſceribus Metalla ſcrutatur, ut Chymici ſolent. Germ. Ertz-Graber / Bergknapp / Bergmeiſter. *Lex. Blanc.*

*Metallus primus, ſeu maſculus*, *Helmontius* intelligit ♁ nativam.

*Metas, Mecal, Mekal*, id eſt Pondus. Germ. Gewicht. *M. R.* & *Johnſ.*

*Metaſyncretica*, ſunt Temperiem Corporis naturalem temperantia, *Caſſ. Felix. Oribaſ. Demoſth.*

*Metaſyncriſis*, eſt Medicamenti foris applicati Operatio, qua ex intimis receſſibus Humores evocantur. vid. *Oribaſium*, lib. I. cap. 34.

*Meter*, vid. Mater. Germ. Mutter. *Lex. Brun.*

*Methodica Medicina* eſt, cujus Author fuit *Themiſon Laodiceus*, excultor *Theſſalus Trallianus*, qui artem ſex Menſ. Spacio addiſci poſſe clamitabat.

*Methodici*, ſunt qui Compendium artis Methodo quæſiverunt, ſcil. laxi, ſtricti & medii Cancellis omnia comprehendentes. *Lex. Blanc.*

*Methodus*, eſt pars Medicinæ, quâ per Indicationes auxilia inveniuntur, ut deperdita hominis ſanitas reſtituatur. Germ. Richtigkeit in der Artzney. *L. Bl.*

*Methridanion*, *Scordilium Apuleij*, *Sanguis Milvi*, vid. Scordium. Germ. Lachen-Knoblauch.

*Metopion*, nomen Unguenti, eſtq; idem, quod Mendeſium vel Ægyptium, vid. Mendeſium, & Deſcriptionem apud *Dioſcoridem* & *Æginetam*.

*Metretes*, *Metreta*, id eſt Cadus, vide ſupra; Menſura eſt maxima apud Atticos, capiens Choas duodecim, aut Libras centum & octo. *Gorræus.*

*Metron*, eſt Menſura. Germ. Eine Maaß. vid. Menſura. *Lex. Brun.*

*Meum*, vid. Radices Meu. Germ. Beer-Wurtzel.

*Mezereum*, Germ. Seydelbaſt. vid. Cort. Mezerei, ſeu Semen Cocognidii.

*Mia*, *Miaba* & *Miach*, i. e. Storax.

*Mica*, dicitur communiter minutiſſimum fruſtulum Panis friati. Ita Mica Panis albi toſti ingreditur Pulveres pepticos apud *Cratonem.*

*Mica Thuris*, vid. Libanotos, & Manna Thuris. Germ. Gebröckleter Weyrauch.

*Micha*, *Michach*, id eſt Venus, Cuprum. ♀. Germ. Kupffer. *Mart. Rul. & Job.*

*Microcoſmus*, eſt parvus & medius Mundus inter firmamentalem & elementalem ſitus naturaliter, quia de utroq; participat, id eſt, *Homo*, quia quicquid in illis realiter & actu continetur, in homine pariter habetur ſpiritualiter & potentiâ &c. vid. Authores & *Mart. Rul. & Johnſonus.* *Microcoſmus*; tribuitur quoque *Lapidi Philoſophico*, uti conſtat ex *Th. Chym.* Vol. 1. p. 515.

*Microſcopium*, vocatur Conſpicilium, ſivè Vitrum arte paratum, quo atomi inviſibiles quaſi & minutula etiam inſecta in molem Coloſſeam transmutantur; cujus Inventor creditur *Franciſc. Fontana*, Neapolitanus. Hujus Vitri ope quàm plurima anteà ignota inventa & detecta ſunt; unde integra meſſis obſervationum microſcopicarum occurrit in Ephem. Nat. Cur. A. I. Obſerv. XIII. & A. II. Obſerv. XXVII.

*Midas*, eſt Vermiculus fabam corrodens. *Matt. Sylvat.*

*Mifres* & *Mifros*, eſt Aſphaltum. *Mart. Rul.* & *John.*

*Milcondat*, eſt Sanguis Draconis. *Johnſonus Lex.* 2. fol. 6.

*Militaris Herba*, *Chiliophyllos*, *Supercilium*, ſeu *Lumbus Veneris*, eſt Millefolium. Germ. Schaffgarben.

*Milium*, vid. Semen Milii, pauciſſimum præbet alimentum, eſtq; magis Medicamentum, quàm alimentum, vid. *Galenus.*

*Milium Solis*, Germ. Meer-Hirſen. vid. Semen Milii Solis.

*Millefolium*, Germ. Schaffs-Rippen. vid. Herbas.

*Millegrana*, eſt Herniaria minor. Germ. Tauſend Korn/ oder Bruch-Kraut. v. H.

*Millemorbia*, eſt Scrophularia. Germ. Braun-Wurtz. vid Rad.

*Millepedes*, *Multipedes*, *Polypodes*. Germ. Keller-Eſelgen. vid. Aſelli.

*Milmon*, dicitur Fraxinus. Germ. Aeſch-Baum. *Sylvat.*

*Miltos*, dicitur Latinè Rubrica, Minium, inter ▽ras refertur, vimq; habet exſiccandi, detergendi, adſtringendi. &c. vid. *Hippocr. Gal. Dioſcor.* & *Schrœd.*

*Milvus* vel Ictis, eſt nomen Piſcis volantis. vid. *Aldrov.* lib. 2. de Piſc. cap. 5.

*Milzatella*, ità vocatur Scolopendrium, & Urtica mortua.

*Mimo*, idem quod Simia, eſt Animal quadrupes, digitatum, viviparum, ità dictum, quod hominis mores imitetur inſtar Mimi. *C. Hoffm.* & *Aldr.*

*Mina*, ſive *Mna*, patet ex *Dioſcoride*, Pondus fuiſſe Unciarum ſedecim, ſive Drachmas centum viginti octo. Verùm Attica levior erat Romanâ, & pendebat Drachmas centum, ſivè duodecim Uncias & ſemiſſem. Romana pendebat nonaginta & ſex ſive Uncias 12. ℥xij. Alexandrina videtur Uncias viginti ℥xx. continere, ſivè Drachmas centum & ſexaginta ʒCLX. fortè illa differentia oritur à Regionibus, in quibus Drachmæ differebant. *Mina*, ſivè *Mna* videtur ſignificare mille. vid. *Gal. Ægin. Caſtell.* & alii.

*Minera*, propriè dicitur Terra ſive materia, ex qua mineralia & metallica maximè fiunt, ut minera Auri, Argenti, Cupri, Stanni, Antimonii &c. *Schrœd.* Lib. I. Cap. 2. *Mart. Rulandus.* Per translationem quoque *minera* vocatur

vocatur *Materia Morbifica*, v. g. *Minera Febris* à Recentioribus paſſim. *Minera Philoſophorum* vocatur *Lapis Philoſophicus albus* Operis minoris, *Libav.* S. A. Ch. L. 5. c. 12.

*Mineralia*, ſunt ea, quæ non ſunt Animalia nec Vegetabilia: ut *Metalla* perfecta ſex, ☉rum, ☽tum, ♃um, ♀um, ♂, ♄. *Et Metallis proxima* ſeu *Metalla Imperfecta*, ut Antimonium ♁. ☽tum Vivum, Auripigmentum [symbol], Cinnabaris nativa. 🜓, Creta, Bolus, Marcaſita [symbol], Plumbago, Sulphur 🜍 & Lapidum Species &c. Hiſce accedunt Nitrum 🜕, Alumen ○, Borax [symbol], Sal Gemmæ [symbol] Sal Marinum [symbol], ⊖li ſpecies &c. Sed illa ſunt ⊖lia mixta ex acido compoſita & Mineralium particulis acutis. *Succinum quoque addunt, quod tamen alicujus arboris Bitumen ſive Reſina* eſſe videtur. Item *Corallum*, eſt *quoddam vegetabile ſubmarinum*. Germ. Mineralien. Plura legenda ſunt apud *Mart. Rul. Schræd., Libav.* & alios.

*Min.* ità à Medicis præſcript. ſive aliàs notat. legend. eſt *Minor*, *Minus* ſ. Minoris.

*Miniſter*, vocatur, qui Ægris officia præſtat & alii vid. *Gal.*

*Minium Artificiale, Cinnabrium Artificiale* G. Zinnober vid. Cinnabaris factitia 🜓.

*Minium* vide Miltos, ſignificat Rubricam. Deinde dicitur *Saturnus vel Plumbum per Calcinationem reverberatoriam* [symbol]*tum Schrœd.* L. 3. c. 13. Dicitur & *Crocus* ♄ *ni* [symbol]*tus.* Mart. Rul. & *Johnſ.* vel eſt *Calx* ♄ *ni continuâ agitatione reverberata* ulteriùs ut rubeſcat, quoque vocatur 🜓 *Cinnabarinus* ♄ *ninus.* Germ. Mening. *Plura* legenda ſunt apud *Paracelſum* & alios.

*Minium Nativum* eſt Cinnabaris Nativa ſeu Metallica. 🜓 V. Cinnabaris Nativ.

*Minium* in Anglia & Norimb. in magna copia præparatur. Creſcit etiam in Bethica & Siſapo.

*Minium Secundarium, Sandix, Syricum, Sandaracha factitia* ex Plumbo vel Ceruſſa Germ. Menig. [symbol]

*Minor Mundus* vid. Vitrum.

*Minoratio* ſeu *Medicamenta Minorativa* ſunt eadem, quæ Lenitiva *Lex. Brun.*

*Minthe agria, Hedyoſmos agrios, Balſamita Felina, Mentha Caballina* Germ. Katzen-Müntz oder Roß Müntz.

*Miſadir, Mixadir* eſt Sal Armoniacum ✳. Germ. Salmiax *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Minutum*, i.e. Thus. *Germ.* Weyrauch *Sylvat.*

*Miopone* & *Mioponel*, i.e. Pſilothrum. Germ. Ein Mittel daß die Haare aus fallen.

*Miriſtica*, dicuntur Medicamenta Redolentia, Odorifera. Inde *Karea Miriſtica*, i.e. Nux Moſchata *Matth. Sylvat.*

*Mirmicelon*, vocatur 🝆 Formicarum. *Germ.* Ameiſen-Oel.

*Mirmicolenia*, eſt Lac Formicarum. Ameiſen-Milch.

*Miſce*, ſcribitur plerumque per M ſimplex in fine Formularum, & denotat Mixtionem duorum vel plurium Medicamentorum. Sign. M, M.

*Miſii* ſeu *Atramentum* Luteum. Germ. Gelber Berg-Schwefel / Geele Atrament. Foſſile eſt & ſpontè in Terræ viſceribus naſcitur, inque Fodinis Goslariæ Ærariis reperitur, & eſt efflorescentia Chalcitis. Dicitur & *Miſy* vid. Miſy.

*Miſſa*, ænigmaticè quoque translata ad Myſterium Lapidis Philoſophici, cujus deſcriptionem ſub Forma Miſſæ propoſuiſſe Nicolaum Melchiorem Cibinenſem teſtatur *Libav.* Tom. II. Oper. p. 350.

*Miſſadan* eſt ☽tum Vivum. *Mart. Rul. & Johnſonus.*

*Miſſadar* eſt ☿. *Mart. Rul. & Johnſ.* Germ. Queck-Silber.

*Miſſeraſſi* id eſt Gypſum. *Mart. Rulandus*, Germ. Gypß

*Miſterium Magnum*, eſt omnium Rerum Materia prima, Principium & Mater conjunctarum corruptibilium Creaturarum DEI. vid. Libr. ad Athenienſes. *Mart. Rul. & Johnſon.*

*Miſtio, Mixtio, Mixtura* & *Miſtura*, ità diverſi 🜓 res, Species & Medicamenta ſimplicia ſolida dicuntur miſceri, ubi tamen nulla fit Comunicatio aut tranſitio Virtutis propriæ in alteram. Chymici ità deſcribunt: *Miſtio* eſt Compoſitio per Minima undiquaque. Ejus Species quatuor ſunt. Inceratio, incorporatio, Colliquatio & Confuſio. *Mart. Rul. & John.* De his Speciebus vid. in ſuis Literis.

*Miſtu-*

Digitized by Google

*Miſturæ* quoque vocantur certæ quædam Formulæ Remediorum compoſitorum, inter quas palmam fert Mixtura Simplex ſeu Diaphoretica, de qua in Diſpenſatoriis leg &c. & vid. Mixtio.

*Miſy*, ſecundum quoſdam genus Myrrhæ eſt, aliàs etiam quiddam eſt ex tuberibus, ut vult Plin. Libro 19. c. 3. vid. *Mart. Rul.* fol. 336. Sed hoc loco Metallicum recrementum, dicitur cum Chalcitide cognatum & cum Chalcitide naſcitur, præterquam, quod tenuiorum ſit partium.

*Miſy*, eſt Minerale, ſive potius *Chalcitidis efflorescentia*, colore ☉rum imitans, ☉reisque ſcintillis, dum frangitur, ſplendens, natum ſuper Chalcitim & ex Chalciti, non ſecus ac Ærugo naſcitur ſuper æs & ex ære.

*Miſy* & *Sory* Chalcitidi generi cognata ſunt, ex una radice quaſi producta. Tenuius eſt *Miſy* craſſius eſt *Sory*. Hodie *Miſy* omnino non cognoſcitur, & multis ſeculis in uſu non fuit. vid. *Miſii* & *Lex. Brun.*

*Mithridanion* & *Mithridatia Apulej*, *Scordilium*, *Sanguis Milvi* eſt Scordium Germ. Lachen Knoblauch vid. Herb.

*Mithridates* Rex *Aſiæ minoris*, qui poterat 22. Linguas loqui.

*Mithridatium* (*mater omnium Antidotorum*) à Rege Mithridate compoſitum & pro Antidoto habitum ad depellenda è corpore Venena: ab Antiquis plurimi æſtimatur: verum quia conſtat ex ſimplicibus, quoad effecta contrariis, nunc temporis non tanti venit: nam ſi Opium & pauca calida demerentur, tota compoſitio viribus eſſet orbata. Hujus variæ dantur compoſitiones. Germ. Mithridat.

*Mitigatio* idem quod *Lenitio*. *Mitigatoria remedia* vel *Mitigantia* eadem cum Anodynis, quæ dolorem leniunt. vid Anodyna. *Lex. Brun.*

*Mitigativa Medicamenta*, quæ dolorem ſopiunt ac mitigant vid. Anodyna.

*Miva* eſt quæ cum Succo alicujus Pomi, beneficio Sacchari, ad conſiſtentiam Syrupi ſpiſſioris vel Gelatinæ cocta, in Officinis occurrit *Miva Cydoneorum ſimplex & compoſita*. vid. Diſpenſatoria.

*Mixaria* ſeu *Myxa*, Germ. Schwartze Bruſt-Beeren vid. Sebeſten.

*Mixtio*, *Mixtura*, *Miſtio*, *Miſtura*, *Crama*, *Croma* & *Chrama* eſt compoſitio 3. vel quatuor ingredientium, ſivè ſint ▽æ, Confectiones, Electuaria, Olea, Pulveres &c. videatur Miſtio. *Lex. Brun.*

*M. S.* ità à Medicis præſcript. vel aliàs notat. Legend. eſt Mixtura ſimplex.

*Mixtura 4. ſpirituum*, Mixturæ ſimplici addatur ⊸ C. C. rectif.

*Mixtura ſimplex ſive 3. Spirituum* ſeu *Diatrion Spirituum*. componitur ex ⊸ Theriacali camphorat. Spiritu ♁ri rectif. & Spiritu ⊖li, ut Diſpenſatoria oſtendunt.

*Mna* idem quod *Mina*, ſignificat Mille & Pondus. vid. Mina.

*Mnaſei Pharmacon*, Emplaſtrum eſt ab Authore *Mnaſea*, ſecundo ordine emolliens, cujus deſcriptio habetur apud *Galenum* & *Æginetam*.

*Mocedium*, *Mocedon*, eſt Semen Papaveris albi Germ Weiſſer Mag-Saamen.

*Mochiromilon*, eſt Mola manualis, qua teruntur Medicinalia. *Caſſius Felix*.

*Modios*, *Modius*, *Menſura* dicitur, continens ſedecim Sextarios, *Gal. Gorræus* Libro de Menſuris & ponderibus c. 5. vid. Symmetria.

*Modium*, eſt Pondus XL Librarum. *Galen.* c. 4.

*Modus*, Vocabulum multiplicem & variam habens notitionem, uti notavit *Galenus*. 3. in 1. epid. T. I. & alibi. Uſitatiſſima ſignificatio illa eſt, quando notat conditionem, differentiam, formam, vel certam circumſcriptionem, indolem ac rationem alicujus rei; Ratio applicandi, Modus utendi &c. vid. *Schrad. Rolfinck* & alii.

*Mola*, eſt nomen Medicamenti compoſiti, Dentium doloresmitigantis, cujus variæ formulæ leguntur apud *Gal.* Libro 5. de C. M. S. L. c. 9.

*Molibdena*, i.e. Plumbum. Germ. Gebrandt-Bley. *Sylvat.* ſed *Dioſcorid.* dicit, quod ſit quaſi Stercus ☉ri, vel ☽ti. Germ. Gold-oder Silber-Schaum.

*Molibato*, *Molibatum*, & *Calcbum* eſt Æs Plumbi. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Molitura* ſignificat propriè ipſam molendi actionem, quæ fit in Molis, eſtque ſpe-

Digitized by Google

ſpecies Trituræ, quando grana rediguntur in farinam. Hinc & apud *Scribon.* leguntur molita Faba, Ervum molitum, Piper &c. n. 195. ſeq. vid. *Lex. Rhod. Scrib.* de Molitura vid. etiam *Jul. Alex.* lib. 8. Salubr. cap. 11. *Chymicè molere*, eſt calcinare Metalla per Hydrargyrum, eſtque idem, quod Amalgama. *Libav.* Tract. de △ne natur. cap. 30. &c.

*Mollicinus*, epitheton Medicamentorum, quæ connatam humiditatem habent, qualis eſt in pinguibus ſingulisque oleoſis Medicamentis &c. *Gal.*

*Mollientia*, vid. Emollientia. Germ. Erweichende Sachen.

*Mollis*, Germ. Weich/ gelind / vid. Malacos.

*Mollitorius*, idem quod Emolliens. Legitur apud *For.* lib. 3.

*Molluca*, dicitur Cancer, cui amiſſâ veteri cruſtâ, nova ſubit tenera. *Linden.* Ex. VI. §. 4.

*Molluſcum*, idem quod Malacion, vid. Malacion.

*Moloch*, Chymiſtis vocatur Saturninus, ſeu Plumbeus Catinus, per quem in △ne fervente Argentum vivum trajicitur. *Libav.* Tract. de △ne Naturæ. cap. 35.

*Molochine*, epitheton Emplaſtri cujusdam viridis, apud *Gal.* lib. 2. c. 2.

*Molochites*, Gemma eſt non translucens, vid. Malachites.

*Molybdæna*, 1. vel eſt Plumbago metallica. 2. nata è Plumbo & Ære. 3. è Mixtura Plumbi & Argenti. 4. è Mixtura ♄ bi & Auri. 5. Plumbeis Laminis cocta. 6. in media catini parte orta. 7. Molybdenæ Cinis. M. *Rul.* & *Johnſ.* vid. Plumbago, Galena & Lithargyrium, & plumbarius Lapis.

*Molybdetis*, epitheton alicujus Lithargyrii, vid Lithargyros. *Gorræus.*

*Molybdochros*, *Molebdochrus*, dicitur plumbeus Colore, uſurpaturque de iis, qui Lenioſi ſunt, *Lang.* & *Dioſcor.* de Plumbaginis ſpecie pejori.

*Molybdoeides*, *Plumbarius*, epitheton Lapidis ſic dicti, à Plumbi ſimilitudine, viribus iisdem præditi, quibus & Plumbi ſcoria, ſive Recrementum. Quid verò ſit nemo veterum explicavit, *Gorræus.* An fortasſis ipſa Minera Plumbi ità dicitur? *Lex. Brunonis.*

*Molybdos*, eſt Plumbum. Germ. Bley. ♄. vocatur Metallum viliſſimum, conſtans ex multo ☿ rio, 🜍 re indigeſto, Sale aluminoſo ponderoſiſſimum, cujus Hiſtoriam, præparandique varietatem ad uſum medicum, vid. *Schrœd. Fr. Hoffm. Rul. Johnſ. Libav.* & alii Authores. Apud Chymicos dicitur Saturnus. ♄. vid. Plumbum. *Lex. Brun.*

*Molyza*, vocatur vel Caput Allii, vel Allium ſimplex caput habens, & non in plura diviſum. *Galen.* in expoſ. voc. Hippocr.

*Momordica*, ſeu *Balſamina cucumerina*, *Viticella*, *Charantia*, *Pomum mirabile*, *Pomum Hieroſolymitanum.* Germ. Momordica-Aepffel / oder Balſam-Aepffel. nusquam provenit, niſi in hortis colitur vid. Herbas.

*Monas*, *Unitas*, Terminus Spagyricus eſt & Hieroglyphicus, dum ex uno ad unum omnia deducere conantur. vid *Th. Chym.* Vol. II. pag. 183. ſeqq. vocatur & aliis *Clyſſus* vel *Elixir*, quando extractæ partes ex ſimplicibus iterum copulantur, quam operationem Philoſophi & Arcanorum Profeſſores unitatem ex Triade; Alii Circulum ex quadrato dicunt. *Libav.* Alch. Pharmac. cap. 27.

*Monedula*, nomen Avis, *Ariſtoteli*, Lupus, dictæ, quæ eſt Species Graculi, vid. *Aldrov.* lib. 12. Ornith. cap. 9.

*Monoceros*, latinè *Unicornis*, nomen Animalis & prominentiæ illius oſſeæ, quæ ex Animali illo excreſcere creditur, & pro ſingulariſſimo Alexipharmaco habetur, latinè *Unicornu.* Verùm quantis adhuc dubiis & ſcrupulis implicata ſit hæc de Unicornu Hiſtoria, legi poterit apud *Aldrov.* lib. 1. de Quadrupedibus. cap. 6. *Caſp. Rejes* C. Elyſ. p. 67. *Schrœd.* lib. 5. cl. 1. n. 39. *Fr. Hoffm.* in Clav. ad hunc locum, qui exiſtimat Unicornu, quod hodieque in diverſis locis aſſervatur, eſſe nihil aliud, quàm dentem Balænæ. Verum tamen Unicornu dari, exiſtimat *Chiocc. Muſ. Calc.* Sect. 6. pag. 687. Aliàs datur & Unicornu foſſile, Lapis Ceratites, Ebur foſſile, eſtq; Lapis



Digitized by Google

colore & levore Cornu referens, interdum & formâ ipſâ. *Schrœderus* lib. 3. cap. 8. n. 21. *Fr. Hoffm.* ad h.l. Medicamentum quoq; Chymicum ex Auro paratum, quod aliàs Manna ⊙laris dicitur, appellatur quoq; Unicornu ⊙lare, *Schrœd.* lib. 3 cap. 9. *Johnſ.* lib. 2. *Lex. Chym.* qui & ex Mynſichto Unicornu mineralis facit mentionem.

*Monophyllum, Unifolium, Gramen Parnaſſi*, Germ. Einbladt. vid. Herb.

*Monœmeros*, epitheton Collyriorum, quæ unius diei ſpacio Ophthalmias curare poſſunt. *Galen.* lib. 4. de C.M.S. c. 2.

*Monomelon*, eſt nomen Collyrii, quod unica ſpecilli inductione Oculorum inflammationi medeatur. vid. *Aëtius* & *Gorr.*

*Montifringilla*, eſt nomen Aviculæ montanæ. vid. *Aldr.* lib. 18. cap. 7.

*Monycha*, & *Mononycha*, dicuntur Animalia ſolidam Ungulam unicam habentia, uti ſunt Equi, latinè Solipeda, aut Solunguia, ſivè Solidunguia. *Hipp. Galen.* & *Foeſ.*

*Mora Bati*, ſeu *Mora Vaticana*, Germ. Brombeer. Creſcunt hinc inde in Sylvis.

*Mora*, ſeu *Mora celſa* & *domeſtica*, Germ. Maulbeer. Arbor cognita, quæ gaudet urbanis Hortis & areis, locisq; maximè propè Muros.

*Mordi Lapides*, vocantur Piſciculi quidam, ſuntq; Species Fundulorum, ſed vilior. Meminit *Jul. Alex.* lib. 15. Sal. cap. 7.

*Morella, Morellum, Solatrum*, Germ. Nachtſchatten. vid. Herbam Solani.

*Morella, Strychnos* & *Trychnos*, *Uva lupina* & *vulpina*. vid. Solanum. Germ. Nacht-Schatten.

*Moretarium*, idem quod Mortarium. *Rhod. in Lex. Scrib.* p. 411.

*Moretus*, Mulierculis noſtris uſitatiſſimum Potionis Genus aromaticum eſt, quod parari faciunt, ubi præſumptio imprægnationis adeſt, perſvaſum nimirum ſibi habent, falſam Imprægnationem exturbari, veram corroborari. Moretum dicitur, à Moris, ſeu Diamoro ingrediente. Germ. Maulbeer-Tranck. *Schr.* lib. 2. cap. 64.

*Mormyros*, vocatur Piſcis quidam marinus. vid. *Aldr.* lib. 2. de Piſc. c. 19.

*Morochthos*, *Galen.* lib. 9. de S. F. Dicitur Lapis quidam mollior, candidus, ità ut eo Lineæ ducantur. Vid. *Dioſcorid.* lib. 5. cap. 152.

*Morochtus Lapis*, eſt Oſteocolla, Lapis ſabuloſus. Germ. Woll-Stein / Bein-Bruch. vid. Lap. Oſteocoll.

*Morphnos*, nomen Avis, ad Aquilas pertinentis, quæ & Anaticida, Clangos, Plangos, dicitur. vid. *Aldrov.* lib. 2. *Ornith.* cap. 8. & 9.

*Mors* & *mortificatio*, non niſi Animæ à Corpore exiſtit ſeparatio & Corporis in Elementa & Principia Reſolutio; Nam axioma Chymicum eſt, quando aliquid redit in id, quod antea fuit (ut in Reſolutione Metallorum, quæ omnium difficillima eſt,) ſæpius accidet, Signum illud eſſe ultimam Reſolutionem nondum factum, nec animam à Corpore ſeparatam. *Johnſon. Lex.* 3. p. 58.

*Morſelli* & *Morſuli*, *Tabulæ* & *Tabellæ*, Medicāmenta ſunt quadrata utplurimum, parata ex [illegible]ribus & ſimilibus Saccharo ſoluto ſuſceptis, ſuperque Tabulam ligneam madefactam effuſis, ut conſolidentur. Germ. Morſellen. vocantur etiam Paſtæ Regiæ. *Lex. Blanc.*

*Morſus Diaboli, Succiſa, Jacea nigra*, Germ. Teuffels-Abbiß. vid. Herb. & Radices.

*Morſus Gallinæ, Pabulum anſerinum, Alſina*, vid. Alſine in Herbis.

*Morſus Mulierum, Teucrium, Pſeudo-Chamædris*, vid. Chamædris vulgaris. Germ. Wilde Chamänderlein.

*Mortarium, Moretarium*, & *Mortariolum* (diminutivum) eſt Inſtrumentum, & Vas Pharmacopœis uſitatum ex Ferro, Ligno, Marmore, Orichalco, Plumbo & vitro confectum, in quo Monachô, Pilâ aut Piſtillô, cum tubore rotundo, ferreô, lapideo, ligneo, orichalceo, plumbeo vel vitreo res quædam contunduntur. Germ. Ein Mörſel. *Lex. Brun.*

Morum,

*Morum*, Germ. Maulbeer. Eſt Fructus Arboris cognitæ. vid. Mora celſa.

*Morus paſſus*, *Mora bati vaticana*, vid. Rubus Idæus. Germ. Him-Beer.

*Moſa*, dicitur Edulium, & Pulmentum uſitatisſimum in Germania, ex Farina triticea, vel Zea paratum cum Lacte, quô non ſolum Ruſtici utuntur, ſed & penè matres omnes & nutrices Infantes replent. *Jul. Alex. & Galenus.*

*Moſchata Nux*, *Nux aromatica*, Germ. Muſchaten-Nuß vid. Nux aromatica.

*Moſchatella Apiana*, *Scirpula*, *Stacula*, *Sticula*, vid. Venucula.

*Moſchocaryon*, ſeu *Moſchocarydion*, *Nux myriſtica*, vid. Nux aromatica.

*Moſchus*, eſt Liquor exſiccatus, communi & vulgari traditione, qui ex iſta Vomica, vel Abſceſſu, circa Umbilicum animalis Moſchi, ſivè Capreoli Moſchi, aut Gacellæ Indicæ, vel Moſchiferæ Capræ, hærente, certô tempore promanat, quem dein Moſchum dicimus. Quarè Moſchus ſimiliter habeat Pelliculam naturalem, ſeu Folliculum, in quô colligatur & contineatur Liquor iſte Moſchus. vid. *Jonſtonus & Euſtachius.* Legitimus iſte Moſchus, qui reperitur in Receptaculo à Natura deſtinato, eſt optimus: Quidam, eſſe ſaniem ex tumore circa Umbilicum iſtius Animalis promanantem volunt: alii teſticulos ejusdem, alii aliud quid cenſent. Moſchifera Caprea, Capreæ minoris ſpecies eſt, dentibus duobus verſus inferiora prominens, quadrupes, ungulis biſectis, ſine cauda, Pilorum Color variegatus, ex luteo caſtaneus & Maculis quaſi ſuperbit: in abdomine cinerei, in Capite ex albo & cinereo caſtanei, ſunt & longiſſimi. Cæterum in abdomine non longè à poſterioribus pedibus, Eminentia quædam eſt, rotunda & dura, Ovi gallinacei mediocris magnitudine, pilis albis, iisque non flexuoſis, ſed rectis, & ad folliculi faſtigium porrectis obſita. Circa cujus partem inferiorem unica utrinque Caruncula apparet, qualis etiam, licet paulô major, non longè ab iſtis à ſiniſtro conſpicitur latere. Is autem Eminentia aut Tumor, nihil aliud eſt, niſi Folliculus quidam, in quo Moſchus, Saniei inſtar, colligitur. Prætereà totum animal eſt Moſchus, ſeu Moſchiferum: nempè non tantum ex Teſticulis animalium horum poteſt colligi præſtantisſimum Moſchi genus, ſed animal captum fuſtibus, probè contuſum & interfectum, ut in toto Corpore ſit. Sanguis ſuffuſus, ut ut jam incipiat putreſcere, omnis tamen Sanguis ſuffuſus ſimilem dat odorem Moſcho, & hic eſt Moſchus adulteratus, qui ad nos ſolet adferri pro legitimo, ut ut ille ſit legitimus, qui ex Folliculo ad Umbilicum ſito, colligitur. Germ. Bieſam. Plura legenda ſunt apud ſuperiùs dictos, & alios Authores.

*Moſel*, id eſt Jupiter ♃. Stannum. Germ. Zinn/ vid. Maſellum.

*Moſyllon*, eſt epitheton Cinamomi optimi. vid. *Gal.* lib. de Theriaca.

*Motal*, eſt Drachma. ʒj. ℈iij. ſivè gr. 60. *Johnſ.* 2. *Lex.* fol. 6.

*Motos*, vid. Linimentum. Germ. Sälblein. *Lexic. Brun.*

*Moxa*, venit ex China & Japan. Lanugo quædam eſt ab inferiore parte Arthemiſiæ foliis accreſcens, quæ Scalpello abraditur, & poſteà caro pretio venum exponitur. Inſervit uſtioni, eodem modo, ut in Ægypto Goſſypium, & olim *Hippocratis* tempore fungi ſimil. Sed magis fuſca ex America allata. *Lexic. Blanc.*

Moz, id eſt Myrrha. Germ. Myrrhen. *Johnſ. Lexic.* 2. fol. 6.

*Mucago*, *Mucilago*, *Muſcilago*, eſt Liquor viſcoſus ac tenax, vel eſt Extractio viſcoſa vel viſcida mediante Aquâ ex Gummi, Radicibus & Seminibus &c. facta. Germ. Schleim.

*Mucarum*, ſeu *Mucharum*, Vocabulum Barbarum eſt, fit beneficio Aquæ ferventis per infuſionem multiplicem cum Roſis Damaſcenis, ſeu pallidis. Aliquando etiam Mucharum Violarum tali modo præparatur.

*Muchiden*, id eſt, Stypticus Sapor. *Galenus* Lib. I. de Simpl. Med.



Digitized by Google

*Mucilago*, eſt Liquor viſcoſus & glutinoſus. Germ. Schleim/ vid. Mucago.

*Mucilago* ſeu *Gluten de ▽tico*, *materia prima Ranarum*, eſt Sperma Ranarum. Germ. Froſchleich.

*Mulier*, Chymici Mulierem vocant ☿rium, ſeu Argentum vivum, quemadmodum 🜍 Maritum. *Th. Chym.* Vol. VI. pag. 179.

*Mullus*, vocatur Piſcis marinus, vel potius littoralis, ſquamoſus. vid. *Gal.* Draco marinus, *Jul. Alix.* & *Aldrov.*

*Mulſa*, eſt Mulſum. Germ. Meth. vid. Hydromel.

*Mulſum acidum*, & *Acetum mulſum*, vid. Oxymel. Germ. Eſſig-Meth.

*Multinodia*, *Pedulium*, eſt Polygonum. Germ. Weegtridt. vid. Herb.

*Multipeda*, *Millepeda* & *Millepedes*. Germ. Keller-Eſelgen. Vid. Aſelli.

*Multiplicatio*, frequenter uſurpatur à Spagyricis, præſertim in negotio Lapidis Philoſophici, in quo Multiplicatio eſt res, quæ facit augmentum Medicinæ in Colore, Odore, Virtute & Quantitate: Nam eſt Ignis, qui excitatus nunquam moritur, ſed ſemper ſecum habitat, cujus una Scintilla poteſt excitare plus Ignis in Virtute multiplicati. Vol. II. pag. 116. Modos multiplicandi in Lapide vid. Vol. III. pag. 38. 397. Vol. IV. & VI. &c. *Sign. Mu.*

*Mum*, i. e. Cera. Germ. Wachs. *Avicenn.*

*Mumia*, Vocabulum eſt Arabicum vel Perſicum, ſed hodieq; variæ ſignificationis. Ejus habentur IV. Species: Arabum nempè, quæ eſt Liquamen ſeu Liquor concretus, exudans in Sepulchro è Cadaveribus, Aloë, Myrrha, Balſamoque conditis. Altera Ægyptiorum eſt, ſivè Liquamen ex Cadaveribus Piſſaſphalto conditis, nimirum, hoc condiebantur Cadavera & vilioris Sortis adeoq; & ipſamet Cadavera nonnunquam eo modo condita proſtant. Tertia, Piſſaſphaltum factitium, id eſt mixtum Pici bitumen, quod pro Mumia venditant. IV. Cadaver ſub ∴na Solis æſtu torrefactum; fitque in Hammoniarum Regione, quæ eſt inter Cyrenarum Regionem & Alexandriam, ubi arenarum Syrtes ventorum turbine ſublatæ incautos Viatores obruunt, unde horum Cadavera à flagrante ☉lis æſtu torrentur & exareſcunt. Omnium præſtat prior ſpecies. Sed putatur nos optimâ ratione poſſe carere hoc Medicamento ſuſpecto & nauſeabundo. vid. *Schrœd. Hoff. Chiocc. Muſ. Mart. Rul. & Johnſon.*

*Mumia*, dicitur non ſolum humana Caro, Balſamò condita, ſed etiam alia quæq; non per ſe mortua, ſed occiſa, & medicata, curativæ Facultatis. *Mart. Rul. & Johnſonus.*

*Mumia Elementorum*, eſt Balſamus Elementorum externorum. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Mumia Græcorum*, vid. Piſſaſphaltum. Germ. Erd-Pech/ Berg-Pech/ Pech-Leim / oder Leim-Pech.

*Mumia Medulla*, vel *de Medullis*, ſunt Oſſium ipſæ Medullæ. Germ. Marck. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Mumia Satyrii*, eſt Medicamentum ex Satyrio paratum, cujus Deſcriptionem tradidit *Caſp. Rejes* C. El. p. 44. num. 20.

*Mumia transmarina*, dicitur Manna. *Mart. Rul.* & *Johnſ. Parac.*

*Mumia verſa*, eſt Liquor Mumiæ. *Mart. Rul.* & *John.*

*Mundatio*, *Depuratio*, ſive *Purificatio*, eſt, quando Medicamenta à Pulvere, Corticibus, aliiſque immundis purgantur. Germ. Säuberung.

*Mundificativum*, eſt tale Medicamentum, quo Ulcera à ſordibus purgantur. Germ. Säuberende Mittel. *Lex. Blanc.*

*Muraba*, eſt Conditum aliquod, ſicut Roſæ, Violæ, Mirobalani, & cæteri Fructus conditi. *Matth. Sylvat.*

*Muralis Herba*, eſt Parietaria. Germ. St. Peters-Kraut. vid. Herbas.

*Muræna*, Piſcis dicitur oblongus, teres, & lubricus, carens Squamis, ſimilis quodammodò Anguillæ. vid. *Aldrov.* & *Jul. Alex.*

*Murex*,

*Murex*, è Concharum aſperarum genere eſt, differens à Purpura. vid. *Ald.* lib. 3. de Teſtac. cap. 8. *Jung. Rhod.* ad *Scrib.* n. 104.

*muria*, vide Halme, Salſilago, vel Condituræ ſalſamentariæ, Jus, Liquorve. *Lex. Brunon.*

*muria factitia* cum miſcemus Cœleſti ▽æ, Salis parum. *Mart. Rul.*

*Muria*, (*Garum*) eſt Brodium ſalſum, quô Halec vel alius Piſcis conditus fuerit, Clyſteribus in coxendicis dolore & Hydrope; mundificat Ulcera fœtida, Gangrænam cohibet. &c.

*Muria nativa*, eſt ▽ marina, vel illa, unde coquitur Sal noſtrum, ut fit Hallis Saxoniæ, & in aliis locis.

*Muria* quoq; dicitur Menſtruum fœtens, ▽ fortis. *Mart. Rul.* & *Johnſonus.*

*Muricus*, i. e. Tamariſcus. Germ. Tamariſſen-Holtz. *Steph.*

*muris alpini*, *ſeu montani Pinguedo.* Germ. Murmelthier- oder Murmentele-Schmaltz / Adeps Murmenti, Marmotæ, Murmurei, vel Gliris alpini, ſeu montani, & Alpium altisſimarum Incolæ; magnitudine Cuniculæ ferè ſuperantis hieme integrâ dormitantis.

*murmentum*, *marmota*, eſt Glis alpinus. vid. Muris alpini Pinguedo.

*Murpur*, Æs eſt, ſeu Cuprum. ♀. Germ. Kupffer. vid. Venus Macrocoſmi.

*murrha*, dicitur Lapis Chalcedonius, vel Gemma, quæ præcipuè in Germania ex Humore ſub ▽ ra Solis æſtu concreto, velut Lyncurium coaleſcit, quæque non ſplendet, ſed purpureis & coruſcis in candore Maculis verſicolor, veluti Murena Piſcis nitet. Inde Myrrhina vel Murrhea vaſa parata, quæ Vini ſaporem fovebant. vid. *Lang.* lib. 1. Ep. 29.

*Murteum*, pro *myrteum*, uti & Murtus pro Myrtus. vid. *Lex. Scrib.* *Rhodii.*

*Mus alpinus*, vid. Muris alpini Pinguedo. Germ. Murmelthier-Schmaltz.

*Mus terrenus*, vid. Talpa. Germ. Maulwurff / Moltwurff / oder Scheer-Mauß.

*Muſadi*, *muzadir*, *Miſadir*, *Lixandram*, id eſt Sal armoniacum. ✱. *M. Rul.*

*Muſca*, Inſectum vocatur æſtatis tempore notiſſimum, cujus varia quidem ſunt Genera, ad uſum verò medicum ſaltem vulgare recipitur. *vid. Aldr.* lib. 3. de Inſectis Cap. 1. & *Schrœd.*

*Muſca Hiſpanica*, Germ. Spaniſche Fliegen / vid. Cantharides.

*Muſcerda*, id eſt Fimus ſive Stercus Murium. Germ. Mäuß Koth / oder Mäuß-dreck lein / cujus uſus Medicus eſt notiſſimus, v. gr. ad Glandes pro Alvo ſtimulanda. *Lex. Brunon.*

*Muſchus*, ſeu *Moſchus*, Germ. Bieſem / vid. Moſchus.

*Muſcus arboreus*, eſt Pulmonaria Quercina. Germ. Eichen Lungen-Kraut.

*Muſcus Capillaris*, vid. Adianthum. Germ. Stein-Färlen.

*Muſcus Cranii humani*, vid. Uſnea. Germ. Mooß von Menſchen-Hirnſchalen.

*Muſcus*, dicitur Excrementum herbaceum, inſtar lanuginis Corticibus arborum vel Oſſibus aëri expoſitis, adnaſcens. Dicitur & Uſnea.

*Muſcus marinus*, Germ. Meer-Mooß. vid. Corallina. Germ. Corallen-Mooß.

*Muſcus pulmonarius*, vid. Herba Pulmonaria arborea.

*Muſcus ſaxatilis*, Germ. Stein-Leber- oder Lungen-Kraut. vid Lichen.

*Muſcus ſerpentinus*, ſeu *anguinus*, Germ. Schlangen-Mooß / Katzen-Leiterlein. vid. Lycopodium.

*Muſcus terreſtris elevatus*, vid. Lycopodium, & Sem. Lycopodii.

*Muſtarda*, quaſi Muſtum ardens, quoniam habet Saporem acrem, & quaſi ardentem & parata: eſt ex Muſto & Sinapi ꝯ ſato, nominatur quoq; Condimentum ſalinum volatile, vid. *Sibezius.*

*Muſtus* eſt Calx iſta alba in Urina veluti Pinguedo. Germ. Ein Waſſer-Kalch deß Harns. *Mart. Rul.* & *Johnſonus.*

*Muſtus*, ſeu *Muſtum concentratum*, ſunt Paſſæ, ſeu Paſſulæ.

*Muſtus*, ſeu *Muſtum*, vid. Gleucos, vocatur etiam Deucos & Glaucos. Eſt Succus ex Pomis, Pyris, & Uvis maturis expreſſus. Germ. Wein- Aepffel- oder Birn-Moſt. *Hippocr.* lib. 2. &c.



Digitized by Google

*Myax*, *Mutulus*, ſeu *mytulus*, dicitur de Conchis marinis & fluviatilibus communibus. vid. *Aldr.* lib. 3. de Teſtac. cap. 71.

*Myacantha*, *Chamæmyrthus*, *Cyrenia*, *Genitura Herculis*, *Hieromyrtus*, *Palma murina*, vid. Rad. Bruſci. Germ. Bruſſen-Wurtzel.

*Myces*, ſive *Fungus*, Germ. Schwam. vid. Fungus.

*Myelos*, eſt Medulla. Germ. Marck / vid. Medulla.

*Mygale*, eſt Mus araneus, ita dictus, quod ſit Muris ſpecies, colore autem Muſtelam referat, cujus morſus venenatus habetur, uti patet ex *Foreſto*, l.30. Obſ.12. *Lang.* lib.1. Ep.68. Pleniorem hiſtoriam Muris aranei cum uſu & noxa, vid. *Aldrov.* lib. 2. de Quadrup. d. c. 33.

*Myja*, id eſt Muſca. Germ. Eine Fliege. vid. Muſca.

*Mylos*, eſt Nomen Piſcis marini, cujus meminit *Galen* lib. 3. Al. Fac. c. 31.

*Myracopum*, & *Myracopon*, eſt epitheton Medicamenti Topici, quod Laſſitudines tollit, cum quadam odoris ſuavitate. *Galen.* lib. 7. cap. 112. Eſtque vulgò Unguentum. *Lex. Brun.*

*Myrica* & *Myrice*, *Tamariſcus* & *Tamarix*, ſeu *Myrix*. vid. Cortices Tamaricis. Germ. Tamariſken Rinden.

*Myricetum*, eſt Campus vel Locus ubi Geniſta naſcitur. *Johnſonus.*

*Myrinum*, *Murrinum*, *Myrrhinum*, dicebatur Vinum, cui Unguentum ſuperfuſum erat, de quo *Linden.* ex X. §. 162. ſeq.

*Myriſtica Nux*, *Aromatica Nux*, vid. Nux Moſchata. Germ. Moſchaten-Nuß.

*Myrmecia*. Germ. Ameiſe. vid. Formica.

*Myrmecites*, Lapis dicitur formicarius, vel repentis Formicæ effigiem habens. vid. *Aldrov.* lib. 5. de Inſectis cap. 1.

*Myrmex*, *Myrmecia*, id eſt Formica. Germ. Ameiſe / vid. Formica.

*Myrobalana*, ſeu *Myrobalani*, Fructus ſunt ex numero Prunorum exoticorum, veteribus Græcis incogniti, ab Arabibus primùm inventi ſunt 5. Genera Myrobalanorum, nempè: Chebuli, Citrini, Bellirici, Indi, Emblici. Chebuli omnium maximi ſunt, oblongi, intus Nucleum continentes; externè colore fuſco, & vocantur Quebolia, & Quebuli, Cepulæ, Chepulæ & Chebulæ, maximi, oblongi, anguloſi. II. Citrini, externè ſunt Colore citrino & teretes, oblongi & ventricoſi, dicuntur lutei, flavi, citrini. Intus Nucleum habent, ipſorum Arbor Folia inſtar Amygdali habet. III. Bellerici, ſivè Bellirici etiam oblongi ſunt, Cucurbitã referentes, eorum Arbor Folia habet inſtar Lauri, vocantur & Belleregi, Bellilegi, Bellegu, rotundæ Belliricæ. IV. Indi, ſunt oblongi & nigri, prioribus minores, quorum Arbor Folia habet inſtar Amygdali, vel ut alii volunt Salicis, vocantur & Inda & Damaſonia & nigra, Myrobalanæ nigræ octangulares. V. Emblici rotundi quidem ſunt, ſed ſemper ferè in fruſta fiſſi. Folia habent tenuia in modum ferè Salicis; appellantur & Embelgi, Emblegi, Ambegi, Myrobolani de Seni, Serapioni, Senitici, Empelica, Empelitica, Emplica. Omnes illæ Species Pruni ſunt, & inter eas cenſeri debent, quamvis Foliis, Regione & Fructuum Figura ab invicem differant: Omnes quoque purgant & aſtringunt, ferè ut Rhabarbarum. Eligendi ſunt ſemper carnoſiores, craſſiores & ponderoſiores. Plura dari Genera quàm quinque vult *Velſchius*. Ephem. Nat. Cur. Ann. III. Obſerv. XXXII.

*Myrocopus* eſt ille, qui fecit aut vendit Unguenta. *Johnſ.*

*Myron*, idem eſt, quod Unguentum. *Johnſonus.*

*Myropola*, eſt Unguentarius, qui Unguenta vendit. Germ. Salben-Verkauffer.

*Myropiſſoceron*, eſt Nomen Medicamenti compoſiti ad Alopecias, cujus meminit *Soranus* in Compoſitione Pharmac. quam citat *Galen.*

*Myrrha*, Antiquis etiã *Murrha*, Gumi, ſ. Lachryma, ſeu concretus & gummeus Succus eſt cujusdam Arboris, quæ in multis Arabiæ Regionib9, & montoſis & planis

Digitized by Google

planis naſcitur, nec non in Americæ & Caldeæ locis. Ad nos affertur ex India & Alexandria Ægypti, Ceilon, Candi, Java & Pegu. Germ. Myrrhen. Eligenda eſt recens, fragilis, levis, undique concolor, quæ confracta, Venas Unguium modo candidas & leves oſtendat, minutis Glebis, amara, acris, odorata, calefaciens: Supervacua & inutilis eſt ponderoſa, coloris picei. &c.

*Myrrha ſtillatitia*, ſeu *Balſamum Peruvianum*, Germ. Peruvianiſcher Balſam / oder Balſam von Peru / vid. Balſ. Peruvianum.

*Myrſinaton*, eſt nomen Emplaſtri. vid. *Ægineta* lib. 7. cap. 17.

*Myrſinites*, idem quod Myrrhinites, id eſt Vinum Myrrhotum. *Linden.*

*Myrta ſylveſtris*, ſeu vulg. *Vaccinia nigra*, & *Idæa nigra*, Germ. Heydel-Beer / Steudel-Beer / Trock-Beer / Drumpel-Beer / Bickel-Beer / Roß-Beer / und Schwartz-Beer. &c.

*Myrtha cantha Lob. Bruſcum, Bruſcus* & *Ruſcus*, vid. Rad. Bruſci. Germ. Mäuß-dorn-Wurtzel.

*Myrthus Italica*, ſeu *Myrthi Baccæ veræ*, & *Tarentina*. Germ. Welſche Heydelbeer / Myrten-Beer / Myrtellen-Baum. Arbor frequens eſt in Italia & Gallia aliiſque peregrinis Regionibus. Baccæ ejus ad nos delatæ præferuntur (tanquam) recentes, plenæ, ſucculentæ, odoratæ, grandes & benè nutritæ.

*Myrtidanon*, triplicem habet Significationem: Apud *Dioſcorid.* ſignificat aliquid Myrto adnaſcens, inæquale & verrucoſum, ejuſdem coloris, quod perinde quaſi manus caudicem Myrti amplectitur, *Dioſc.* lib. 1. cap. 156. Hoc *Galen.* vocat Myrtada lib. 7. de S.F. Apud *Hippocr.* ſignificat Fructum vel Plantam, quam Perſæ Piper Indicum vocant. lib. 2. de Morb. Mul. LXXXIV. 8. Apud *Plinium* Myrtidanum Vinum dicitur, ex Myrti Sylveſtris Baccis confectum. lib. 14. c. 16. notante *Foeſ.* p. 421.

*Myrtillus*, ſeu *Vitis Idæa nigra*, *Myrtus vulgaris*, & *Pſeudo-myrtus*. Germ. Heydelbeer / Stauden Krockbeer / Drumpelbeer / Stichelbeer / Roßbeer / und Schwartzbeer-Stauden. Fructus colligitur & exſiccatur Plenilunio. Naſcitur in Montibus & Sylvis.

*Myrtus acuta*, ſeu *ſylveſtris*, *oxymyrſine*, *Spina murina*, vid. Rad. Bruſci. Germ. Mäußdorn-Wurtzel.

*Myrtus vulgaris*, *Pſeudo-myrtus*, vid. Myrtillus.

*Myrus*. vocatur Piſcis murænæ mas, vid. *Jul. Alex.* & *Aldrov.*

*Myſterion*, vid. Tetrapharmacon, ſive Tetrapharmacum.

*Myſterium*, eſt Eſſentia interioris Naturæ, totius Subſtantiæ in ſubtili reconditaque Materiæ parte vehens, &c. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Myſterium Hellebori nigri*, eſt ſcil. de Foliis Hellebori nigri. *Paracelſ.* per Membra principalia vulnus curari debet, ut Capitis per Cerebella, Hepatis per Hepatica, & ſic in aliis. *Parac.*

*Myſterium magnum*, *primum omnium rerum Materia*, Principium & Mater cunctarum corruptibilium Creaturarum DEI eſt, Chaos illud rude. Germ. Die erſte Materia und Anfang aller Geſchöpffe GOttes. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Myſtron*, Menſura eſt Liquidorum apud Atticos, tres Drachmas ʒiij. ponderales capiens vel Cochlear 1. min. cum quarta parte.

*Myttoton*, dicitur Intritum vel Pulmentum ex allio & nigra Oliva compoſitum, quod in Cibo movet ☐nam, Venarum Orificia aperit & Hydropicis conducit. *Dioſcorid.* lib. 2. cap. 182. quamvis & alia admiſta fuerint, Cepa, Porrum, Acetum, Caſeus. &c. meminit *Hippocr.* lib. de viſu III. 9. lib. 2. Epid. 6. 54. &c.

*Mytulus* & *Mutulus*, vid. Myax vel Mutulus.

*Myva*, vel *Miva*, vid. Miva. Germ. Eingekochter Safft.

*Myxa*, *Myxaria*, vid. Sebeſten. Germ. Schwartze Bruſt-Beer.

N.

Digitized by Google

# N.

N. n. N°. n°. eſt Signum Medicum, in Remediorum formulis deſignat Numerum, ex. gr. ℞. Baccarum Lauri No. iij. hoc eſt Numero tres, vel Dactylorum, Jujubarum n. ix. hoc eſt numerô 9.

*Nabit*, eſt Potus, qui fit ex Dactylis & Ficubus ſiccis coctis in aqua, vel quocunq; Fructu dulci. *Matth. Sylvat.* p. 154.

*Nafda, Sinapta*, id eſt, Petroleum vel Aſphaltum. *Mart. Rul & Johnſ.* vid *Mart. Rul.* fol. 342.

*Nagemulus*, eſt nomen Piſcis, qui & Schilus vocatur. vid. *Aldrov.*

*Napellus Avicennæ*, vid Radices Hellebori nigri. Germ. Chriſt Wurtzel.

*Napellus ſalutiferus Moyſis, Zedoaria Arabum*, vid. Rad. Anthoræ.

*Naphtha, Naphtas, Petrelæum*, ſeu *Petroleum, Pharmacon Suidæ, Bituminis Colamentum, Oleum mediæ, Oleum petræ.* Germ. Peter-Oel/ Stein-Oel. Eſt Colamen bituminis Babilonii, conſiſtentiâ liquidum & Ignem ad ſe è longinquo celerius trahens, & nihil aliud eſt, quàm Petroleum, vel Oleum illud liquidum, quod ad nos licet corruptum ferunt: *Mart.* Rul. *& Joh.* vid. Mart. *Rul.* fol. 342. ad 344. vid. quoque *Schrœd.*

*Napta*, ſive *Naphtha alba*, & *Flos coloris candidi*, bitumine tenuior, & ignem ad ſe celerius è longinquo trahit, id eſt Petroleum album, vel Oleum Petræ album. Germ. Weiß Stein-Oehl. vid. *Dioſcorid. Mart. Rul.* & *Johnſ. Schrœd.* & alii plur.

*Napta*, eſt Gumma. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Napus*, ſeu *Bunias*, Germ. Steck-Rüben. vid. Sem. Napi. Germ. Steck-Rüb-Saamen.

*Nar*, eſt Pyr, Ignis. △. Germ. Feuer. *Mart. Ru. & Johnſ.*

*Narbaſaphar*, Mart. Rul. & Narbaſathar. *Johnſonus*, eſt Flatus mineræ, Aurichalcum. ◇. Germ. Meſſing

*Narcaphthon, Naſcaphthon*, inter Aromata recenſetur, & ex India olim deportabatur, corticoſum Naturâ & putaminibus Arboris mori ſimile; nunc ſolo nomine nobis cognitum eſt. Jucundi odoris gratiâ ſuffitus. *Gorræus Ægineta*, lib. 7. cap. 3. Thuris Cortex quoq; apud *Schrœderum* dicitur. lib. 4. Cl. 1. n. 344.

*Narcotica*, ſunt Medicamenta, quæ ſtuporem inducunt, & dolorem ſiſtunt, Germ. Vertobende Mittel. *Lex. Brun.*

*Nardileum, Nardinum*, dicitur ∘°∘ de Spica Nardi. *Sylvat.*

*Nardus agreſtis, Radix Georgiana*, vid. Rad. Valerianæ. Germ. Baldrian-Wurtzel.

*Nardus Alpina, Gallatica, Saliunca*, vid. Flores Spicæ Celticæ. Germ. Mariä Magdalenen Blumen.

*Nardus Celtica* & *Gallica*, eſt Spica Celtica & Romana. vid. Fl. Spicæ Celticæ.

*Nardus Indica*, vid. Spica Indica. Germ. Indianiſche Spicanarden.

*Nardus Italica*, Spica Nardi, vid. Flores Spicæ hortenſis. Germ. Spicanarden-Blumen.

*Nardus ſylveſtris, Phu*, ſeu *Valeriana*, Germ. Baldrian/ vid. Rad. Valerianæ.

*Narthex*, Æquivocum eſt, vel ſignificat Plantam Ferulam, vel Inſtrum. medicum è Ferula. Vel eſt Titulus quidam alicujus Libri Græci Medici, teſte *Galeno* lib. 1 cap. 13.

*Naſalia*, vid. Errhinum, Germ. In die Naſen gebrauchende Mittel. *Lex. Br.*

*Naſcalia*, ſunt Globuli, vel idem quod Peſſaria, vid. *Schrœderus* lib. 1. cap. 3. Acuratius deſcript. vid Morellus, à Peſſariis diſtincta, quòd ſint Penicil-

nicilli in nodorum effigiem molliſſimi, ex cotonis vel lanæ flocculis aut hapſo, qui inſuccantur vel Succo idoneo, vel Unguento convenienti, lib. 2. de form. Remed. præſcr. Sect. 2.

*Naſturtium*, Germ. Kreſſen / vid. Herb. & Semina.
*Naſturtium album Arabum*, vid. Rad. Raphani marini. Germ. Meer-Rettig.
*Naſturtium Alpinum minimum*, vid. Sem. Sophiæ. Germ. Woll-Samen.
*Naſturtium arvenſe*, eſt Naſturtium ſylveſtre, vid. Sem. Thlaſpios.
*Naſturtium hortenſe, vulgare, Cardamum & Creſſio*. Germ. Garten-Kreſſen / vid. Semen Naſturtii.

*Naſturtium Indicum*, vid. Herbas. Germ. Indianiſcher Kreſſen.
*Naſturtium pratenſe*, Germ. Wieſen-Kreſſen. vid. Herbas.
*Naſturtium ſylveſtre*, vid. Herbas ſeu Sem. Thlaſpios.
*Nataron, Natron*, id eſt Nitrum. ⊕. Germ. Salpeter. *Lex. Brun.*
*Natris*, eſt ſpecies Serpentis. vid. *Aldrov.* lib. 2. Hiſt. ſ. & dr. cap. 18.
*Natura*, quid Chymici per Naturam intelligant, vid. Volum. VI. *Th. Chymici*.
*Naturalis*, dicitur de omni eo, quod à Natura, tanquam à cauſa efficiente, dependet, vel quod Naturam in ſe habet. *Lex. Brun.*

*Nautea*, quidam ſtatuunt, eſſe Herbæ nomen, cum granis nigris, quâ Coriarii utuntur, quæ, quia nauſeam facit, hoc nomine inſignita fuit. *Lex. Brun.*
*Neapolita*, Author quidam Medicus, à quo nomen accepit Smegma quoddam Neapolitæ dictum. *Æгineta* lib. 3. cap. 22. *Gorræus*.
*Neaſtron*, Terminus *Paracelſ.* ſignificans motionem Elementorum in Elementis, ſive in omnibus, quæ ab Elementis oriuntur, & diffundit ſeſe veluti in ſuos Ramos, & quò pervenit, ſeſe exerit. *Lex. Brun.*

*Nebulgea* & *Nebulgen*, eſt Sal, ex humiditate Nebularum ſæpius ſuper Lapides in Pratis decidens, calore Solis induratum. *Mart. Rul. & Johnſ.*
*Necrolia* & *Necrolica*, ſunt Medicamenta, quæ mortem pellere, ac vitam conſervare poſſunt. *Dorn.* in Diction. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Nectar*, vocabitur Gentilibus Potus Deorum, quemadmodum Ambroſia, eorundem Cibus. Propriè Nectar dicitur Vinum mulſum, ex Muſto confect, hoc modo, Muſtum, quousque ad dimidias ferè reſideat, excoquitur & in decem ejus ſextarios, unus Mellis Attici miſcetur, poſt in cadum tranſfunditur, gypſatoque vaſis ſpiraculo in umbra reconditus, ex *Gorræo*, qui ex CONSTANTINO Cæſare lib. 8. de Agricult. deſumſit. *Linden*, qui ex Feſto, Nectar idem eſſe, quod Myrrhinum, vel murratum Vinum docuit. Laudavit quoque, quòd ſit ſuaviſſima Confectio, nec dubitandum, fuiſſe inter Veterum Lautitias. Nectar fit ex claro & correcto Vino: correctum Vinum rubrum eſt coagulatum: Clarum eſt Vinum album, lib. 1. *Lexic. Medic.* & lib. 2. Nectar eſt Confectio albuminis Ovorum. Medicis autem ſonat Potus medicamentoſus, colore tamen guſtu & odoratu gratiſſimus. *Lex. Brun.*

*Nectar Vitrioli nigrum*, fit per affuſionem ℥j. Spir. Vin. ſuper ℥v. Sacchari candi, fiat Mixtura nigra.
*Nectareus*, *Nectarites*. Epitheton (1) Vini, apud *Dioſcoridem*. (2) Antidoti apud *Galen.* (3) Eglegmatis Anodyni contra Colicam, Pleuritidem & Dyſpnœam. (4) Collyrium *Marci* Nectarium ad Lippitudines.
*Neda*, eſt Confectio quædam aromatica ad fumigandum, quæ conſuevit deferri ad nos Trochiſcata in forma quadrangulata oblonga, dicta Nedo, Nedu. *Matth. Sylvat.* p. 155.
*Nedeon*, quid *Paracelſo* ſignificet, nec *Dornæus*, vel alii ejus Sectatores explicarunt. Videtur verò denotare aliquam ſpecificam rei uniuscujusq;



Digitized by Google

naturalis proprietatem eſſentialem, vel virtutem, occurrit libro 4. Philoſoph. Tract. 2. cap. 1.

*Neilion*, nomen eſt Malagmatis, vid. *Ægineta*, lib. 7. cap. 18.

*Nenufarini*, dicuntur Spiritus aërem inhabitantes. *Dorn. Mart. Rul. & John.* ex *Paracelſ.*

*Nenuphor* & *Nenufar*, eſt Nymphæa, vid. Flores Nymphеæ.

*Neogala*, eſt Lac recens. Germ. Friſche Milch.

*Nepa*, idem quod Cancer, *Keuchen.* ad Seren. pag 136. quamvis *Aldrov.* potius Scorpionem denotare velit, lib. 2. de Cruſtac. cap. 16.

*Nepenthes*, *Laudanum opiatum*, Medicamentum verè laudatum. Nepenthes remedium Helenæ fuiſſe dicitur, quò omnes è Corde languores & ægritudines ſuſtulerit, & hilaritatem induxerit. Legitur apud *Homerum.*

*Nepeta*, Germ. Katzen-Kraut. vid. Herbas.

*Nephridion*, dicitur Pinguedo renalis, quæ Renibus adjacet *Hippocr.*

*Nephritica*, ſunt Medicamenta Renum morbos auferentia. *Lex. Brun.*

*Nephriticum Lignum*, vid. Lignum Nephriticum. Germ. Grieß-Holtz.

*Nephriticus* eſt, qui Renum dolore, vel qui ex Renibus laborat.

*Nephriticus Lapis*, vid. Lapis Nephriticus. Germ. Grieß-Stein.

*Nephrocatharticum*, eſt Medicamentum purgans Renes.

*Nequi*, eſt Stagnum æneum. *Johnſ. Lex.* 2. fol. 6.

*Nerantia*, *Aurengia*, vid. Arantia, ſeu Aurantia mala.

*Neriden*, eſt Spica Romana, vel Celtica. *Avic.*

*Nerita*, dicitur Species Teſtaceorum, & quidem turbinatorum, cujus Deſcriptionem cum variis differentiis vid. apud *Aldrov.* lib. 3. de Teſtaceis cap. 26. ſeqq.

*Nervina*, ſunt Medicamenta, quæ adverſus Nervorum morbos in uſu ſunt. Germ. Sennen-Mitteln/ oder Nerven-Mittel.

*Neſtudar*, eſt Sal hammoniacum. Germ. Salmiac. vid. Sal armoniacum.

*Nethalim*, *Nethalimi*, i. e. Epithymum. Germ. Stoltz-Kraut/ Thym-Seiden/ Welſcher Quendel.

*Netopon*, nomen eſt Unguenti cujusdam odorati, & ex variis Aromatibus mixti, propterea ſumtuoſi. Qualia erant Muliercularum Romanarum Unguenta, ſpicatum, foliatum, comageatum, & ſuſinum, cujus *Hippocr.* paſſim meminit de Natur. & Morb. Mul.

*Neuritica* & *Neurotica*, ſunt Medicamenta, Nervorum mala auferentia. vid. Nervina.

*Neuter*. *Neutralitas*, quoq; à Chymicis deſcribitur, quòd ſit neutraliter media Diſpoſitio vel Mediocritas, in qua per Modum medii ſeſe habituant actiones ſui Subjecti, ad conſervationem Speciei, ex *Lullii* Theorica c. 2. in Vol. IV. Th. Chym. p. 4.

*Nezemus*, *Nezemuſi*, i. e. Majorana. Germ. Majoran.

*Nicarion*, vocatur Genus quoddam Collyrii nardini, ex Lacte præparati ad multa Oculorum vitia perutile, cujus deſcriptio habetur apud *Aëtium* lib. 7. cap. ultim. Cit. *Gorr.*

*Niccolus*, eſt Nomen Gemmæ apud *Chiocc.* in Muſ. Calc. Sect. 1. p. 212.

*Nicon* item *Ninon*, Barbaris vocatum fuiſſe Helleborum teſtatur *C. Rayes Camp. El.* p. 63. n. 45.

*Nicotiana*, *Hyoſcyamus peruvianus*, *Petum*, *Torna bona*, vid. Herbas.

*Nidus Hirundinum*, Germ. Schwalben-Neſt/ uſurpatur ad Emplaſtrum de Nido Hirundinum.

*Nigella*, *Gith*, Germ. Schwartzer Kümmel. vid. Semen Nigellæ.

*Niger Henricus*, vid. Piger Henricus, vel Athanor, ſeu Fornax acida vel acediæ Furnus.

*Niger*, *Nigredo*, de Nigredine Mercurii fixa, leg. *Libav.* S. A. Ch. lib. 3. c. 15. in opere Lapidis Philoſophici. Nigredo Corvina quid ſit, vid. apud eundem Tom. II. Oper. pag. 98. 368. 405. 407. &c.

*Nigriſi-*

Digitized by Google

*Nigrificatio*, dicitur illa ipſa Operatio &c.

*Nihil, Nihilum album*, Germ. Nichts/ Weiß nichts/ Galmeyen=Flug/ opponitur alicui ſivè Materiæ. Idem proprie quod non Ens; Etenim, quod verè non eſt, nihil eſt: & contra quod nihil eſt, verè non eſt. *Th. Ch.* Vol. I. pag. 240. De Nihilo triplici Crolliano, Deali, Negativo, & Privativo, epicriſin *Libav.* vid. Tom. IV. Oper. pag. 83. Nil, Nihil & Nihilum album, vid. Pompholyx.

*Nil Cinereum*, ſeu *Gryſeum*, vid. Spodium Græcorum ſeu Metallicum.

*Niliacum*, epitheton Mellis, idem notans, quod Atticum, vel Hymettium & principem tenet locum in Medicina, ex *Dioſcor. Keucben. ad Sammon.* pag. 158.

*Nimbus*, idem quod Imber, vid. Imber. Nimbos ex tonitru fracedine decuſſos, fertiles teſtatur experientia, & cum hac *Helmontius*, Tr. Imago ferment. n. 33.

*Niphetos*, dicitur Nix, confertim & cum impetu irruens, ſivè nives confertæ, apud *Hippocr.* lib. 4. Epid. III. 8. *Jung. Foeſ.* p. 431.

*Nitedula, Cicindula, Lampyris, Noctiluca*, Inſectum eſt alatum in tenebris △nis modo lucens. Vulgò Vermiculus St. Johannis, cujus ſplendoris cauſam in humorem diaphanum, quem in Alvo continet, referunt. vid. *Aldro.* lib. 4. de Inſectis c. 8. & *Schrœd.*

*Nitialia*, eſt Nomen Stellæ apud *Parac.* quam cum ⊖le Vitrioli ejusd. eſſe Naturæ, ſibi perſuaſit. Tr. de Podagra &c. *Lex. Brun.*

*Nitriales*, ſunt res omnes adurentes, & in Calcem redigentes, ut Sal Petræ, vel Nitrum, Sulph. &c. *Dorn. Mart. Rul. & Johnſ.*

*Nitri proba*, vid Proba Salis Nitri. Germ. Salpeters=Probe.

*Nitron*, id eſt Fex Vitri. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Nitron, Nitrum, Litrum, Sal Baurach*, Germ Niter=Saltz=Berg=Saltz/ eſt Species Salis, ſivè Sal ſulphureum, ſalſo amarum, ex Terra pingui excoctum, *Schrœd.* lib. 3. Cap 23. ubi integram Nitri hiſtoriam, vires, præparandi modos &c. proponit. *Lex. Brun.*

*Nitrum Alexandrinum*, eſt Cinis clavellatus ♆. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Nitrum Anodynum, Minerale vitriolatum.* Præparatur ex Nitro per Sulph præparato. Per inſtillationem ⊸ Vitrioli. Exſiccatum & pulveriſatum uſui aſſervetur.

*Nitrum Antimoniatum*, præparatur ex remanenti ▽a, ab edulcoratione ♁nii Diaphoretici, relicta, philtrata, ad medias evaporata, in loco frigido ad cryſtalliſandum repoſita.

*Nitrum Antiquorum*, vel *veterum*, erat ipſis notisſimum, ità nobis ferè incognitum. Et quidem quantum ex Veterum Scriptis colligitur, fuit Sal quoddam nativum, ſaporis amaricantis, facultatis deterſivæ, in Igne non exiliens, ſicuti Sal commune, ſed in Bullas excreſcens, ſicuti ○ & forſan fixum, atque fuſibile. Plura de hoc Nitro Antiquorum legenda ſunt apud *Ballonium.* Vel Antiquorum & Dioſcoridis Nitrum deſcribitur, leve, roſeo colore, aut candido, in foramina dehiſcens, perinde quaſi ſpongioſum.

*Nitrum artificiale factitium*, ſicuti ipſe Flos Parietis ſeu Petræ, vel Flos Salis. vid de illo etiam *Gal.* coquitur hoc ex Sale vel ▽ Salis. *Mart. Rul.*


*Nitrum Cacbect. chalybeatum*, præparatur ſ. a. ex Vitrioli Martis p. 4. Arcani duplicati p. 5. Nitri purificati p. 7. M. ac in ∴na ad rubedinem calcina. vid. *Fr. Hoffmann.* fol 345.

*Nitrum commune*, ſeu *uſuale*, vel *vulgare*, ſeu *Nitrum petræ*, & *Sal petroſum* triplex eſt. Primò ex molli & tenuisſima Materia, quam exſudant veteres Muri lapidei. Secundò ex Materia, quæ Rupibus, Scopulis, ſaxisque Montium adhæreſcit. Tertiò ex Terra pingui ſeu putri & ſalſuginoſa, è ſtabulis & ſimilibus locis, in quibus animalia diu minxerunt, petita, conficitur, & hoc uſitatiſſimum. Germ. Salpeter.



Digitized by Google

♁trum cryſtallinum & purum eligendum eſt. Tanto autem purius cenſetur, quanto nimis Salis communis particeps fuerit, quod experiri licet, ſi injiciatur carbonibus candentibus, nihilq; poſt phlogoſin remaneat: Chymicis dicitur Cerberus Chymicus, Sal infernalis, Algali, Anatron, Sal Anderonæ, Baurach, Cabalata, Sal Hermaphroditicum, Hermes, Sal ſulphureus, Serpens terrenus *Baſilio* dicitur, his Signis plerumque notatur:



*Rulan.* pag. 347. enumerat 6. Genera Nitrorum: I. Armenum. II. Arabath. III. Aphricanum. IV. Romanum. V. Ægyptiacum. VI. Babilonicum. Arabes ſolùm duas Species, primam ſcil. & ſextam celebravêre &c. Plura legenda ſunt apud *Mart. Rul. Lang. Libav. Chiocc. Ettmüll. Schrœd.* & alios.

*Nitrum Corallatum*, præparatur ex Nitri præp. p. 3. Salis Corallorum p. 1. 2. vel p. æq. in ▽ Roſarum ſeparatim ſoluta, philtrata, mixta & ſ. a. coagulata. Uſui aſſerventur.

*Nitrum fixum*, præparatur per Fuſionem Nitri in ✢lo & injectionem ſucceſſivè Carbonum particularum, vel pulveriſatorum, usquedum flamma ampliùs non concipiant, eximatur ✢ & in patina terrea optima in Cella humida frigida, ad liqueſcendum, depoſitum, Liquor philtrandus & inſpiſſandus, & hoc erit Nitrum fixum.

*Nitrum græcum*, eſt Arſenicum. o--o. Germ. Arſenicum. *Mart.* Rul.

*Nitrum Hermaphroditicum*, præparatur ex Nitr. purificat. & Sal Tart. aa. p. æq. in ▽ Roſarum ſoluta, philtrata, & poſtmodum cryſtalliſata.

*Nitrum hodiernum*, an conveniat cum Nitro Veterum, dubitatur. Quod ſi verò locum *Plinii* lib. 31. Cap. 10. conſideremus, nulla, aut certè exigua apparebit differentia. *Rhod. ad Scrib.* n. 155.

*Nitrum*, id eſt Lapis ſalſus vel Sulphur album. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Nitrum perlatum*, præparatur ut Nitrum corallatum, ſed loco Corall. Perl.

*Nitrum præparatum*, præparatur per Fuſionem Nitri in ✢lo, & injectionem parum ✱ci vel Sulphuris, ut impuritas devoretur. Poſtmodum in tabellulas vel Rotulas ſuper Laminam cupream, vel in Mortarium calefactum effundatur.

*Nitrum regeneratum*, eſt Nitrum Tartariſatum.

*Nitrum rubrum*, Nitri rubri meminit *Hippocr.* lib. de Nat. Mulierum xxix. 104. lib. 1. de Morbo Mulierum. cxx. 19. ut & *Galen.* lib. 1. de C. M. S. lib. cap. 8.

*Nitrum*, Salſugo eſt quædam, ex Urinarum congregationibus in Sal præparata. *Mart. Ruland. & Johnſ.*

*Nitrum ſulphuratum*, præparatur per Nitri purificati & affuſionem Spir. Sulphuris aa. partes æquales, mixt. & 3bus Cohobiis deſtillat. ad ſiccitatem, usque.

*Nitrum tartariſatum*, eſt Nitrum regeneratum.

*Nitrum vitriolatum*, eſt Arcanum duplicatum, vel parari poteſt ex Nitri partibus duabus, ◎lei Vitrioli p. 1. deſtillatis, ut in Nitro Sulphurato.

*Nitrum vitriolatum Gottorpienſe*, eſt Arcanum duplex, ſeu duplicatum.

*Nitrum uſuale*, vel *vulgare*, Sal album, vid. Nitrum commune.

*Nix fumans*, dicitur Calx viva. ♆. *Keuchen. ad Sammon.* Pag. 244.

*Nix*, quid ſit, & quale Meteoron, Phyſicorum eſt. Pertinet ad forum Medicum, quatenus vel pertinet inter cauſas Sanitatis & Morborum; vel ad uſum Diæteticum & Pharmaceuticum transfertur. Illud patet ex *Hippocr.* 5. Aphor. 54. junge *Diet.* n. 923. *Jul. Alex.* lib. 17. Sal. Cap. 12. &c. & alibi. Germ. Schnee. *Sign.* ○, ♀.

*Nixa*, i. e. Sebeſten. Germ. Bruſt-Beer. *Sylvat.*

Nixe, eſt Amylum. Germ. Starck-Meel.

Noac, Noas, *Chalcos* & *Kalcos*, id eſt Æs, Cuprum ♀. *Mart. Rul. & Johnſ.*

Nocaſit, id eſt Cribrum, vel Vas perforatum. *Mart. Rul. & Johnſ.*

Nochat, Neuchat, & Neuchor, eſt Venus, Æs. ♀. *Mart. Rul. & Johnſ.*

Noſt-

*Noctidiale*, hoc eſt Spacium Noctis & Diei ☌ ☍. ſive 24. Horarum, *Gal.* de Septim. part. tit. 1.

*Noctiluca*, idem quod *Cicindela*, de Animalculo noctu lucente, Indico, Cocujo dicto, Conſule *Th. Chym.* Vol. vj. pag. 95. vid. Nitedula.

*Noctua*, dicitur Avis, noctu maximè videns, diurnam verò lucem non perferens. *vid. Aldrov. Galen. Schrœd.* & alii.

*Nodar*, id eſt Antimonium. ♁. Germ. Spieß-Glaß. *Sylvat.*

*Nodoſa Radix fœtida*, eſt Radix Scrophulariæ. Germ. Braun-Wurtzel.

*Nodulus, Nodus, Ganglion*, notat Sacculum vel Marſupiolum ex Linteo, vel Serico alb. vel rubr. Medicamentis Morbo convenientibus impletum, quod Cantharo Cereviſiæ aut Vini pleno, inditur, cujus Eſſentia ſeu Tinctura ægris propinatur. Germ. Kräuter-Säcklein. *Lex. Brun.*

*Nodulus* ſeu *Nodus*, quoque accipitur pro Globulo rotundo, Glandis vel Suppoſitoriorum uſum obtinente. *Wecker. Antidot.* Gen. lib. I. cap. 49.

*Nodus Hyſtericus*, præparatur ex Aſſa fœtida, Caſtor. Ruth. Oleo Succini & aliis conven. ex ſerico rubro fiat Nodus rotundus cum Bacillo annexo. Germ. Mutter-Knopff.

*Noera*, id eſt Coopertorium Vaſis deſtillatorii *Mart.* Rul. & *Johnſ.*

*Noli me tangere*, eſt Cucumis anguinus. vid. Rad. Cucumeris Aſinini. Germ. Eſels-Kürbis-Wurtzel.

*Noma*, eſt Epitheton Columbarum, quæ in Montibus degunt. *Galen.* lib. 10.

*Non ens*, idem quod Nihil, cujus nullus Conceptus, nulla Scientia, cùm non habeat ſui Speciem, ſub qua ſe repræſentet. Quænam ſint non Entia Chymica, lege apud. *Rolfinck. Chymiæ* lib. 6. cap. 3. ſeq. Quamvis *Beckerus* & *Langellottus* eum refutare auſi ſint. Ille in Supplemento in Phyſicam ſubterraneam; hic verò in Epiſtola quadam ad *Nat. Curioſ.* in Eph. N. C. Ann. III. Obſerv. LIX. &c.

*Nora*, id eſt Calx. ⍵, item quodlibet Sal, item Nitrum. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Noſocomium*, dicitur Locus, in quo Ægri curantur. *Lex. Brunn.*

*Noſodochium*, idem quod Noſocomion vel Noſocomium, vulgò Hoſpitale; de quo lege *Dieter. Jatr.* pag. 444.

*Noſter*, dicitur Spagyricis de Metallis Philoſophicis, v. gr. Aurum noſtrum eſt Elixir rubrum, & album eſt Argentum noſtrum. &c.

*Noſtoch*, dicitur Jaculum alicujus Stellæ, vel potius ejus Repurgatione dejectum quid in Terram. Invenitur potiſſimum Juniô, Juliô & Auguſtô, ſuper latos Campos, vel in Pratis, inſtar Fungi magni, vel Spongiæ foraminoſum quid & leve, tendens in fulvum & ravum Colorem & ut coagulatum jus tactum contremeſcit. Sunt qui per *Noſtoch* Ceram intelligunt metaphoricè. Dorn. *Mart. Ru.* & *Johnſ. Paracelſ.* jungit cum Terniabin, & vocat Manſiones rerum ſupra cœleſtium, lib. 4. de vita longâ, cap. 8.

*Noſtos*, dicitur Dulcedo & Suavitas Ciborum, vid. *Hippocr.* & *Foeſ.*

*Novilunium*, olim dicebatur prima Dies Menſis, ſive Calendæ. Hodieq; verò de Conjunctione Solis & Lunæ accipi ſolet. vid. *Paracelſum.*

*Nox*, tempus illud notat, quo Sol infra Horizontem noſtrum ſeſe abſcondit. Hanc Ægris plerumque eſſe graviorem, quàm diem non ſolùm in Criſibus, ſed & communiter, egregriè declaravit. *Diet.* & *Hippocrates.* Sign. ☍, ☍, ∨, ♉, ♌, ♎, ♒, ○.

*Nuba*, id eſt Cuprum. ♀. Germ. Kupffer. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Nuba* quoque Mannæ & Terniabin Species eſt, roſeo Colore, qualis in Hibernia utplurimum cadit. *Paracelſ.* Schola in lib. 4. &c.

*Nucamentum Abietis, ſquamatim compactum.* Germ. Ein Tannen Zapff.

*Nuciſta*, Germ. Muſcaten-Nuß / vid. Nux Moſchata, ſive Myriſtica.

*Nuclei Palmarum*, Germ. Palmen-Nüß / oder Datteln. vid Dactylus.

*Nuclei Pineæ, Strobili,* & *Piſtaciæ*, vid. Nux Pin. & Piſtac.



Digitized by Google

*Nucleus*, propriè ſignificat Fructum Arborum, & eſt Semen Corticibus incluſum, ut Nuclei Avellan. Ceraſorum, Morellorum & Perſicorum &c. vel etiam alia Grana, v. gr GranaMali Punici dicuntur Nuclei. *Hippocr.* & *Dioſcorid.* vel etiam Oſſicula Meſpilorum, Palmularum. &c.

*Nudolf*, i. e Ceterach, ſeu Scolopendrium verum. Germ. Miltz-Kraut. *Sylv.*

*Nuhar*, *Naaz*, & *Nuaz*, id eſt Venus, Æs, vel Cuprum. ♀. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

N. *n*: Nº. & nº. eſt Signum Medicum, in Remediorum Formulis deſignat Numerum. ex. gr. ℞. Baccarum Lauri No. iij. hoc eſt Numero tres, vel Dactylorum, Jujubarum aa n. ix. hoc eſt ana Numero novem.

*Nummularia*, Germ. Geel Schlangen-Kraut/ oder Pfennigs-Kraut/ vid. Herb.

*Nummus vomitivus*, præparatur ut & Annulus & Poculum ex Vitro ♁ nii.

*Numus*, id eſt Plumbum ♄. Germ. Bley Schwartz.

*Nuſiadat*, & *Nuſiadal*, id eſt Armoniacum. *Mart. Rul.* nuſiadat. *Johnſonus.*

*Nuſtum*, *Paracelſo* dicitur partim in genere Pinguedo, Flos Lactis, Portio butyroſa ſupernatans, partim in ſpecie hujusmodi Pinguedo in ▭na ſupernatans. &c.

*Nutricatio*, idem eſt quod Nutritio.

*Nutrimentum*, idem eſt quod Alimentum, Nutrimentum Lapidis Philoſophici, quale ſit, vid. *Libav.* Oper. libr. II. pag. 403. 405. & 431. &c.

*Nutritio*, Species quædam eſt incraſſationis, aut potius augmentationis, uti videre eſt in conficiendo Unguento nutrito, in Aloë, aliisque rebus. Germ. Ernehrung/ Erhaltung. vid. Imbibitio & Inceratio.

*Nutrix*, quid Nutrix Chymica ſit, videlicet peculiaris Terra, Virgo dicta, vid. *Theat. Chym.* Vol. I. pag. 201. 378. &c. *Libav.* Alchym. Pharmac. cap. 31.

*Nuttuſar*, i. e Antimonium. ♁. *Matth. Sylvat.* Cap. 558.

*Nux*, in genere ſignificat Fructum, qui exteriùs duriori cooperitur Cortice & intus latet Nucleus, qui edendo eſt.

*Nux aromatica*, *Nux moſchata*, & *Nux muſcata*, *Nux odorata*, *Nux myriſtica*, *Nux ſtomachica*, *Nux uterina*, *Caryon aromaticum*, *Moſchocarya*, *Moſchocarydion*, *Nuciſta*, Germ. Muſchaten-Nuß. Duplex habetur, oblonga nempè, quæ & Mas dicitur; alia eſt rotunda, quæ fœmina, differentiæ gratia, appellatur. Eſt Fructus Arboris, in Inſula Banda & Sumatra, Indiæ Orientalis, creſcentis, Proceritatem Arboris Pyri, Folia Perſicæ malo breviora, & magis ſubrotunda, imò & latiora habentis. Fructus appoſitè Malum Perſicum refert: cujus Cortex externus per maturitatem inſtar Juglandis non tantum dehiſcit, ſed ab Incolis quoque veſcitur. Hôc remotô ſequitur Macis, conſtans ex variis ſubrubicundis foliolis: hæc item duram corticem inveſtiunt, quæ ipſam Nucem Moſchatam incluſam ſervat. Nuces Moſchatæ, ſeu Nuciſtæ, involvuntur prius in Calce viva, vel ▽ ♆ infunduntur, antequàm deferuntur. Propter Odoris ſuavitatem Nuces Moſchatæ dictæ, etiamſi Moſchum non oleant. Plura lege ap. *Schrœd.* & *Ettm.*

*Nux aquatica*, ſeu *paluſtris*, vid. Tribuli aquatici. Germ. Stachel-Nuß.

*Nux Avellana*, *Herculea*, *Leptocaria*, *Pontica* & *Præneſtina*. Germ. Haſel-Nuß. Sunt hæ Nuces aut domeſticæ aut ſylveſtres: Ex domeſticis, aliæ oblongæ aliæ rotundæ: Oblongas præſtantiores & guſtui gratiores eſſe conſtat: Præſertim illas, quæ putamine vehementer rubent, & fractu minimè ſunt contumaces.

*Nux*, ſeu *Balanus myrepſica*, vid. Nux Myrepſica.

*Nux Baſilica*, eſt Nux juglans, ſeu Regia. Germ. Eine welſche Nuß.

*Nux Cupreſſi, Pila, ſeu Galbulæ Cupreſſi*, vid. Cupreſſi Coni.

*Nux Græca*, eſt Amygdala. Germ. Mandel. & Nux Thaſia. vid. Amygdala.

*Nux Heracleotica*, vid. Caſtanea. Germ. Kaſtanien.

*Nux Herculea, leptocaria, pontica & præneſtina*, vid. Nux Avellana.

*Nux Indica condita, Carya Indica condita.* Germ. Eine eingemachte Indianiſche Nuß. Nuces Indicæ in India condiuntur, ex qua ad nos transportantur.

*Nux*

Digitized by Google

*Nux Longobardica*, Germ. Rothe Haſelnüß/ oder Lampertiſche Nüß/ oder Ruhr-Nüß.

*Nux Leucena Gal.* Germ. Kaſtanien/ vid. Caſtanea.

NM. Ita notatum, legendum eſt, Nuces Moſchatæ. Germ. Muſcaten-Nüß. *Sign.* NM.

*Nux Moſchata*, vid. Nux Aromatica.

*Nux myrepſica*, & *Balanus* ſeu *Glans myrepſica*, vel *Nux* ac *Glans unguentaria*. Venit ex Ægyptia, Arabia, Æthiopia, Syria & Barbaria; Fructus eſt Arboris Tamariſco ſimilis, magnitudine AvellanæNucis, intus Nucleum continens pinguem & oleoſum, veluti Amygdalæ. *Plinio* diciturMyrobalanum. Arab. *habel Ben*, vel *Ban*, ab aliis *Granum Ben*, in Officinis *Ben*, Turcis *Hebelben*.

Nux *Myriſtica*, *Intiſcuta*, eſt Nux Moſchata. Germ. Muſcat-Nüß. *Sylvat.*

*Nux*, vel Nuces *Pineæ mundatæ*, ſeu *Strobili*, *Conicoccoli*, *Nuces pityides*, *Nuclei Coccali Hipp.* Germ. Gereinigte Zieber-Nüßlein/ Pinien- und Krafft-Nüßlein/ Zieber- und Than-Nüßlein/ Pignoli und Peinien-Kern/ oder Nüßlein. Præſtant recentiores, pleni, albi, ſicci, vitentur flavi aut pallidi, oleoſi & rancidi. Spontè creſcunt in Italia, inde ad nos advehuntur. vid. Semen ſeu Nuclei Pini.

Nux, vel Nuclei, ſeu *Piſtaceæ & Nuces piſtaciæ*, *fiſtaciæ* & *phiſtaciæ*, *fiſticæ*, *Nux Liſtacia*, *Pſittacia*, *piſtachia*, Germ. Piſtacien/ Syriſche- oder Welſche Pumper-Nüßlein. Sunt Nuclei duplici veſtiti putamine, primò exteriore coriaceo, hinc Lapides. Quod Nucleum proximè continet, Membranulâ rubella circumdatum. Eligendi Nuclei recentes, ponderoſi, extrinſecus albidi, intrinſecus virides, non rancidi, in apice aliquantulum patentes. Ex Arabia, Perſia, Syria, Venetias importari ſolent.

Nux *Perſica*, *Juglans* & *Regia*. Germ. Ein welſche Nuß. vid. Nux juglans.

Nux *pontica*, *Herculea*, *leptocaria*, & *præneſtina*, vid. Nux avellana.

Nux *Regia*, vid. Nux juglans. Germ. Welſche Nuß.

Nux *ſtomachica*, vid. Nux aromatica, Moſchata ſeu Muſcata.

Nux *Tamariſci*, eſt Fructus Tamariſci.

Nux *Thaſia*, Nux *Græca*, vid. Amygdalæ. Germ. Mandeln.

Nux *veſicaria Dodon. Straphilodendros*, vid. Piſtacea.

Nux *uuguentaria*, vid. Nux Myrepſica.

Nux *vomica*, & Nux *metella*. Germ. Krähen-Augen. Creſcit in Arabia, & in India Orientali, ubi etiam Fungus Orientalis nominatur.

Nux *urbana*, *Barbata*, *Longopardica*. Germ. Lompertiſche Nuß.

Nux *uterina*, vid. Nux Aromatica ſeu Moſchata.

*Nychthemerum*, eſt Tempus, denotans ſpatium Viginti quatuor horarum ☌ ⚲, Dies & Nox. *Lex. Blancardi.*

*Nyctalops*, præcipua ſignificatio dicitur de iis, qui Noctu meliùs vident, quàm interdiu. *Hippocr. & Galen.*

*Nycterinos*, Nocturnus. Germ. Nächtlich/ oder bey Nacht.

*Nycteris*, vid. Veſpertilio. Germ. Fleder-Mäuß/ oder Speck-Mäuß.

*Nycticorax*, Latinè Corvus nocturnus. An Accipiter nocturnus aut Bubo, aut Ulula, hoc nomine veniat: an in genere omnes nocturnæ Aves rapaces ità vocentur, vid. *Aldrov.*

*Nygma*, eſt & Remedii genus, quod Punctio dicitur, & adhibetur Hydropicis, vid. Paracenteſis. *Lex. Brun.*

*Nygmaticos*, à *Galeno* ſumitur pro Emplaſtro contrà Puncturas, lib. 6. de C. M. P. G. cap. 10. in Princ. quemadmodum & hodieq; Empl. Sticticum Crollii, Vernaculè Stich-Pflaſter.

*Nymphea*, vid. Flores Nympheæ. Germ. See-Blumen.

*Nymphidica*, metaphoricè Spiritus Aquarum ſolventium in arte dici poſſunt. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Nyſadir*, *Neſtudar*, *Nuſiadat* & *Nuſſiadai*, id eſt Sal armoniacus, ✱. Germ. Salmiac. *Mart. Ruland. & Johnſ.*

*Nyſa*,

*Nyſæ*, eſt Sal Hammoniacum. Germ. Salmiac. ✱. vid. Sal armoniacum.
*Nyx*, idem eſt quòd Nox. Germ. Die Nacht. vid. Nox. *Lex. Brun.*
*Nyxis*, idem eſt quòd Punctura, vid. Nygma. *Lex. Brun.*

# O.

O Simplex, Chymicis denotat Alumen, & Nox, ac Oleum coctum, impoſitô Circulô majori, nimirum, ◎. Albumen Ovi, & Circulo minori ◎ Oleum deſtillatum, ſeu Oleum Tartari denotat, affixa litera F. ut OF, Alumen fæcum, & litera C. ut OC, Alumen catinum ſignificat. ɔc ſi in ſuperficie ſemi Lunula impoſita nimirum ♉, Aquam vitæ & Taurum denotat. Si Linea per totum, ut ⌀ Maſſam ſignificat. Verum ſi triplex, fuerit, in baſi nempe duo, & in ſuperficie unum, ſic ∘°∘, Oleum ſignificat. Si Diametrum habeat, à dextris ad ſiniſtrum latus, nempe ⊖, Sal denotat; verùm à ſuperficie ad infimam partem, nempe ⦶, Nitrum erit, in ſuperficie, ſi aderit Crux, nempè ♁, Antimonium eſt, ſed in infima parte nempè ♀, Cuprum ſignificabit, in ſuperficie ſemi Lunula recumbens dorſo, & in infima parte Crux, nempè ☿, Mercurii erit ſignum, è Vertice, ad Baſin linea, & à dextris Crux, nempè ⊕ Vitriolum denotat, ſi Crux in medio per totum, nempè ⊕, viride Æris ſignificat, & ſi hoc Signum, quatuor Punctis in medio Spatii ſignatum, nempè ⊕ Amalgama denotat, & ſi in dextris vacui Triangulus adeſt, nempè ⊘, Argentum ſignificat, & ſi ſagitta per totum nempè ⌀, Argentum pictorium ſignificat, ſi habet tranſverſim telum, nempè ♂, Mars, Ferrum ſivè Chalybs eſt, ſi in ſuperficie adeſt duplex Crux, nempè ♁, Pulverem denotat, in medio Punctum, nimirum ☉, Aurum ſive Sol eſt, ſi litera V impoſita eſt, ut ⓥ Vinum circulatum ſignificat, impoſitis tribus Punctis, ut ◎. Vinum mortuum eſt, in Circulo tria Puncta, nempè ◎, Caput Mortuum denotat, quatuor Puncta nimirum ◎, Calx denotat, item ſi tres Circuli invicem adhærent, ooo, Calx eſt &c. ut Characteres demonſtrabunt.
*Oa* & *Oon*, i. e. Ova & Ovum. Germ. Eyer. *Matth. Sylvat.*
*Oabelcata*, eſt Cucurbita. Germ. Ein Kolb.
*Obac, Raal*, eſt Hammoniacum ✱. Germ. Salmiac / vid. Sal armoniacum.
*Obalſimon*, i. e. Gummi Hederæ. Germ. Epheu-Gummi.
*Obelchera, Obelkara, Onbelcora*, eſt Cucurbita. *Mart. Rul. & Johnſ.*
*Oblatæ laxativæ* & *purgantes*, fiunt ex Farina cum Saccharo, & Speciebus purgantibus. Germ. Purgierende Oblaten / oder Hypen.
*Obulus*, eſt nomen Ponderis, & eſt dimidium Scrupuli ℈ß. & pendet Grana decem. Eſt ſexta Pars Drachmæ Atticæ, continens octo æreos, ſivè æreola ſex, tres Obuli faciunt Drachmam dimidiam. *Galen.* de Pond. & Menſ. cap. 3. lib. 6. *Sign.* ▭, eſt Scrup. unus ℈j. ſeu Grana xx. F, T. ſunt Scrup. duo ℈ij. ſeu Grana xL. E, L. ſunt Scrup. duo cum dimidio ℈iiß. ſive Grana L. ɔ, V. ſunt Grana v. C, ♃, X. eſt Scrup. ſemis Grana x, ſexta Pars Drachmæ. ℈ß.
*Obretica* & *Obreptica*, ſunt Medicamenta, quæ Faſtidium tollunt. Germ. Den Eckel ſtillende Mittel. *Galen.*
*Obrizum*, eſt Aurum purum, in Spadiceum Colorem arte calcinatum & pulveriſatum. *Dorn. Mart. Rul. & Johnſ.*
*Obſidianum*, nomen Vitri, vel Lapidis fuſorii, qui & Smaltum vel Schmalthum dicitur, de quo vide plura apud *Plin. Libav. & Chiocc.* tranſlatum etiam ad Vitrum Antimonii, *Libav.*
*Obſona*, ſunt quæcunq; Cibaria, quæ cum Pane eduntur. *Sylvat.*

*Obſtru-*

Digitized by Google

*Obſtruens*, epitheton Medicamentorum, quæ meatus & ora Vaſarum occludunt, & ſenſibiles excretiones prohibent; quorum Natura eſt craſſarum partium, terrea, & expers acrimoniæ, *Gorræus*.

*Obſtupefaciens*, vid. Narcotica. *Lex. Brun.*

*Obturatio*, idem eſt quod Obſtructio. Obturatoria, vocantur illæ Materiæ, quibus Vaſa Chymica, vel pharmaceutica, obturantur vel incruſtantur. *Libav.* Tom. II.

*Ocab*, i. e. Sal armoniacum. ⊖✱cum. Germ. Armeniſch Saltz.

*Occaſus*, Spagyrici quoque in Magiſterio Lapidis Philoſophici transtulerunt ad nigredinem, quæ eſt ſignum Putrefactionis & Solutionis ſecretæ, quam vocant Occaſum Solis, & Initium Artis, *Libav.* Tom. II. Oper. pag. 414.

*Occidens*, propriè dicitur de Loco, ubi Sol occidit, & ſeſe ſub Terram abſcondit, viſui noſtro ſubducens. Tropicè Chymicis dicitur Occidens Acetum ✝. Germ. Eſſig. Occidens Stella eſt Sal armoniacus ✱. Germ. Salmiac. Occidens, Mercurius ☿, Saturnus ♄, Hermaphroditus. Germ. Raben-Kopff. Aqua viva, viſcoſa. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Occiſio*, Spiritus Mundi, ſive Aqua viva, & in Sal naturæ Converſio, eſt ſecretum Calcinationis Sapientum. *Th. Chym.* Vol. vj. pag. 186.

*Occultum Scientiæ*, eſt apud Chymicos ☽tum vivum.

*Ochema*, eſt Liquor, ſeu Vehiculum aliquod, quo Medicamenta miſcentur & inſumuntur. vid. Vehiculum.

*Ochra*, Terræ ſpecies eſt colore luteò, à quo nomen habet. Duplex habetur: Nativa, ſivè Foſſilis. Ochra nativa, Ochra, Luteum montanum. Germ. Ocher/ Berg-Geel/ Silber Geel. Olim ex Attica, hodièq; ex Dacia & Hungaria advehitur: altera Factitia, Ochra factitia, Ochra plumbaria, Ceruſſa Citrina. Germ. Bley-geel/ quæ ex Plumbo aduſto fit, ✝to extincto, Pictoribus magis uſitata. Ochræ Hiſtor. & Uſus vid. *Dioſcorid. Mart. Rul. Johnſon. Schrœd. Libav.* &c.

*Ochros*, Colorem ſignificat luteum, pallidum, nempè ex candido & flavo permixtum, tantò candidiorem flavo, quanto flavum rubro. *Galen.* cap. 2. de R. V. I. A. t. 21. Penultimâ circumflexâ notat Leguminis genus, Lat. Ervilia, aut Cicera dictum. *Gorræus, Jul. Alex.* Com. in lib. 1. de Al. fac. cap. 25.

*Ocob, Ocab, Ocop, Obac*, eſt Sal armoniacum ✱. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Ocularis*, ſic Ocularia Medicamenta, lib. 4. de C. M. S. L. cap. 4.

*Ocularis*, ſeu *Ophthalmica Herba*, vid. Euphraſia, Germ. Augen-Troſt.

*Oculi Cancrorum*, Germ. Krebs-Augen/ oder Krebs-Stein. vid. Lapides Cancrorum.

*Oculi*, inter Vegetabilia ſunt Florum prodromi, indeq; Flores explicabiles & etiam Gemmæ dicuntur, ut Oculi ſeu Gemmæ Populi &c.

*Oculi*, ſeu *Linguæ Serpentum*. Reperiuntur Lapides, Oculis & Linguis Serpentum ſimiles, in Inſula Maltha ſeu Melita, Oculi ſunt Coloris lutei, Linguæ verò ſunt fuſcæ & cinericeæ, & ubertim in tota Inſula inveniuntur.

*Oculus Araneæ*, i. e. Tela Araneæ. Germ. Spinnenwebe.

*Oculus Auri & Argenti*, apud Chymicos eſt ☽tum vivum. Germ. Queckſilber. ☿

*Oculus Bovis*, *Buphthalmum*, Germ. Rinds-Augen. vid. Herbas.

*Oculus Leporis, Avaricia, Sanamunda.* vid. Rad. Caryophyll. Germ. Benedicten-Wurtzel.

*Oculus Sambuci*, eſt Sambuci Locuſta. Germ. Holder-Sprößlein.

*Oculus Solis*, vid. Matricaria. Germ. Metern.

*Oculus Solis Fuchſii*, eſt Cotula fœtida. Germ. Stinckende Chamillen.

*Ocymaſtrum*, eſt Scrophularia, vid. Radices Scrophulariæ.

*Ocymum*, eſt Baſilicum. Germ. Baſilien-Kraut. vid. Herbas.

*Odme*, idem eſt quod Odor. Germ. Der Geruch. dicitur Qualitas illa ſenſibilis, quæ ab alio corpore emanans Naribus percipitur. vid. *Gal. Chiocc*



Digitized by Google

Muſ. *Libav.* Alch. Pharm. Odor, quandoque ipſam Rem odoratam, vel Aroma notat *Rhod.*

*Odontalgica*, ſunt Medicamenta Dentium dolores ſedantia.

*Odontica*, ſunt Medicamenta, quæ adverſus dolores Dentium adhibentur. Germ. Zahn Schmertzen ſtillende Mittel. *Lex. Bl.*

*Odontotrimma*, idem eſt quod Dentifricium. *Lex. Brun.*

*Odor*, Germ. Der Geruch. vid. Odme.

*Odorabilis*, dicitur de omni re, quæ exhalationes emittere poteſt, vel ſuaveolentes, vel malè olentes. *Galen.* lib. 1. Cap. 6.

*Odoramentum*, idem eſt, quod Res odorata. In Pharmacevticis deſcribitur, quòd ſit Medicamentum tàm ſimplex, quàm compoſitum, quod citra △nis accenſionem ſuo odore ſpiritus alterare aut reficere poteſt. *Weck. Antid. Gen.* Odoramentum, eſt Medicamentum odoris gratiâ adhibendum, componitur aliquando ex Ladano, Benzoin, ſtyrace, Moſcho, Zibetho, aliisq; Aromatibus &c. Germ. Guter Geruch. *Lex. Br.*

*Odorifera*, ſunt Medicamenta, quæ per ſuum odorem bonum aut fœtidum, Sanitatem inducunt, & morbos expellunt.

*Oegi*, i. e. Acorus. *Germ.* Calmuß. *Sylv.*

*Oenantharion*, epitheton Unguenti alicujus, ob Condituram, quæ odoris & deliciarum gratiâ additur ex Vino & Flore Liliorum parati. *Gorræus.* Duæ Oenanthariorum formulæ habentur apud *Æginetam* lib. 7. cap. 21.

*Oenanthe*, *Philipendula*, & *Filipendula* & *Saxifraga rubea*, vid. Rad. Filipendulæ. *Germ.* Rothe Steinbrech-Wurtzel.

*Oenarea*, epitheton Cineris, qui paratur ex Sarmentis, vel Pampinis Vitis, quæ vocantur Oenara vel Oenarides, *Hipp.* lib. 2. Germ. Weinreben-Aſche.

*Oenas*, Lat. Vinago, dicitur Species Columbæ montanæ, cujus Hiſtoriam & uſum tradidit *Aldrov.* lib. 15. Ornithol. cap. 7.

*Oeneleon*, dicitur Miſtura, Vino & Oleo conſtans, cujus meminit *Galen.* lib. 1. de C. M. S. L. cap. 8. &c.

*Oenodes*, *Vinoſus*, epitheton Vini generoſi, quod multam admittit ▽æ miſtionem. vid. *Galen. Caſtellus & Linden.* Germ. Ein ſtarcker Wein/ der viel Waſſer leidet.

*Oenagala*, Lactis & Vini ãã. partes æquales, vel dicitur Potionis genus, quod ex Lacte & Vino mixtis parabatur, cujus meminit *Hippocr.* lib. 7. Epit. XL. 17. Quidam intelligunt per Oenogalam Vinum Lactei teporis, ſivè tepidum, veluti Lac, quæ verſio etiam à *Lindenio* retenta fuit.

*Oenogaron*, eſt Garum Vino miſtum, Garum vinoſum, apud *Aëtium.*

*Oenoides*, eſt Vinum dilutum, aut Latex, Vino analogus. *Lex. Bl.*

*Oenolæum*, eſt Vini & Olei admixtio. Germ. Geölter Wein. *Lex. Bl.*

*Oenolithus*, eſt Tartarus. Germ. Weinſtein. vid. Tartarum.

*Oenomel*, eſt Mel vinoſum, ſive Mulſum vinoſum, vel Mulſum, cui ingreditur Vinum. Nihilq; aliud eſt, quàm Vinum melle conditum, deliciis magis, quam ſanitati deſtinatum. *Dioſcorid.*

*Oenopola*, qui Vina vendit, cujus meminit *Linden.* d. L. §. 61. Germ. Ein Weinhändler.

*Oenopos*, epitheton Coloris, q. Vinoſus, qualis eſt Uvarum matureſcentium, cum ex rubro nigricant & ſplendent, aut in purpuram & nigrum tranſitus ſit. Meminit *Hippocr.* lib. 7. Epid. III. 22. & Lib. de Nat. Mul. lib. 6. L. 2. de Morb. Mulierum. IV. 6. *Jung. Foeſ.* d. l. &c.

*Oenos*, propriè dicitur Vinum, hoc eſt Succus Uvarum maturarum per Expreſſionem collectus, per Fermentationem depuratus à fæcibus, atque in doliis vi proprii & nativi caloris perfectè coctus. De cujus natura, differentiis, virtutibus & noxa paſſim Veteres & Recenſiores benè multa ſcripſerunt. vid. *Hippocrat.* lib. 2. *Galenus*, *Foeſius*, *Moræus*, *Willis*, *Schrœderus* lib. 2. cap. 63. Per quandam ſimilitudinem alii quoque

Succini

Digitized by Google

Succi officinales expreſſi & depurati Vina dicuntur, v. gr. Cydoniorum, Granatorum, Citri &c. Idem d. l. cap. 82. Nonnulli quoq; Spiritus è Vino parati appellantur Vina, ut Vinum alcaliſatum, circulatum &c. *Libav.* S. A. Ch. lib. 8. cap. 25. Vinum correctum eſt Alcool Vini. Vinum aſſatum eſt, quod Herbarum vires attraxit, vel aliorum, quibus aſſuſum fuit. *Dorn. Mart. Ruland. & Johnſ.*

*Oeſtrus*, propriè dicitur Inſectum notiſſimum, *Tabanus* Veteribus quoque dictum, aculeo duriori in ore armatum, quàm cæteræ Muſcæ. vid. *Aldrov.* lib. 3. cap. 4.

*Oeſopus*, vulgò Hyſſopus humida dicta, ſeu ſuccidarum Lanarum Pinguedo, *Plin.* Lana ſuccida, Vellus ſuccidum, *Mart. Ovidius*, Oeſypum exponit Succum ab immundo Ovis vellere demptum. *Plin.* libro 29. Sordes ſudoremq; Lanis Ovium adhærentem. Verſantur itaque non parvo in errore, qui Oeſypum interpretantur pro Scybalis & Stercoris pilulis ovium lanæ inhærentibus; cum *Plinius* eodem in loco nomine alio eas donet, videlicet Sordes caudarum in Pilulas contretas appellans. Germ. Fette/unflätige/ und ſchmutzige Wolle am Schaff.

*Oeſypus*, & *Oeſypum* & *Iſopus*. Germ. Schmutzigte Schaffs-Wolle.

*Offa*, eſt Maſſa vel Maza, vid. Maſſa. Germ. Ein Taig.

*Offic.* ità à Medicis præſcriptum, ſeu aliàs notatum, legendum eſt *Officinalis*, Officinale, Officinalia ſeu Officinalium &c.

*Officina*, generaliter omnem Locum ſignificat, ubi aliquid præparatur & elaboratur. Medicis eſt alia Pharmacevtica, in qua Galenica & alia Medicamenta præparantur, alia eſt Chymica, in qua Eſſentiæ vel Tincturæ, ex Animalibus, Mineralibus & Vegetabilibus, in forma varia extrahuntur, dicitur vulgò Laboratorium, à Laborando, vide Laboratorium. Et alia vel tertia eſt Chirurgica, in qua res ad Chirurgiam pertinentes tractantur. Germ. Eine Werckſtatt/ Werck-Laden. *Lex. Brun.*

*Officium*, vocatur id, quod alicui agendum incumbit. Ità Officium hominis eſt, omni modo, arte, operâ, facultatibus, devincere hominum inter homines ſocietatem &c. *Lex. Brun.*

*Offion*, idem quod Opium. Eph. N. Cur. A. II. Obſ. LXIX.

*Offionicos*, i. e. Lacerta. Germ. Eyder. *Matth. Sylvat.* p. 158.

*Offri*, eſt Gummi Hederæ. Germ. Ephen-Gummi.

*Oger, Ogertinum, Ogertum*, *Paracelſ.* idem quod Ochra, paſſim in ſcriptis.

*Ois*, Latinè Ovis, eſt Animal quadrupes, lanoſum, manſuetum, Lupo inimicum, cujus mas Aries, caſtratus Vervex, Fœmina ſtrictè Ovis, Pullus Agnus vocatur. vid *Aldrov.* de Quadrupedibus. Germ. Ein Schaff.

*Oizatum, Oizezatum*, i. e. Aniſum. Germ. Aniß. *Steph.*

*Ol.* Ità à Medicis præſcriptum, vel aliàs notatum, legendum eſt Oleum.

*Olcaib*, i. e. Silex. Germ. Kieſel-Stein. *Sylvat.*

*Olea*, mendoſè pro Holca, vel Golce, id eſt Drachma, vid. Holce.

*Olea*, ſunt Liquores unctuoſi, inflammabiles leves, vel acidi vel ſalini.

*Olea*, per Coctionem & Infuſionem paranda, Olea hæc tam ſimplicia quàm compoſita Officinis uſitatiſſima ſunt. Præparantur inciſa & contuſa Ingredientia per Infuſionem in Oleo Olivarum, & aliquando per additionem alicujus Liquoris convenientis, ▽æ vel Vini, per inſolationem vel lenem coctionem ad humiditatis conſumptionem.

*Olea deſtillata*, quædam per Infuſionem & per ſuperiora deſtillantur, quædam per inferiora nimirum per Retortam, nempè per deſcenſum deſtillantur.

*Olea deſtillata*, rectificantur ſi miſcentur cum 🜹li, vel Sale Tartari, vel alio quodam Sale per Retortam, vel Alembicum humilem in Cineribus, vel in Arena.

*Olea deſtillata*, quæ per Retortam ex Mineralibus deſtillantur, & Acida ſunt, Ol. 🜍ris, Ol. ⊕li &c.

*Olea ſoluta*, fiunt per Calcinationem & Liquefactionem in Cella frigida & humida, in qua, in ſacculo ſuſpenſa, per Solutionem, deſtillant in Vas ſuppoſitum, ut Ol. Tartari, Ol. ſeu Liquor Nitri fixi. &c.

*Olea tria ſtomachica*, ſunt Ol. Abſinthii, Cydoneorum & Maſtichinum,

*Oleaginoſus*, dicitur de eo, quod Pinguedinem inſtar Olei in ſe continet, ut ſunt Amygdalæ, Nuces, Sem Papaveris & alia quædam Semina hujusmodi oleaginoſa. Cerebrum gravare, docet *Rolfink*. O. & M. M. S. Lib. 14. Sect. 1. Cap. 23.

*Oleamen, Oleamentum*, dicitur in genere omne Linimentum mollius ex Oleis paratum. *Scribon*. n. 222.

*Oleaſter*, eſt Olea ſylveſtris. Germ. Wilder Oelbaum.

*Oleitas*, idem quod Pinguedo, Oleitas Rerum in omnibus earum 🜍 eſt. *Dorn*. in Lexic. *Mart. Rul.* & *Johnſ.* dicitur & alias Olivitas: cujus tres ſpecies recenſentur pro conditione triplici Olivarum, apud *C. Hoffm*. lib. 5. V. L. Cap. 3.

*Oleoſus*, idem quod Oleaginoſus, Pinguis, *Gal*. 6. Meth. Med. c. 6.

*Oleum*, vide Elæon, quibus addi poſſunt, quæ de Oleis Chymicis prolixè tradit *Libav*. S. A. Ch. lib. 8. cap. 17. & *Alch. Pharm*. c. 29. etiam in *Theatr. Chym*. Indicibus. Oleum ex Lacte dicitur Butyrum Græcis, Teſte *Linden*. Ex. XVI. §. 119. Oleum eſt Pinguedo quædam fluida, ex Fructubus aut Seminibus expreſſa, uti eſt Oleum Amygdalarum, Olivarum, de Palma Raparum &c. vel eſt deſtillatum ex rebus pinguibus, uti ex Cinamomi Corticibus, Caryophyllis, Aniſi Semine &c. vel eſt deſtillatum, ut Oleum Caſtorei, Chomomillæ, Jaſmini, &c.

*Oleum abiegn inum*, eſt Reſina liquida, ſeu Lachryma Abietis. Germ. Tannen-Hartz.

*Oleum acerbum*, vid: Ol. crudum. Germ. Unzeitiges Baum-Oel.

*Oleum album*, eſt Oleum multoties lotum. *Sylvat*.

*Oleum*, aliquando ſumitur pro Igne, uti à *van Helmont*. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Oleum Alöeticum*, ℞. Alöe hepat: ℔j. Myrrhæ ℥ij. Thuris ℥ß. M. deſtill. per Retort. in ∴na lentô △e. Umbilico illitum purgat.

*Oleum Antimonii*. Germ. Spießglaß-Oehl. vid. Butyrum Antimonii.

*Oleum Aranearum*, præparatur per Infuſionem, ut Oleum Scorpionum.

*Oleum ardens*, eſt Oleum Tartari ad ſummum gradum correctum. Germ. Corrigirt Weinſtein-Oel. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Oleum Arſenici*, fit ex Arſenico fixo, vel ex Butyro Arſenici, ſecundum artem per deliquium.

*Oleum ex aſſatione*, fit per ſiccam Flammam, cum res per ſe absq; ullo menſtruo △neo, calori adhibita Oleum accendit: quod colligetur quovis modo: & fit dupliciter, aſſatione & combuſtione.

*Oleum Been, Oleum Balanium, Oleum Glandis unguentariæ*. Germ. Been-Oehl/exprimitur ex Nucleis Been.

*Oleum cabrinum*, i. e. ex Cancris. *Sylvat*.

*Oleum Cicinum*, i. e. de Cataputia majori, vel de Siſamo ſylveſtri. *Galen*.

*Oleum Colcotharinum*, eſt Oleum è Vitriolo rubeum. Germ. Das rothe Oel aus Vitriol. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Oleum commune*, ſemper ſumitur Oleum Olivarum, quod ex Gallia, Hiſpania, Italia & aliis locis apportatur. Germ. Baum-Oehl. Exprimitur ex fructibus maturis Oleæ. Omphacinum ex immaturis Fructibus expreſſum eſt. *Sign*. ŏō, △, ōō, ⊓.

*Oleum Coſmeticum* aliquod. ℞. 🝆 Amygd. amar. ℥iv, 🜍 Tart. ℥ij. Talci ℥ß. M. f. a.

*Oleum*

*Oleum crudum,* ſeu *acerbum*, eſt Oleum ex Olivis immaturis expreſſum. Germ Baum-Oel von unzeitigen Oliven.

*Oleum per Elixationem extractum & excoctum* eſt, quod coquendo extrahitur. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Oleum fixum*, eſt quod è rebus ſolutis, & ad purum philtratis, per Abſtractionem crebram 🜄ni potiſſimum, ad oleoſam conſiſtentiam eſt redactum. Id enim figere appellatur, è diluta & tenui conſiſtentia, Aquoſitate abſtractâ, vel digeſtâ, oleoſam & ſtabilem producere. Ideò autem ſolvi in liquore res neceſſe eſt, ut craſſis partibus Filtratione ſegregatis, tenues in humorem deponantur, unde per talem Fixionem reducuntur. Praxis communis eſt, ut res ſolvatur in aliquo liquore, adhibitis macerationibus, vel coctionibus, vel deliquio, ſeu ſolo ſeu cum aliis &c. Solutio ſi quid habet fæcum, colatur, quoad ſatis: poſteà affunditur 🜄, digeritur unà, & abſtrahitur iterum, idque repetitur, quouſque oleoſa conſiſtentia placeat. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Oleum Gremiale*, i. e. de Olivis. Germ. Oliven-Oel.

*Oleum Jaſmini*, præparatur in Gallia & Hiſpania, per infuſionem cum Oleo Been, vel Oleo Amygdalarum, & Floribus recentibus Jaſmini. ſ a.

*Oleum*, id eſt △, deſtillatur una cum ▽, & quod in fundo relinquitur, Terra eſt. *Mart. Ruland.*

*Oleum de Kemeſt*, i. e. Laurinum. Germ. Lorbeer-Oel.

*Oleum Laurinum*, Germ. Lohrbeer-Oel / vid. Laurinum Oleum.

*Oleum Ligni Heraclii Rulandi Patris*, à *Zacharia Brennelio*, adductis rationibus, cenſetur eſſe Oleum extractum ex Ligno Guajaco, ut apparet in pag 117. & 118. ejus Libri de Chymia edit: *Quercetanus* pag. 775 affirmat Oleum Ligni Heraclei *Mart. Rulandi*, quo in ſuis Centuriis Epilepticos ſanitati reſtituiſſe, & Dentium dolores ſedaſſe, Oleum fuiſſe extractum deſtillatione ex Ligno Buxi, non Guajaci, ut anteà opinabatur. *Johannes Beguinus* in Tyrocinio ſuo Chymico, ſic ſcribit: Paratur Oleum Heraclinum, ex Corylo dum floret, non aliter, ac Oleum ex ligno Guajaco, & creditur eſſe utiliſſimum ad præcavendam Epilepſiam, Dentium dolores ſopiendos, & Vermes à Corporibus profligandos. pag. 173. Et huic opinioni, major pars Medicorum aſſentire videtur. Quidam etiam ∘˙∘ Lign. Ebeni, Quercini & Rhodii pro eo utuntur.

*Oleum Lineleon*, i. e. de Semine Lini. Germ. Lein-Oel.

*Oleum Melinum*, i. e. de Cydoneis. Germ. Quitten-Oel.

*Oleum metropium, Ol. ex Nucibus Græcis, Ol. Thaſium*, eſt Oleum Amygdalarum. Germ. Mandel-Oel. *Johnſonus.*

*Oleum Nuciſtæ, Nuc. Moſchatarum,* ſeu *Nucum Aromaticarum*, exprimitur ex Nucibus iſtis ſtomachicis optimè contuſis, per Saccum linteum fortem ſ. a. in Prelo calefacto. Germ. Muſcat-Oel.

*Oleum Ovorum*, exprimitur ſ. a. ex vitellis Ovorum ad duritiem coctis, & in patina ad Oleoſitatem aſſatis, per ſaccum linteum in prelo, ſeu per prelum uſuale. Germ. Eyer-Oel.

*Oleum Olivarum*, vid. Oleum commune.

*Oleum Olivarum*, à Salſedine liberatur, vel Olei Olivarum ſalſedo extrahitur, optimè miſcendô Ol. Olivarum, cum Aqua communi dulci, ſinatur ut aquoſitas cum ſalſedine reſideat.

*Oleum Omphacinum*, eſt Oleum ex fructibus immaturis Oleæ expreſſum, vid. Oleum commune.

*Oleum Paleſtinum*, eſt Acetum. ✠. Germ. Eſſig / *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Oleum de Palma*, Germ. Palmen-Oehl. Exprimitur ſ. a. ex fructibus arboris Neapolitanæ Palmæ.

*Oleum Petræ, & petræum, Petroleon & Petroleum*. Germ. Stein-Oel. Dicitur à quibud

buſdam Bitumen liquidum, & Axungia Macrocoſmi, eſtque Liquamen pingue Macrocoſmi liquidum, è petris & ſaxis effluens. In Italiæ Regione Mutinenſi ſtillat candidum & ruffum. In Sicilia fontibus innatat. Apud Mejanum Papum in Tractu Parmenſi album eſt. Babylonicum autem in ſuo fonte flagrare dicitur, ſecus Italicum. vid. Petrolæon.

*Oleum Reſinæ*, deſtillatur ſ. a. ex Reſina abietina. Germ. Hartz-Oel.

*Oleum Sacchari ſimplex*, fit ex Sacch. Cand. & 🜅 ãã. adurendo Spiritum ſ. a. ad Syrupi conſiſtentiam. Germ. Zucker-Oel. vid. quoque *Beguinus*.

*Oleum Sambuceleon*, i. e. de Sambuco. Germ. Hollunder-Oel.

*Oleum Saturni*, deſtillatur ex Saccharo Saturni in Retorta per deſcenſum △ne cautiſſimo. *Sign.* ♄, ♄, ♄.

*Oleum Sulphuris*, ſunt Nebulæ à Sulphure præcipitatæ. *Sign.* 🜍, 🜍, 🜍.

*Oleum Suſinum*, i. e. de Liliis. Germ. Lilien-Oel.

*Oleum Talchi*, ſeu *Talci*, per deliquium fit ex Talci ☿ ſati & Tartari per Nitrum calcinati ãã. partibus æqualibus S. S. S. in Crucibulo cementatis, △nis vi & ſ. a. per deliq. parat. Germ. Talck-Oehl. Plura apud Authores videnda. *Sign.* ∅, 🜿.

*Oleum Tartari Sennerti*, eſt 🜿 oliata liquida. *Sign.* 🜿, 🜿, V, ⊚, 🜿, 🜿, 🜿, 🜿, 🜿, 7. △, 🜿.

*Oleum Terræ*, eſt pellucido rubicundum, odoris fortis, Petroleum æmulantis, ſed gratioris. Antè paucos annos nobis ex India Orientali allatum eſt, ubi ex monte quodam effluere dicitur. *Lexic. Blancard.*

*Oleum Thaſium*, *Ol. metropium*, & *Oleum ex Nucibus Græcis*, eſt Oleum Amygdalarum. Germ. Mandel-Oehl. *Johnſon.*

*Oleum Vitrioli*, quidam ex Vitriolo ad rubedinem calcinato vi △is per Retortam ſ. a. deſtillant, quidam ex iſto calcinato Vitriolo, additis Silicibus pulveriſatis, & ſ. q. Spir. Vini mixtis, ſ. a. per Retortam deſtillant. vid. *Auth. Sign.* 🜖, 🜖.

*Olfactorius*, idem quod Olfactilis, dicitur de rebus odoratis, quæ odorem emittunt. vid. Odorabilis. *Lex. Brun.*

*Olibanum*, ſeu *Thus Adulterinum*, *Pſeudo Olibanum*. Germ. Baſtart-Weyrauch / oder Hertz-Weyrauch.

*Olibanum*, *Opolibanum*, *Libanotos*, ſivè *Thus Libanus*, ſive *Libanum*, *Incenſum*. Germ. Incens / oder Weyrauch. Thus arbuſcula, cujusdam Arboris in Arabia naſcentis, Lachryma ſeu Reſina duriuſcula, obſcurè pellucida, profluens ex Arbore Arabica, quæ, ut ajunt, Lentiſcum appoſitè refert. Genera Thuris traduntur duo: Unum dicitur Olibanum, ſeu Thus maſculum, quod ex albo flaveſcit limpidumque, pellucidum, pingue ac ſiccum eſt, in globulos rotund[illegible] ſingulos, aut Teſticulorum figura geminos concretum, ideoq; maſculi cognomen accepit. Alterum dicitur Fæmininum magis reſinoſum ac molle, & citò ardens, quod bonitate Maſculo cedit. Ex Alexandria Ægypti copioſum ad nos defertur. Cortex etiam in uſu eſt, debet eſſe craſſus, pinguis odoratus, recens minimè ſcaber, vid. L. C. Cortex Thuris.

*Olibanum corticoſum*, ſeu *Thus corticoſum*. vid. Cortices Thuris.

*Olibanum electum*, *Thus maſculum*, *Stragonias*, *Olibanum*, ſeu *Thus Teſticulorum*. Germ. Außerleſener Weyrauch. Sunt illa Grana ex albedine citrina Thuris.

*Olibrum*, i. e. Maiorana. *Sylvat.*

*Oligophoros*, eſt Vinum tenue, paucis Spiritibus gaudens.

*Olinthi*, ſunt Ficus parvæ immaturæ. Germ. Unzeitige Feygen.

*Oliva*, Germ. Oliven / vocatur Fructus Oleæ, ex quo fit Oleum. *Gal.* lib. 2. de S. F. Cap. 7. & l. 2. de Al. fac. cap. 27. Olivarum differentiam vid. etiam apud *Bruyer.* de Re Cibar. L. 11. cap. 36. & vocantur Olivæ Colymbades, Halmades, Olivæ Halipaſtæ, Halinectiræ, Phtinopores & Nectres.

*Olivitas*, idem quod Pinguedo, vid. Oleitas.

*Olla*, vid. Chytra, de modo Ollas parandi, vid. *Willis*, habentur quoq; in Pharmacopœis majores & minores, albæ nigricantes & virides Ollæ, pro Electuariis, Oleis & Unguentis.

*Olus*

Digitized by Google

*Olus*, Germ. Kohl-Kraut/ refertur inter Alimenta è Plantis deſumta. vid *Bruyer*. de Re Cibar. lib. 8. Cap. 3. Olus molle dicitur Pulmentarium oleraceum, cùm ſubſtantiâ tum effectu molle ac tenerum, quod Ventrem ſubducit, *Rhod. ad Scribon*. n. 99.

*Olus aquinum*, vid. Plantago minor. Germ. Spitziger Wegerig.
*Olus anſerinum & leporinum*, eſt Sonchus. Germ. Sonchen Kraut.
*Olus aureum, Chryſolachanum, Atriplex*, Germ. Melten oder Milten. vid. Herb.
*Olus Regium*, vid. Arthemiſia. Germ. Beyfuß.
*Oly*, dicitur Pinguedo Metallorum, ſupernatans menſtruo illa ſolventi. *Mart. Rul. in Lexic.*
*Olympicos*, dicitur Collyrium magnâ ſimplicium turbâ conſtans, ut deſcribit *Ægineta* l. 7. c. 16. Commendatur in Procidentia Oculi & omnibus Ulceribus lib. 1. cap. 22. notante *Gorræo*.
*Olympicus Spiritus*, eſt Aſtrum in Homine, quod efficit, ut Umbram de ſe præbeat. *Dorn. Mart. Rul. & Johnſ.*
*Olympos*, vocatur quoq; modo dictum Collyrium, ap. *Ægin.* Teſt. *Gorr.*
*Olynthos*, Ficum immaturam ſignificat, ſivè Groſſum. *Lex. Brun.*
*Olyra*, eſt Species Frumenti, de qua non conveniunt, an ſit ipſa Zea, an verò ejus ſpecies. *Heſych* deſcripſit per ſpeciem Seminis mediæ inter frumentum & hordeum naturæ, è *Gal.* d. l. *Gorr.* Latinè Siligo vocatur. *Langius* ad Zeam refert lib. 1. Ep. 56.
*Omelyſis*, Vocabulum eſt ambiguæ ſignificationis. *Foreſt. Oec.* p. 697. ſeq. exiſtimat, ſignificari propriè Farinam hordeaceam crudam, ad differentiam Polentæ, quæ torretur. In lata verò ſignificatione notare omnem Farinam crudam. Alii v. g. *Abſyrtus* dicunt eſſe mixtionem quandam Seminis Fœnugræci, Hordei, & Lini Farinarum, æquali pondere. &c.

*Omentum*, Germ. Ein Netz. Reticulum, ſivè Inteſtinorum Operimentum, eſt Membrana duplicata, Inteſtinis inſtrata, pinguedine & vaſis ad inſtar Retis Piſcarii intertexta, Glandulis quoque duabus aut tribus dotata, Ventriculo, Colo & Pancreati annexa, ut Inteſtina calore ſuo foveat, utilis: habet Lactea quædam vaſa & Lymphatica, item Ductus & Sacculos adipoſos perplures, de quibus vid. *Bartholini* Anatomia reformata.

*Omma*, dicitur Oculus. Germ. Ein Auge/ ſignificat quoque Viſum.
*Omnium ad Pondus*, ſive: *ad Pondus omnium*, ſignificat, quod ultimum præſcriptum Medicamentum debeat pendere, quantum omnia illa ſuperius præſcripta ſimul. Ex. grat. ℞. Corallorum rubr. Matris Perlarum, Ocul. Cancrorum ãã. ʒj. Sacchari albi ad Pondus omnium, nimirum ʒiij. M. Notatur ità: ad p. o.
*Omolinon*, hoc eſt Linum crudum, quod ad uſtionem faciendam utitur. *Hippoc.* lib. affect. &c.
*Omotarichos*, latè ſignificat Salſamentum crudum, quo Carnes condiri ſolent. *Galen.* lib. 5. de C. M. S. L. cap. 1. ſtrictè verò dicitur de Thynnorum ſalſamento, ſive Carne Thynnorum Sale condita, de cujus virtute vid. *Dioſcorid.*
*Omotion*, i. e. Caſtanea. Germ. Keſten. *Sylvat.*
*Omotribes*, Epitheton Olei ex Olivis immaturis expreſſi, q. d. Oleum crudum, hoc eſt acerbum, refrigerat & adſtringit, *Galen.* lib. 8. c. 3.
*Omphacis*, vocatur cavum illud, ex quo Glandes Quernæ enaſcuntur, & Coriarii utuntur. *Ægineta* lib. 3. cap. 42. *Plin.* Calicem Glandium, Recentiores Medici Capulam vocant.
*Omphacites*, eſt epitheton Vini acerbi, ex Uvis nondum planè maturis parati, quale peculiariter in Leſbo factum, legitur apud *Dioſcorid.* lib. 5. cap. 12.
*Omphacitis*, epitheton Gallæ parvæ tuberoſæ, ſolidæ, nullo foramine perviæ, *Dioſcorid.* lib. 1. cap. 146.

*Ompha-*

Digitized by Google

*Omphacium*, eſt Succus ex Uvis immaturis expreſſus. *Agreſta* Officinis dicitur. Germ. Agreſt/ oder unzeitiger Trauben-Moſt.

*Omphacomeli*, Potionis conditæ genus ex Succo Uvæ acerbæ, & Melle. Reſpondet Syrupo de Agreſta. Officin, *Gorr.* vid. Diſpenſatorium Auguſtanorum & Norimbergenſe.

*Omphalocarpon*, *Aſpera Lappago*, *Aſperugo Plinii* & *Dodon. Aparine*. germ. Kleber-Kraut. vid. Herbas.

*Onager*, dicitur *Aniſus ſylveſtris*, vid. *Aldrov.* lib. 1. cap 3.

*Onbetcora*, *Onbelcora*, eſt Cucurbita, *Johnſ.* Lex. 2. fol. 6.

*Onda*, vocatur Inventor omnium Medicamentorum, præſertim v. ſimplicium, *Paracelſ.* Præfat. in Libros Bertheoniæ.

*Onis*, dicitur Stercus aſininum, ſeu Fimus aſininus. *Hipp. & Fœſ.*

*Oniſcos*, vid. Aſellus, vel Millepedes, vel Porcelliones. &c.

*Onocardium*, eſt Carduus fullonum. Germ. Weber-Carten/ vid. Herbas.

*Onocrotalus*, Latinè Pelicanus, eſt Avis Palmipes. vid. *Aldrov.*

*Ononis*, Germ. Heu-Hechel. vid. Rad. Ononidis.

*Onopterium minus*, eſt Ruta Muraria ſeu Parietum. Germ. Mauer-Rauthen. vid. Herbas.

*Onoloſat*, *Onoloſach*, *Onoſai*, *Onoles*, ſunt Nomina Ponderis, & eſt Obolus. *Matth. Sylvat.* p. 159.

*Onos*, eſt Aſellus, Millepedes, Porcellio. Germ. Keller-Eſell.

*Onyx*, Pharmacevticè ſignificat Conchilii ſpeciem, quæ Blatta Byzantia dicitur, vid. Blatta. *Mart. Rul.* pag. 354. Onychis 8. genera ponit. Prolixiorem Deſcriptionem hujus vid. apud *Chiocc. Muſ.* & apud *Schrœd.*

*Oon*, Latinè Ovum. Germ. Ein Ey. quid communiter ſit, notum eſt. Nimirum eſt peculiaris Conceptus in Animalibus, præſertim volatilibus, è Teſta, quæ & Cortex & Veſtis Ovi vocatur *Keuch.* ad Sam. p. 205. membranis, albumine & vitello conſtans. Inter Ova, Gallinacea eſſe uſitatiſſima ad victum & Medicinam, patet ex *Galen.* lib. 3. de Alim. fac. Ovum aureum vernaculè vocatur Antidotus, ſeu Electuarium de Ovo, cujus Deſcriptio habetur in Diſpenſatoriis. Spagyricis, Ovum Philoſophorum vocatur Lapis benedictus, ſeu philoſophicus, Ovum Hermetis, quod Ovi formæ Philoſophicis Operationibus inſervit. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Opalus*, *Opali*, dicitur Gemma prætioſa, cujus Mater eſt India; color varius, utpotè in qua Carbunculi tenuior apparet Ignis, & Amethyſti fulgens Purpura, & Smaragdi virens Mare; magnitudo ejus Nucis avellanæ. vid. *Mart. Rul. & Johnſ. Chiocc. Muſ.*

*Operatio*, eſt Labor Chymicis familiaris, qui ſuos Proceſſus etiam Operationes nuncupant. Ità Medicamentorum in Corpore noſtro effecta, appellantur à Medicis Operationes. Ità & Pharmacopœi ſuas habent Operationes. Germ. Eine Würckung oder Vollbringung eines Wercks. *Lexic. Brun.*

*Operculum*, dicitur id, quo aliquid tegitur aut occultatur.

*Operimethiolim*, eſt Minerarum Spiritus. *Dorn. Mart. Rul. & Johnſ.*

*Opheleo*, ſignificat utilitatem affero, juvo, proſum &c.

*Ophioglosſum*, Germ. Natter-Zünglein. vid. Herbas.

*Ophis*, Latinè idem quod Serpens, nomen generale Animalis reptilis venenati, cujus variæ dantur ſpecies, vid. *Aldrov.* Spagyricis, Serpens & Baſiliſcus Sapientum, dicitur Mercurius ſublimatus, ☿ ♎, ſummo ſtudio. *Th. Chym.* Vol. III. pag. 247. Serpens Spiritus Caſtitatis, id eſt Mercurius ☿. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Ophites*, eſt Species Marmoris, & Ophites dicitur, tantùm propter Colorem, quià Colore repræſentat Serpentes, vid. Lapides.

*Ophthalmica* ſeu *Ocularis herba*, vid. Euphraſia. Germ. Augen-Troſt.

*Ophthalmica*, ſunt Medicamenta adverſus Oculorum mala.

*Opiata* & *Opiatum*, ſive Electuarium, Medicamentum internum, quod conſi-
ſtentia

Digitized by Google

ſiſtentia opiatæ officinali (ut Theriacæ vel Mithridatio) ſimile, ex variis rebus Melle vel Syrupo exceptis, in plures Doſes eſt concinnatum. Generaliter ſumitur pro omni Electuario, ſed ſpecialiter pro iis tantùm, quæ Opium, à quo denominatio, recipiunt, uti pro Diaſcordio, Mithridatio, Philonio, Theriaca, Requie Nicolai &c.

*Opiata*, ſunt Electuaria Anodyna, vel quæ Opium recipiunt.

*Opifex, Opificium*, generaliter de omni Artifice vel Opere. Germ. Ein Künſtler.

*Opii Correctionem*, quidam per toſtionem præparant, quidam ſolvendo per ▽am, quidam per ♱, quidam per Succum Cydoneorum, vid. *Langelott.* quidam per Spir. Vin. ſolvunt, philtrant, & ad conſiſtentiam Extracti coagulant.

*Opilare*, id eſt Operire. *Mart. Rul. & Johnſ. in Lexic.*

*Opinis*, i. e. Panis non fermentatus; ſecundum alios, Panis non mundus à Furfure. *Plin.* lib. 22. cap. 25.

*Opiologia*, id eſt Opii Deſcriptio, vid. *Wedelii* Opiologia.

*Opiſthobares*, vocatur Collyrium quoddam, ad aſperitates Palpebrarum efficax, cujus Deſcriptio habetur apud *Aëtium*, lib. 7. ex *Oribaſio*.

*Opiſtocheimon*, Extrema Hyems, aut Frigus in extrema Hyeme, *Hippocr.* L. de Humor. vij. 12. L. 1. Epit. ſ. 11. t. 4.

*Opium*. Germ. Schwartzer Magſamen-Safft/ oder Opium. De hoc obſervetur, quod ſint duo diſtincti Liquores, Opium & Meconium, quodque ex Papavere ortum. Meconium eſt Succus ex tota Papaveris Planta expreſſus, philtratus inſpiſſatus ac coagulatus. Opium, idem eſt Succus, ſed qui ſponte exſtillat, vel Lachryma eſt ex Capitibus Papaveris maturis inciſis & ſauciatis, qui Solis calore coagulatus, inſpiſſatus, exſiccatus nigricat, & dicitur Opium: Tres enim ejus ſunt differentiæ: Datur Opium album, flaveſcens & nigrum, quæ utut promiſcuè poſſint uſurpari, nihilominus Opium nigrum magis eſt uſitatum. Elegans ſane & neceſſarium ſimplex in Medicina eſt Opium. Plura lectu digna inveniuntur apud *Baconem de Verulamio, Deodatum, Doringium, Freitagium, Hartmannum, Schillinigium, Schrœderum, Wedelium* & alios.

*Opium*, ſeparato Sulphure phlogiſto, fœtido & immaturo, eſt Anodynum.

*Opium Thebaicum*, cenſetur eſſe optimum & præſtantiſſimum, quod ex Cairo advehitur, albicatq;, ut etiam vult *Galenus*. Nec minoris virtutis eſt illud, quod ex Cambaia hodie affertur. Ex Siria verò & Alexandria, & aliis Regionibus allatum, nigrum & minus eſt. *Beguinus* pag. 238.

*Opis*, i. e. Capillus Veneris. Germ. Frauen-Haar. *Sylvat.*

*Opobalſamum*, ſeu *Balſamum*, vel *Lachryma Balſami*, & *Balſamum Judaicum*, ejus Planta frutex eſt, ſeu arbuſcula, tres Cubitos ad ſummum alta, folia olens, Rutæ foliis ſimilia. Syriacum dicitur Rutæ folio. Ægyptiacum Lentiſci folio. Naſcitur ſponte in Arabia felici, unde olim in Judæam & hodie in Ægyptum translata, loco quodam occluſo, Cayro vicino, quem Materеam vocant, colitur. Ejus fructus dicitur Carpobalſamus; Ramuſculi Xylo-Balſamus; Succus, Opobalſamum. Fructus eligatur recens, plenus, ponderoſus, guſtu mordax. Ramuſculi probantur recentes, tenues & odorati. Ægypti Balaſſan nominant. Germ. Balſam, oder Juden-Balſam.

*Opocalpaſon, Opocarpaſon*, Succus Arboris Calpaſi, Myrrhæ ſimilis, ſed venenatus, exitialis & ſtrangulationem inducens. Teſte *Galeno*, lib. 1. de Antidotis c. 11. vid. & *Lang.* & *Chiocc. Muſ.*

*Opochriſma*, tale dicitur Unguentum, quaſi Enſis aut aliud Inſtrumentum vulnerans illinatur, vulnus adactum ſua ſponte ſanetur.

*Opodæ Medicinæ*, ſunt Medicinæ, quæ ex Succis fiunt, ut Opium. *Matth. Sylvat.* cap 567.

*Opodeldoch*, nomen eſt Emplaſtri alicujus Vulnera & Ulcera ſanantis: Iſtius Deſcriptiones inveniuntur apud *Paracelſum, F. Wurtz, Mindererum*, alioſque



Digitized

que Authores. Nomen eſt Chymicum fictitium, nihil ſignificans: Species eſt Emplaſtri ſtictici. Ideoq; Germanicis ſonat: Stich-Pflaſter.

*Opolibanum*, vid. Olibanum. Germ. Weyrauch.

*Opopanax*, ſeu *Opopanacum*, ſeu *Lachryma Panacis*, & *Kyva*, vel *Ciſt.* InterGummi locum habet, & ▽is facilè ſolvitur. Ex vulnerato Caule, Panacis Heraclei, maximè circa Radicem, æſtate gummeus Succus ſponte concreſcens, effluit, qui *Plinii* multorumq; aliorum judicio, Opopanax eſt, ad uſus plurimos commendatiſſimus, quod indicare videtur Plantæ, ex qua eruitur, nomenclatio: Nam Panax, ſeu Panaces dicitur, quòd omnem morbum & dolorem abigat, vel omnibus Remedia promittat. Hinc Panacea nominatur, *Joh. Rhenodæus.* Probatur amariſſimum, intus candidum aut ſubflavum, foris ad Auri colorem inclinans, læve, pingue, Galbani inſtar lenteſcens, friabile, grave olens, & dum reſolvitur, proprius ad lacteum Liquorem accedens.

*Opopyron Laudani*, eſt *Paracelſi* Remedium, quo Febris, & ejus Dilatatio pellitur. *Dorn.* in Dict. *Paracelſ.* meminit, vid. *Theoph.* lib. 2.

*Opore*, duplicem obtinet Significationem. I. Dicitur de certo Anni Tempore, videlicet Extrema Æſtate, ſivè alterâ, vel etiam tertiâ Æſtatis parte; ſecundum varias Veterum diviſiones, *Galen.* lib. 1. de Antidot. c. 18. Com. III. de Humor. t. 19. lib. de Cib. bon. & mal. Succ. c. 8. quod nonnulli deſcribunt à Canis ad aretur: Ortum ex Poëtis, *Rolf.* O. ac M. M. Sp. in addendis p. m. 1050. Alii ad ipſum Autumnum referunt. II. Significat ipſos Fructus, dictô tempore maturos, inter quos præcipuè fuerunt Ficus & Uvæ. Interpretes quoq; plerumq; exponere ſolent per Poma. vid. *Hipp.* & *Galenus.*

*Oporice*, nomen Medicamenti eſt ex Fructibus compoſiti. Fit ad Dyſentericos, Stomachiq; vitia in congio Muſti albi lento vapore decoctis Malis Cotoneis quinq; cum ſuis Seminibus, Punicis totidem, Sorborum Sextario, & pari Menſura ejus, quod *Rhun. Syriacon* vocant, Croci Semuncia, coquitur uſque ad craſſitudinem Mellis. vid. *Plin. Gorr.* & *Galenus.*

*Oos*, Latinè Succus, præſertim Plantarum crudus, ſivè expreſſus, ſivè ſpontè manans vocatur. *Gal. lib. 1.* dicitur quoq; de Silphii vel Laſeris Succo. Ex *Hippocr.* Libro 2. de Morb. XXXIX.

*Oppilatio*, idem quod Obſtructio, & quidem arcta, notante *Rhod.*

*Oppletio*, idem eſt quod Repletio & Impletio.

*Oprimecbiolum*, *Paracelſo* dicitur, omnis Fumus ex Ære. lib. 2.

*Ops Metallicum*, id eſt Argentum vivum. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Opſo*, vel *Opſon*, i. e. Salſamentum, Pulmentum. Germ. Ein Brey.

*Opt.* ità à Medicis præſcript. ſivè aliàs notatum, legendum eſt: Optima ſeu Optimum. &c.

*Optica*, ſunt Medicamenta, quæ adverſus Oculorum Affectus valent.

*Opus*, Opera Chymica dicuntur, vel Labores, vel Effectus, qui prodeunt ex Laboribus. Opus trium ☿ ♀ quid vocetur. vid. in *Th. Chym.* Vol. II. pag. 43. Opus Mulierum & Puerorum, Vol. III. pag. 39. Opus Veris, Æſtatis, Autumni, Hyemis, pag. 13. 17. &c. Vol. III.

*Ora*, Curam ſignificat, Curam gero. vid. *Galen. Hippoc. & Gorr.*

*Orale*, id eſt Vas. *Mart. Rul. & Johnſonus.*

*Orbicularis*, vid. Fungus Chyrurgorum. Germ. Boſiſt.

*Orbiculi*, aliquando idem ſunt in Officinis quod Rotulæ. *Weker.*

*Orbis*, Homonymon eſt Vocabulum, variiſque Rebus tribuitur. Aliquando eſt totus Mundus, & dicitur Orbis Terrarum. Vel eſt etiam Piſcis marini nomen, ob Rotunditatem globoſam Orbis dicti, duriſſimi, vid. *Aldrov.* lib. 4. de Piſcibus Cap. 15.

*Orca*, nomen Piſcis Cetacei marini, Delphino ſimilis apud *Rondel. & Aldrov.* lib. 1. de Cetis Cap. 6.

*Orchilus*, eſt Nomen Avis, aliàs Regulus dictæ. vid. *Aldr.* lib. 17.



Digitized by Google

*Orchis*, id eſt Satyrium, vid. Rad. Satyrii. Germ. Stendel-Wurtz.

*Orcus*, quoque eſt Ignis ſubterraneus, quem in medio terræ copioſiſſimum æſtuantiſſimumque, nonnulli credunt exiſtere, vocatur Orcus, vel Barathrum, *Theat. Ch.* Vol. V. pag. 333.

*Ordeum*, ponitur ſine aſpiratione pro Hordeum paſſim apud antiquos Authores, vid. *Rhod.* in *Lexic. Scribrn.* & *Indic. Gal.*

*Ordo*, quantùm in Chymicis ſitum eſt, in Obſervatione Ordinis paſſim inculcatur in eorum Scriptis. Quære in Indice *Th. Ch.* Volum. lib. IV. V. VI.

*Oreoſelinum*, eſt Apium montanum. Germ. Berg-Peterlein. vid. Rad. Apii mont.

*Oreptica*, dicuntur, quæ Faſtidium Ciborum auferunt. Germ. Den Eckel benehmende Mittel.

*Oreſelinum, Apium ſativum* ſeu *verum*, eſt Petroſelinum. Germ. Peterſilien. vid. Herbas.

*Orgia*, Hippocrati idem ſunt, quod Arcana, Myſteria &c.

*Orichalcum*, vid. Aurichalcum. ♀. Germ. Meſſing. *Lex. Brun.*

*Oricia*, epitheton Terebinthi ab Orico, Civitate Epiri, juxtà quam naſcitur Terebinthus. *Keuchen.* ad *Sammon.* paq. 214.

*Oricularis, Oricularius*, pro Auricularis, dicitur de Clyſtere, idem de Specillo, apud *Celſum* lib. 7. cap. 26. &c.

*Oriens*, quoque Spagyricis dicitur Urina ▭. Sal Urinæ, ⊖. Vitriolum ⊕. Oleum rubrum, Maſculus, Rubinus, Aries. Quæ omnia ſunt ænigmata Spagyrica. *Mart. Rul.* & *Johnſonus.*

*Orificium*, aliquando denotat Foramina Vaſorum, ut Orificium Vitri, Urcei, Pixidis. &c.

*Origanum*, Germ. Doſten/ oder Wolgemuth. vid. Herbas.

*Origanum aquaticum*, eſt Eupatorium *Avic.* Craditum, ſeu Adulterinum. Germ. Hertz-Klee. vid. Eupatorium Cannabinum.

*Origanum Creticum*, ſeu *Heracleoticum*. vid. Herbas.

*Origo*, idem eſt quod Initium, ſive Principium. Germ. Ein Anfang.

*Oriolus*, idem quod Picus, Nidum ſuſpendens, vid. *Aldrov.* lib. 12. cap. 39.

*Orionius*, id eſt Urinoſus, dicitur de Spiritu Urinæ. Unde Orionium *Zwingeri* vocatur, quod eſt tertius Orionis Spiritus fixus, qui ex craſſiore ſalſioreque parte Lotii evocatur. *Libav.* S. A. Ch. libro 8. Cap. 29.

*Oriza*, ſeu *Oryza* & *Oryzum, Rixum* & *Rizum, Hordeum galaticum*, ſive *Riſum*. Germ. Reyß. De genere Frugum eſt, mediocriter alit, & vim quandam adſtringendi habet, quâ ventrem modicè ſiſtit, vid. Sem. Orizæ, & *Galen.* lib. 1. de Alſac. c. 17.

*Orizeum*, idem quod Aurum. ☉. Germ. Gold. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Orizeum foliatum*, eſt Aurum in tenuiſſimas Bracteas malleo cuſum. Germ. Gold Blädlein. *Mart. Rul.* & *Johnſonus.*

*Orizeum coagulatum*, eſt Aurum in Crocum ſuum redactum, adminiculo Croci Mercurii. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Orizeus Liquor, Paracelſo* dicitur Liquor ex ☉ro coagulato paratus, cujus Deſcriptio habetur Paragraph. lib. 11. §. 3. &c.

*Orminum*, ſeu *Horminum*, Germ. Scharlach. vid. Herbas.

*Orms*, id eſt Gallina. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Orobion*, ſignificare videtur Ervi Farinam, apud *Hipp.* lib. 1.

*Orobo*, eſt Vitrum Metallicum. *Dorn. Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Orobus*, vid. Semen Orobi. Germ. Erven.

*Orodis*, i. e. Roſa Canina. *Sylvat.*

*Orogamo*, eſt Aurum ☉. Germ. Goldt. *Mart. Ruland.* & *Johnſonus.*

*Orphus*, vocatur Piſcis quidam ſivè littoralis, ſivè marinus, vid. *Aldrov.* lib. 2. de Piſcibus Cap. 11.

*Orrhopiſſa*, eſt Picis liquidæ ſeroſum Excrementum, Picis veluti Serùm, hoc legitur apud *Hippocr.* lib. de Ulcer. IX. 12.

*Orrhos*, Latinè Serum, id eſt, ▽ſa portio Lactis & Sanguinis, vid. *Hippoc.*

*Orthodoron*, Menſura eſt apud Græcos, quâ Rerum intervalla metiuntur. Latinè Rectus Palmus dici poteſt. *Gorræus*.

*Ortus*, præter alias ſignificationes, in opere Lapidis Philoſophici Ortus Solis myſticus dicitur, quando ex caligine & nigredine paulatim fit mutatio in albedinem. Lib. Tom. 2. Oper. pag. 142.

*Ortygometra*, eſt Coturnix grandior, unde & vernaculè Rex Coturnicum vocatur. Nomen Ovis. vid. *Aldrov.* lib. 13. cap. 23.

*Orvala, Orminum, Horminum, Scarlea, Sclarea.* Germ. Scharlach-Kraut. vid. Herb. Hormini.

*Orvietanus*, ſeu *Orvietanum*, dicitur eſſe Cognomen alicujus Agyrtæ, vel Circumforanei, aliàs *Hieronymus Ferrantes* dicti, qui inventione alicujus Antidoti ſingularis, vel Electuarii Alexipharmaci claruit, contra omnia venena. Is enim primus auſus fuit publico foro deglutire, ignatum ſibi quodlibet Toxicum. Vulgò vocatur Orvietaan. vid. *Helmont. Hippoc. Redivivus*, & *Rhod. ad Scrib.* & *Rolf.* Deſcript. Electuari. vid. apud *Schrœd.* lib. 2. cap. 51.

*Oryza, Riſum*, Germ. Reyß. vid. Oriza.

Os, *Oſſis*, Germ. Bein / in uſu Pharmacevtico aliquando Oſſa ſunt uti Oſſa, ſeu Crania humana. Germ. Menſchen-Bein / oder Menſchen-Hirn-Schalen. Oſſa ſeu Cornua Alcis, Cervi. Germ. Elends- oder Hirſchhorn. Dentes Apri. Germ. Wilde Schweins-Zähn. Oſſa de Corde Cervi. Germ. Bein von Hirſch-Hertz. Oſſa ſeu Tali Leporini. Germ. Haſen-Sprung. Oſſa Sepiæ. Germ. Fiſch-Bein.

Os *Baliſtæ, Calcaneum*, vid. Aſtragalus, ſeu Talus Leporinus. Germ. Haſenſprung.

*Oſcieum*, eſt Apium. Germ, Eppig. *Johnſ.* 2. *Lex.* fol. 6.

*Oſme*, idem quod Odme, ſeu Odor. Germ. Der Geruch. vid. Odme.

*Oſmundi Aphaca*, & *Aphace, Vitia ſylveſtris*, Germ. Wilde Wicken / oder St. Chriſtophers-Kraut.

*Oſoac*, eſt Argentum vivum. ☿. Germ. Queckſilber.

*Oſoror*, idem eſt quod Opium. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Oſphreſis*, idem eſt quod Odoratus, Odor. Germ. Der Geruch. *Lex. Brun.*

*Oſprion*, ſignificat Legumen. vid. *Hipp. & Galen.* aliquando Fabam.

*Oſſa de Corde Cervi*, ſeu *Cartilagines Cordium Cervorum.* Germ. Hirſch-Hertz-Bein. Inveniuntur etiam in Cordibus Taurorum talia Oſſa. Eſt arteriarum in Baſi Cordis concurſus, qui cum Ætate & imprimis turgeſcentiæ tempore durior fit, & in Os degenerat. vid. *Authores*.

*Oſſa Dactylorum*, Germ. Dattel-Kern. vid. Dactylus.

*Oſſa Paralleli*, eſt univerſale Medicamentum in Podagra. *Dorn. M. Rul. Johnſ.*

*Oſſa, ſeu Os ſepiæ, Piſcis Sepiæ, Os candidum, Teſta Sepiæ.* Superiori autem fungoſâ, quaſi Medullâ ejusdem Coloris repletum. &c. Germ. Fiſchbein / Black-Fiſch / Black-Küttel / ad Dentifricia uſurpatur. Capiuntur in Gallia, & aliis locis.

*Oſſa*, ſeu *Oſſicula*, ſuntq; duri & lapidei Cortices, qui Nucleos circumdant, ut Cortices Amygdalarum amarum, dulcium, Perſicarum, Pinearum &c. Germ. Kern-Schalen.

*Oſſifraga*, eſt nomen Avis ferè ad Aquilas pertinentis. vid. *Aldrov.*

*Oſſifragus*, eſt Nomen Lapidis Oſtiocollæ, vid. Lapis Oſtiocollæ.

*Oſtiocolla*. Germ. Beinbruch. vid. Lapis Oſtiocolla.

*Oſteon, Oſtum, & Oſtun*, ferè idem eſt quod Orificium. *Lexic. Brun.*

*Oſteritium, Aſteritium, Oſtritium* & *Oſtrutium.* Germ. Meiſter-Wurtz.

*Oſtracitis*, Species Cadmiæ factitiæ eſt, quæ in Fornacum locis humilioribus ex craſſa materia fit, & ſuperficie teſtam repræſentat. *Gorræus.* vid. Cadmia.

*Oſtracium Indicum, Conchula Indica, Conchilii Indici operculum.* Germ. Indianiſche Muſchel-Schale. vid. Blatta Bizantia.

*Oſtracodermon*, dicitur omne Animal, cui pro cute teſta eſt. *Galen.* lib. 1. de Al. fac. c. 1. & l. 3. cap. 33. Teſtaceum. vid. *Aldrov.* lib. 3.

*Oſtra-*

Digitized by Google

**Oſtracon**, ſignificat Teſtam figulinam, cujus uſus etiam eſt in Medicina, præſertim ad Fotum. *Hipp.* lib. 2. de Morb. XLIV. hinc *Vaſa* figulina & teſtacea vocantur. vid. *Hippocr.*

*Oſtrea, Oſtreum.* Germ. Auſtern. Eſt ſpecies Animalis teſtacei, eſtq; Concha marina, ex genere rotundarum. Quarum uſus hodieq; adhuc viget in menſis lautioribus. vid. *Willis*, Tract. An. Brut. P. L. Cap. 3. &c.

*Oſtreorum Conchæ*, ſeu *Teſtæ*. Germ. Auſter-Muſcheln oder Schalen.

*Oſtrites*, id eſt Oſteocolla. Germ. Beinbruch. vid. Lapides:

*Oſtritium*, idem quod Oſtrutium, Germ. Meiſter-Wurtz. vid. Radices.

*Oſtrutium transplantatum*, id eſt Angelica vid. Radices.

*Oſtum, Oſtun,* & *Oſteon*, ferè idem eſt, quod Orificium. *Lex. Brun.*

*Oſyris*, Linaria, ſeu *Herba Urinalis*, Germ. Lein-Kraut. vid. Herbas.

**Otap**, eſt Sal Armoniacus ✱ rubificatus per ▽am Vitrioli rubei, *Johnſ. Lex.* 2.

**Othan**, & **Othari**, eſt Mercurius Philoſophorum. *Mart. Rul. & Johnſ.*

**Othode**, i. e. Serum Lactis. Germ. Milch-Raum. *Sylvat.*

**Otica**, ſunt Medicamenta adverſus Aurium Morbos. *Lex. Brun.*

**Oticos**, dicitur de eo, quod ad Aures pertinet, Clyſter auricularis & Medicamentum auriculare. *Gorræus.*

**Otis**, nomen eſt Avis in Thracia & Macedonia frequentis, quæ aliàs Gradipes & Avis tarda vocatur. vid. *Aldrov.* lib. 13. c. 12.

**Otus**, Avis dicitur Noctuæ ſimilis, Pinnulas circa Aures habens. Dicitur & Aſio. vid. *Aldrov.* lib. 8. Ornithol. cap. 3.

**Ova**, ſunt prima omnium Animalium & Vegetabilium Rudimenta: In iis enim continetur Hominis, Brutorum, ut & Vegetabilium primum Stigma, quodq; magis & magis ſolideſcens ſuum producibile producit. *Lex. Blan.*

*Ova Ranarum*, Germ. Froſchleich. vid. Sperma Ranarum.

*Ovatus*, eſt Fungus rotundus vel ſemirotundus & incertæ magnitudinis, naſcitur in Campis deſertis, nullum habens Pediculum, intus ſpongioſus, & ſi recens, aquam continet: Siccatus verò ſpongioſam, & pulverulentam continet Materiam inſtar Ochræ. Extus Pelliculâ obducitur ejuſdem ferè Coloris: Utuntur Chyrurgi in ſanguine ſiſtendo. Germ. Buſiſt / Weiberfiſt / Barbierer Schwamm zum Bluth ſtillen. vid. Fungus Chyrurgorum.

*Ovi albor* & *album*, eſt Albumen Ovi, ſeu candidum Ovorum, Clareta, ſeu Leucoma & Leucon Ovi. Germ. Eyerweiß. ♈. *Mart. Rul.*

*Ovis*, Germ. Ein Schaff. vid. Ovis.

*Ovorum putamina*, ſunt Ovorum Teſtæ. Germ. Eyer-Schalen.

*Ovorum teſtæ*, ex quibus Pulli excluſi ſunt. Germ. Eyer-Schalen/ woraus junge Hühnlein im Brüten geſchloſſen ſind.

*Ovum.* ⌂, ○. Germ. Ein Ey. vid. Oon.

*Ovum aureum*, eſt Antidotus ſeu Electuarium de Ovo.

*Ovum Chymicum*, eſt Lapis Benedictus. *Mart. Rul. & Johnſonus.*

*Ovum Perdicum*, vid. Perdix. Germ. Ein Rebhuhn-Ey.

*Ovum Philoſophorum, Chymicum*, ſeu *Hermetis*, eſt quod Ovi formæ, Philoſophicis Operationibus inſervit. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Ovum Struthio Cameli.* Germ. Strauſſen-Ey. Ovum eſt Avis maximæ, exoticæ & celebris. Ova iſta in magna copia in Africa in ∴na calida inveniuntur.

*Oxalis*, id eſt Acetoſa. Germ. Sauerampffer. vid. Herbas.

*Oxalis rotunda*, *Sativa franca rotundi folia*, Germ. Spanniſcher Sauerampffer.

*Oxalme*, Miſtura ex ✚to & Sale parata, cujus meminit *Dioſc. & Galen.* vocatur etiam Muria acida, vid. *Theatr. Chymic.* eſt Conditura Braſſicæ. *Foreſt.* lib. 4. *Chyrurg. obſerv.* 3. Schol.

*Oxelæon* & *Oxeleum*, eſt Mixtio ✚ti cum Oleo. Germ. Eſſig mit Oehl vermiſcht. vid: *Galenus & Foreſtus.*

*Oxinos*, Vinum dicitur quod coacuit aliquatenus, non tamen perfectè in ✚tum converſum eſt, Latinè Vappa. *Linden.*

*Oxot*, eſt Vinum acidum, Acetum, Oleum paleſtinum ✚. Germ. Eſſig. vid. *Linden.* & *C. Hoffm.*

*Oxy*, id eſt Acutum. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Oxyacanthæ*, ſeu Creſpinus Fructus, vid. Berberes. Germ. Sauerach.

*Oxybaphon*, idem quod Acetabulum, eſt Nomen Menſuræ. vid. Acetabulum, & Cotyle. *C. Hoffm.*

*Oxycraton*, & *Oxycratum*, Latine Poſca, vel Puſca, eſt Compoſitio ex ▽a & ✠to. vid. *Galen. & Rhod.* ad *Scribon.*

*Oxycroceum*, eſt Emplaſtri cujusdam nomen, quod ex Croco & Aceto aliquando etiam cum ☿ mixtum, Pice aliisq; Rebus compoſitum. Germ. Saffran-Pflaſter. vid. *Galen. & Rhod.* ad *Scribon.*

*Oxyderces*, *Oxydorcious*, id eſt Viſûs aciem promovens.

*Oxygala*, eſt Lac acidum, de quo legatur *Galen.* lib. 3. de Al. fac. c. 16.

*Oxygaron*, *Garum acidum*, hoc eſt Garum cum Aceto mixtum, ſpecies Embammatis vel Intinctûs, Opſonii loco, ad Piſces olim adhibiti, quemadmodum Oxelæogarum, quando unà cum Aceto & Oleo admiſcebatur. vid. *Gorr. Jul. Alex.* Oxygarum purgans tradidit *Aët.* lib. 3. cap. 86.

*Oxyglici*, eſt quaſi Mulſa acida, vel Acetum Mulſum dulce; parabatur ex Favis dulciſſimis ▽â maceratis & decoctis. *Gal.*

*Oxylapathum*, Germ. Krindt-Wurtzel. vid. Rad. Lapathi acuti.

*Oxylapathum Galeni*, *Oxalis*, *Anaxyris*, eſt Acetoſa. Germ. Sauerampffer. vid. Herbas.

*Oxilipes*, Epitheton Panis, cui exiguum ✠ti affuſum eſt; Panis acidus. Ventrem ſiſtit. Meminit *Gal.* lib. 8. & *Jul. Alex.*

*Oxymalium*, i. e. Ceruſſa. Germ. Bleyweiß.

*Oxymel*, eſt Compoſitio in forma Syrupi ex Aceto & Melle facta. Germ. Eſſig-Meth. Acetum mulſum, vel accommodatius Mulſum acidum, Potio vetuſtiſſima certa ex Aceto, ▽a & Melle parata, quæ etiam antè *Hippocratis* tempora in Sanitatis uſum venit. Dividitur in ſimplex & compoſitum, Helleboratum & Scylliticum. vid. Diſpenſatoria.

*Oxymyrſine*, *Spina Marina* & *murina*, *Myrtus acuta* & *ſylveſtris*, vid. Rad. Bruſci. Germ. Mäußdorn-Wurtzel.

*Oxyngion*, ſignificat Axungiam, ſivè Adipem. vid. *Dioſcorid. & Gorr.*

*Oxynitron*, nomen eſt Emplaſtri Ruptorii, cujus Deſcriptio habetur apud *Aëtium* lib. 15. cap. 17. allegante *Gorræo.*

*Oxyporon*, vocatur Medicamentum facilè penetrans & permeans, vireſque exerens, qualia ſunt tenuium partium, ut Salina, Volatilia, Spirituoſa. Huc pertinent & pleraque Chymica. &c.

*Oxyrrhingus*, eſt nomen Piſcis. vid. Sturio. *Lexic. Brunonis.*

*Oxyrrhodinon*, & *Oxyrrhodinum*, eſt ✠ Roſarum. Germ. Roſen-Eſſig. Significat etiam Medicamentum ex Aceto & ◎leo roſaceo paratum. vid. *Morell. Schrœd.* & *Rhod.* ad *Scribon.*

*Oxyrocroceum*, eſt Emplaſtrum compoſitum ex Aceto & Croco. *Sylvat.*

*Oxys*, id eſt Acidum, Acutum. Germ. Sauer und ſcharff.

*Oxys Plinii*, *Oxytriphyllon*, *Panis Cuculi*, *Alleluja*, *Acetoſella.* Germ. Saurer Klee. vid. Herbas.

*Oxyſaccharum*, eſt Compoſitio ex Aceto & Saccharo, ut & Oxyſaccharum compoſitum & ſimplex &c. Nonnunquam in Aceto prius infunditur Vitrum Antimonii, & tunc dicitur Oxyſaccharum emeticum, aliquando Scylla & tunc appellatur Oxyſaccharum Scylliticum. Germ. 1. Eſſig-Safft/ 2. Brech-Safft. 3. Meer-Zwiebel-Safft.

*Oxyſal Diaphoreticum*, præparatur ex Sale Card. bened. & Aceto, in cujus loco Terra foliata Tartari poteſt uſurpari.

*Oxytriphyllon*, *Alleluja*, *Jujula.* Germ. Saurer Klee. vid. Herbas.

*Ozana*, nomen eſt Piſcis, & potiús Polypi. vid. *Aldrov.* lib. 1.

*Ozeman*, id eſt Albumen Ovorum ♈. Germ. Eyerweiß. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Ozialmon*, i. e. Acetum & Sal. ✠ & ⊖. *Sylvat.*

Ozo,

Digitized by Google

*Ozo*, id eſt Arſenicum. o---o. Germ. Arſenick.

*Ozonab*, i. e. Vitellum Ovi. Germ. Eyerdottern.

*Ozos*, vocatur Ramus Arboris, vel ejus veluti Brachium. *Theophraſt*, lib. 5 Hiſt. Plant. cap. 3.

# P.

P. Simpliciter à Medicis ſivè aliàs notatum, legendum eſt: Pugillus, quemadmodum hoc patet ex *Morello*, *Schrœd.* & aliis &c. vid. Pugillus.

*P. æ* vel *Part. æq.* ita notatum, legendum eſt: Partes æquales. Germ. Gleiche Theile / oder eins ſo viel als das andere.

*Pabulum Anſerinum*, Morſus Gallinæ, Alſine. Germ. Hüner-Darm / Hüner-Salm. vid. Herbas.

*Pabulum Camelorum*, *Fœnum Camelorum*, *Juncus odoratus*, vid. Schænanthum. Germ. Kameel-Heu.

*Paccianum*, Species eſt Collyrii apud *Aëtium* lib. 7.

*Pachne*, vid. Pruina, ſeu Pruinum. *Lex. Brun.*

*Pachuntica*, ſunt Medicamenta Incraſſantia, craſſis, ramoſisq; partibus prædita, quæ dum Succis tenuioribus permiſcentur, partes eorum conjungendo & inter ſeſe connectendo, craſſiorem & ſtabiliorem conſiſtentiam ipſis tribuunt, ut Amygdala, Amylum, Bolus Armen. Nymphæa. &c. Germ. Verdückerende Mittel. *Lex. Blanc.*

*Padicos*, præter alias Significationes, eſt & nomen Cataplaſmatis. vid. *Gal.* l. 4.

*Papale*, Pars dicitur Farinæ tenuiſſima, Flos ipſe Polentæ, Pollen. *Gorræus.*

*Pagrus vel Phagrus*, vocatur Piſcis. q. d. Vorax littoralis. vid. *Aldrov.* lib. 2 de Piſcibus cap. 8.

*Pagurus*, vocatur Aquatile, ſive Cruſtatum, eſtq; Cancri ſpecies, *Ægineta* lib. 1. cap. 91. & *Aldrov.* lib. 2. cap. 19.

*Palæſte*, dicitur Menſura quatuor Digitorum. Vocatur & alio nomine, vid. ſupra Dochme. vid. *Hippocr. Jung. Fœſ.* & *Gorræus.*

*Palætyrus*, eſt Caſeus vetus. Germ. Ein alter Käß.

*Pala Marina*, Germ. Meer-Ballen. vid. Pila marina.

*Palatum Leporis*, *Sonchus albus*, *Lactucella*, *Cicerbita*. Germ. Haſen-Köhl. vid. Herbas.

*Pale*, præter alias ſignificationes, eſt tenuiſſima Farina, in qua ſignificatione, ſæpius uſurpavit *Hippocr.* lib. 1. de Mulier. Morb.

*Palear*, dicitur Barba Galli Gallinacei. vid. *Gal.* lib. 3. cap. 21.

*Palimpiſſa*, vocatur à quibusdam Pix arida vel ſicca, quaſi Pix rurſus cocta, quæ Pix ſicca nihil aliud eſt, quàm Reſina bis cocta. *Dioſcorid.* lib. 1. cap. 97. *Schrœd. Lib.* 4. Cl. 2. n. 397.

*Pallaca*, ſignificat Maſſam Auri foſſilem grandiorem, vid. *Plin.* lib. 33. cap. 4. *Job. Agric.* lib. 8. de Nat. foſſil.

*Pallaſius*, *Pallenæa Gemma*. vid. Balagius.

*Pallax*, præter aliàs Significationes, vocatur Lapis quidam factitius. ex Cœlo & Terra Lunæ, cum æquali pondere Solis, in *Th. Chymico.* Vol. 1. pag. 487. &c.

*Palliativum Unguentum*, vid. *Foreſt.* lib. 7. Obſerv. Chirurg. 16. Schol. & Obſerv. 17. ubi legitur.

*Pallor*, *Pallidus*, in Re Pharmacevtica in uſu eſt, ut Aqua Roſarum pallidarum ſeu Damaſcenarum, Conſerva Roſarum pallidarum, ſive Incarnatarum. &c.

*Palma*

Digitized by Google

*Palma Chriſti*, *Ricinus*, vid. Semen Cataputiæ. Germ. Spring-Körner.

*Palma Chriſti*, *Satyrium Regium*, Germ. Stendel-Wurtzel / vid. Radices Satyrii.

*Palma enaſcens*, eſt Arbor creſcens in Syria & Paleſtina, in Alexandria, Ægypti, aliisq; locis, in qua creſcunt Dactyli, ſeu Palmulæ, Cariotæ. Germ. Datteln. Plura legenda ſunt fol. 88. & 89. in Herbario *Bernhardi Verzaſchæ*.

*Palma murina*, *Hieromyrtus*, vid. Rad. Bruſci. Germ. Brusken / oder Rusken-Wurtzel.

*Palma*, quoque eſt interior Manûs pars, Vola dicta. Germ. Die flache Hand. Interdum Emplaſtra ſtomachica ad magnitudinem Palmæ & Volæ manus parantur.

*Palma Virginea*, & *Corona Virginea*, *Unicordia*, vid. Vinca pervinca, Germ. Siungrün.

*Palmulæ acidæ*, *Palmulæ Indicæ*, *Palmulæ nigræ*, ſeu *ſylveſtres*, Dactyli ſunt acidi, vid. Tamarindi. Germ. Tamarinden.

*Palmularum Oſſa*, Germ. Dattel-Kern. vid. Oſſa Dactylorum.

*Paludapium*, ſeu *Eleoſelinum*. Germ. Waſſer-Peterlein. vid Sem. Apii, ſeu Rad.

*Palumbis*, ſeu *Palumbus*, vocatur Species quædam Columbarum, & quidem ſylveſtrium. vid. *Aldrov.* lib. 15. cap. 5.

*Palyno*, ſignificat Aſpergo, Conſpergo & Inſpergo. vid. *Hippoc.* lib. 1.

*Pampathes*, nomen eſt Emplaſtri compoſiti ex Zinnabari ad tophos, aliosque Tumores ſcirrhoſos. vid *Æginetâ* lib. 7. cap. 17.

*Pamphilion*, quaſi omnibus gratum, nomen eſt Emplaſtri albi, cujus Deſcriptio habetur apud *Galen.* lib. 1. de C. M. P. G. cap. 17. & lib. 2. cap. 14.

*Pampini & Capreoli*, vocantur Folia recentia Vitium.

*Pampinula*, *Bibinella*, *Bipenella*, vid. Herb. Radic. ſeu Sem. Pimpinellæ.

*Panacea*, & *Panacæa*, univerſale eſt Medicamentum, omnes morbos indifferenter curans; ſed an datur? dubitandum. De Lapide Philoſophico, Tabaco, Tinctura Solis &c. Plurimi plurima jactant. Germ. Eine allgemeine geſund-machende Artzney.

*Panacea duplicata*, *Panacea Holſatica*, *Sal duplex*, *Sal Sapientiæ*, *Nitrum Vitriolatum Gottorpienſe*, vid. Arcanum duplicatum:

*Panalethos*, id eſt univerſaliter verum. Nomen Emplaſtri nigri inter Cephalica relati, apud *Aëtium* lib. 15. citante *Gorræo*.

*Paname*, id eſt Lignum Saſſafras. Germ. Saſſafras / oder Fenchel-Holtz.

*Panata*, *Panatella*, nomen Edulii ſeu Pultis in Italia uſitatiſſima, ex Pane triticeo, vel ſimilagineo, interdum etiam additis Seminibus Melonum cum Ovo interdum admiſto, in aqua ad Pultis conſiſtentiam coctæ. Germ. Brodt-Brey. vid. *Rolfink.* & *Foreſt.*

*Pancarpia*, nomen Placentæ cujusdam in modum Rotæ Papyro involutæ, quo diutius duret. Apud Alexandrinos celebre fuit hoc Placentæ genus, teſte *Gorræo*.

*Panchreſtos*, q. d. ad omnia utilis. Epitheton quorundum Collyriorum, v. gr. apud. *Galen.* lib. 4. c. 7. & *Æginet.*

*Panchriſos*, id eſt omnino Aureum. Nomen liquidi Collyrii, apud *Æginet.* &c.

*Panchymagoga*, ſunt Medicamenta Purgantia, quæ creduntur omnis generis vitioſos humores evacuare. Itâ in Diſpenſatoriis legitur Extractum Panchymagogum *Crollii*, quale etiam refert *Libav.* S. A. Ch lib. 8. cap. 10.

*Panchymagogum Mercuriale*, *Panchymagogum minerale*, & *Panchymagogum purgans*, eſt Mercurius ≏tus dulcis.

*Pancratium Fuchſii*, *Carduus ſuarius* & *Verius*, *Carlina*, vid. Rad. Cardopatii. Germ. Eber-Wurtzel.

*Pandalea*, *Pandaleon*, & *Pandaleum*, vocatur Medicamentum ſolidum internum, tabulatum, ab Arabibus inventum, Pectori & Pulmoni dicatum, ſuavè, à Morſulis & Rotulis non niſi Formâ differens, fitque quando Materia medicamentoſa Saccharô ſoluto ſuſcepta in Pyxidem aliquam effunditur, ut inibi

Digitized by Google

bi indureſcat, unde uſûs tempore fruſtum aliquod cultro aut cochleari demitur. vid. *Schrœderus*, *Morellus*, & alii.

*Panes Æris fatiſcentes.* Germ. Kienſtock. Panes ex Pyrite & Cadmia conflati. Germ. Stein. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Panis Alcurit*, *Chelonium*, *Teſtadinaria*, *Trymphalita*, *Harthanita*, vid. Rad. Cyclaminis. Germ. Sau-Brod.

*Panis Alexandrinus*, i.e. Recoctus, vel Biscoctus.

*Panis Argenteus.* Germ. Pleck-Silber. *Mart. Rul. & Johnſon.*

*Panis Ciconiæ*, eſt Colchicum. Germ. Zeitloſen. vid. Colchicum.

*Panis Cuculi*, eſt Trifolium acetoſum, Alleluja. vid. Acetoſella.

*Panis Cydoneorum ſimplex*, & cum Aromatibus & aliquando cum Pomo Citri, præparatur ſ. a. ex carne Cydoneorum, & ſ. q. Sacchari ad conſiſtentiam Panis ſeu Rob durioris. Germ. Quitten-Brodt/ einfach/ oder mit Gewürtz.

*Panis Johannis*, *Cærobia*, *Siliqua dulcis.* Germ. Johannis-Brodt. vid Siliqua dulcis.

*Panis martius*, *PaſtaRegia*, *Martipanis* & *Maſſa Panis.* Præparatur ex Amygdalis decorticatis contuſis, cum ſ. q. Sacchari pulveriſati lento △ ne ſ. a. in Maſſam. Germ. Marzypan. vid. Martius.

*Panis Opirus*, vel *Opopirus*, eſt mediocriter ſe habens inter purum & furfuraceum. *Sylvat.*

*Panis Porcinus.* & *Panis Terræ*, eſt Cyclamen, vid. Rad. Cyclaminis.

*Panniculus*, idem ferè quod Linamentum denotat *Galen.* lib. 1. de C. M. S. L. cap. 1. lib. 3. cap. 9. & alibi. Pertinet ad uſum Chyrurgicum & Pharmaceuticum. Ab Anatomicis verò Panniculus accipitur pro Membrana, ut Panniculus carnoſus, Panniculus Cerebri. &c. *Lexic. Brunonis.*

*Panſelenos*, vid. Plenilunium. Germ. Vollmond/ oder Vollſchein. *Lex. Brun.*

*Papa*, *Paracelſo* dicitur Vermis, h. e. Baſiliſcus, qui quamdiu vivit, tamdiu erit Peſtis expectanda, lib. 2. de Peſte cum addit Tract. 1. c. in fine. *Lex. Brun.*

*Papaveris Capita*, ſeu *Codia.* Germ. Magſamen-Köpff. vid. Codia.

*Papaver*, vid. Flores & Semen Papaveris.

*Papaver paluſtre*, *Roſa paluſtris*, eſt Nymphea. vid. Flores Nympheæ.

*Papaveris Succus*, eſt Meconium, exſtillans eſt Opium.

*Papilla*, eſt extremum Mammæ mulieris, quod ori Infantis inditur. Germ. Die Wartze an der Bruſt.

*Par.* ita à Med præſcriptum, vel aliàs notatum, legendum eſt Paria, ex. gr. ℞. Dactylorum, Jujubarum Paria, id eſt āā. No. iij. &c.

*Paracelſiſtæ*, Sectatores vocantur *Paracelſi.* &c.

*Paracelſiſtica medicina*, idem eſt quod Hermetica.

*Paracelſus*, nomen proprium, Spagyricæ Medicinæ Principis, qui aliás nominatur *Philippus Aurelius*, vel *Aureolus Theophraſtus Paracelſus* dictus *Bombaſt ab Hohenheim*; cujus vita legi poterit in *Melchior. Adami* Vitis Medicor.

*Paracolectica*, i. e. Conviſcatoria Cicatricum. *Sylvat.*

*Paradeigma*, id eſt Exemplum. Germ. Exempel. *Lex. Brun.*

*Paradiſi Grana*, Germ. Paradiß-Körner/ vid. Cardamomum Arabicum, ſeu Cardamomum majus.

*Paralyſeos Herba*, eſt Primula Veris. vid. Herbas.

*Paraplantica*, i. e. Compactiva, vel Glutinativa. Germ. Zuſammenhaltende Mittel.

*Pardalis*, *Pardus*, vocatur Animal ferociſſimum, quadrupes, vid. *Aldrov.* lib. 1. de Animal. quadrup. Pardalis eſt quoque nomen Emplaſtri apud *Aëtium* lib. 10. cap. 22 &c.

*Pareas*, eſt Nomen Serpentis, qui in Syriæ locis reperitur, colore Æs referens, alii verò nigricant. vid. *Foreſt.* lib. 30. Obſervat. II. &c.

*Paregorica*, ſunt Medicamenta Mitigantia & Anodyna. Germ. Schmertzen-lindernde Artzney.



zed by Google

*Paretheo*, Percolo, per Colum transmitto. Legitur apud *Hippocr.* lib. de Dentit. 11. 9.

*Paria*, aliquando tribus Literis ſcribitur, ità Par.

*Parietaria*, Germ. Glaß-Kraut. vid. Herbas.

*Paris*, Germ. Einbeer-Kraut. vid. Baccas & Herbas.

*Parla*, pro Perla, hoc eſt Margarita, legitur in *Th. Chym.* Vol. IV. pag. 192.

*Paronychia*, eſt Rutha muraria. Germ. Mauerrauthen. vid. Herbas.

*Pars cum Parte*, Chymicis dicitur Maſſa ex ☽ ti & ☉ ri æqualibus partibus cementata graduata. *Mart. Rul. & Johnſ. Sign.* [symbol], [symbol].

*Part. æqual.* ſ. p. æ. ità à Medicis præſcriptum, ſeu aliàs notatum, legendum eſt: Partes æquales. Ex. gr. ℞. Baccarum Lauri, Juniperi ãã. p. æq. ãã. No. iij. vel v.

*Partes*, 4. Rei Pharmacevticæ, ſeu 4. Evangeliſtæ Pharmacopœorum ſunt Cera, Oleum, Mel & Saccharum. Medic. Domeſt. *Joh. Gußeri*, Med. Doct. Tabul. 67. & 72.

*Parthenion Trag.* eſt Chamomilla nobilior, ſeu Romana, aliquando etiam Pyrola ſylvana, alii intelligunt Perſicariam. *Mart. Rul. & Johnſ.* Ita quoque Matricaria appellatur *Verzaſcha*, Parthenium *Brunfelſ.* eſt Matricaria & Tanacetum, Parthenium Fuchſii eſt Cotula fœtida.

*Particula*, propriè diminutivum quidem eſt Partis, ſed ſæpiſſimè indifferenter ponitur pro Parte. *Galen.* lib. 1. c. 8.

*Particularis*, dicitur de Remediis, quatenus Catholicis & Panaceis opponuntur, qualia legi poſſunt in *Th. Chym.* Vol. VI. ubi in Indice quærenda: Tincturæ quoque Spagyricæ, vel ad Argentum, vel ad Aurum vocantur Particularia. lib. Tom. I. Oper. p. 150. Tom. II. p. 25. 240.

*Parvites*, i. e. Lapis Marchaſita. Germ. Marcaſith. *Sylvat.* p. 161.

*Parvus*, quid ſignificet, notum eſt ex aliis Lexicis. Dicitur de Magnitudine minori, quemadmodum de Numero, vel fiant Pilulæ parvæ, vel parvus Mundus, vid. Microcoſmus.

*Parygron*, dicitur Medicamentum quoddam liquidum vel humidum. vid. *Galen. Caſtell.* & *Gorræus.*

*Paſcuum*, idem quod Pabulum Jumentorum, & Pecudum, cujus bonitas aut pravitas multum facit ad Lactis varietatem, notante *Galeno* lib. 8. de Sanitat. tuend. cap. 7.

*Paſiphilos*, nomen Emplaſtri ſicci cruſtam inducentis, quod conſtat ex æqualibus portionibus Vitrioli, Sandarachæ, Miſyos, & Chalcitidis. ex *Aëtio* & *Johnſon.*

*Paſma*, vocatur Medicamentum inſperſile in modum Pulveris aut Farinæ. vid. Catapaſma. *Gorræus.*

*Paſpaletes*, id eſt Miliaceus, epitheton Panis è Milio confecti. vid. *Galenus, Hippocr.* & *Foëſius.*

*Paſſa*, apitheton Uvarum, ità dictarum, ſivè à pando, ſivè à patior. vid. *Jul. Alex.* lib. 10. Sal. cap. 14. Diminutivum uſitatius eſt Paſſulæ, quarum tres habentur differentiæ, majores, minores & Zibebæ. Sunt verò Uvæ vi Caloris vel clibani, vel ſolaris ſiccatæ. *Schrœder.* lib. 4. vid. Paſſulæ, vel Uvæ Paſſæ.

*Paſſer*, æquivocum eſt apud Latinos. I. enim nomen Avis eſt. Germ. Ein Spatz oder Sperling / cujus variæ dantur Species, vid. *Aldrov. Jul. Alex.* & *Schrœd.*

*Paſſer*, quoque nomen Piſcis eſt, qui & Rhombus appellatur. vid. *Aldrov.* lib. 2. de Piſcibus cap. 46. & 47.

*Paſſulæ majores, ſeu Uvæ Paſſæ, Uvæ Damaſcenæ*, majores ac meliores ſunt quàm vulgares, Officinis *Zibebæ* nominantur, Uvæ paſſæ minores



Digitized by Google

res, ſeu Paſſulæ minores Corinthiacæ, ſeu Ciliciæ, Paſſulæ Apyrenæ, Cheſeminæ, Paſſulæ ſine Granis. Germ. Groſſe Roſinen / Zibeben und kleine Roſinen / oder Corinthen. Sunt Fructus Vitium viniferarum. Magnâ copiâ ex calidioribus Regionibus ad nos defertur. vid. Paſſa, ſeu Uvæ Paſſæ.

*Paſſulatum*, vocatur Forma Medicamenti ex Pulpa Paſſularum coctarum, & per Setaceum trajectarum, parati, pertinentque ad Electuaria. vid. *Libav.* S. A. Ch. lib. 8. cap. 12.

*Paſſum*, dicitur inuſtum Decoctum, & quidem ex Uva paſſa, de hoc Potu & ejus differentiis, videantur plura apud *Linden. & Rhod.* Tribuitur etiam aliis ibidem. v. gr. Meconium paſſum, Lac paſſum.

*Paſta*, vocatur Edulium, vel Juſculum Farinâ mixtum, & ità quodammodo viſcidum. *Heſychius* exponit per Edulium ex Caſeo inſulſo, Similagine & Seſamo confectum. Eſt & Pulmentum ex freſis Leguminibus, Farinâ mixtum, *Foëſ.* pag. 489. Paſtam albam Spagyricam extrahi debere ex ♃ve & ♄no, rubram verò ex ♀re, ♄no & ♂te, docet *Geber. Th. Chym.* Vol. I. pag. 165. Paſtæ Regiæ, vocantur Morſuli, vel Panes Martii, ſeu Martipanes. vid. ſuo loco.

*Paſta Lupina, Pectoralis Herba, Agri Palma, Manus S. Mariæ.* Cardiaca. Germ. Hertzgeſpan-Kraut. vid. Herbas.

*Paſta Regia*, vid. Morſelli, Martius Panis, ſeu Panis Martius.

*Paſtillum*, ſeu *Paſtillus*, eſt Maſſa, ſive Pomum odoriferum, fit ex odoratis Pulveribus, quæ Cerâ, Styrace liquida, Balſamo Indico, Tragacantho cum tantillo Terebinthinæ, excipiuntur, & in Globum vel Globulos formantur. Uſus eſt, ut gratus Odor concilietur, ſumitur aliquando pro Trochiſco. Germ. Wohlriechende Kugeln. Aliquando tamen & latiùs acceptum legitur Vocabulum Paſtillus, de Forma quoque oblonga, ità ut Turundæ & Glandes comprehendantur, notante *Rhodio* ad *Scribon.* n. 5.

*Paſtinaca*, æquivocum eſt, & vel Plantam ſignificat, de qua vid. Radices vel Semen Paſtinacæ. vel Animal aquatile venenoſum, ſive Piſcem. vid. *Aldrov. & Galen.*

*Paſtus* ſeu *Stramen Cameleorum*, vid. Fœnum Cameleorum, ſeu Shœnanthum. Germ. Kameel-Heu.

*Patecbenunc*, eſt Petum, ſeu Tabaca. vid. Nicotiana. Germ. Taback / oder Indianiſch Wilſam-Kraut. vid. Herbas.

*Patella*, aliàs idem quoque notat, quod Patina, eſt & nomen Teſtacei Vaſis. Germ. Ein Patell / oder Schüſſel.

*Pater*, Chymici ænigmaticè attribuerunt hoc Vocabulum variis Rebus, v. gr. Sulphuri, Soli, Calcinationi, *Mart. Rul.* in *Th. Chym.* Vol. I. pag. 201. *Pater Æris* vocatur Larbaſon, quia Matrix & Minera Auri, Argenti, aliorumque Metallorum eſt. *Libav.* Tom. III. Oper. pag. 14. &c.

*Pater ante Filium*, id eſt, Interfectio Patris, vel Satyrion. *Mart. Rul.*

*Pater*, Chimicis quoque vocatur Sol ☉, ſicuti Luna ☽, Mater. *Lexic. Brun.*

*Pater*, id eſt Sulphur. 🜍. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Pater & Mater Regis.* vid. *Mart. Ruland* fol. 358. &c. vid. Microcoſmus.

*Pater Metallorum*, eſt Metallus primus ſeu Maſculus. vid. Sulphur.

*Pater mirabilis*, eſt apud Chymicos Argentum vivum. ☿.

*Patetos*, propriè Paſſus Latine dicitur. Unde Uvæ paſſæ vocantur. Verùm Patetos etiam vocatur ſpecies quædam Palmæ, teſte *Rhodio*.

*Patias*, id eſt Squama Æris vel metallica. Germ. Metall-Schapp. *Lepida* idem. *Mart. Rul. & Johnſonus.*

*Patientia*, idem eſt quod Tolerantia, ægris neceſſaria, idcircò ægri communiter & vernaculè Patientes vocantur. In Operationibus Chymicis prolixioribus quoque neceſſariam eſſe Patientiam, conſtat ex *Th. Chym.* Vol. IV. pag. 898.



Digitized by Google

*Patientia Italorum, Botrys, Artemiſia Turcica, Quercula peregrina,* vid. H. Botrys.
*Patientia, Rhabarbarum Monachorum.* Germ. Münchs-Rhabarbara / vid. Rad. Rhabarb. Monachorum.
*Patina,* dicitur Vas patulum, quo aliquid recipi poteſt, item etiam Olla ampla, parva Patella vocatur. *Galen.* cap. 1. de Artic. t. 19.
*Pavonum Lignum,* ſeu *Lignum floridum,* eſt Lignum Saſſafras. Germ. Saſſafraß. vid: Lignum Saſſafraſſum.
*Paula,* nomen Emplaſtri ad Bubones & Strumas efficacis. *Ægin.* lib. 7. cap. 17.
*Pauladada,* & *Pauladadum,* eſt ſpecies Terræ ſigillatæ, naſcentis in Italia, quam Circumforanei, qui ſeſe jactant ex Familia S. Pauli, paſſim in illis Provinciis venalem habent. *Dorneus* in Dictionario. Vocatur aliàs Terra ſigillata Melitea, vel S. Pauli. *Schrœderus* lib. 3. cap. 2. *Frid. Hoffm.* in Clav.
*Pavo,* ſeu *Pavus* & *Gallopavus.* Germ. Ein Pfau. Avis medica eſt, cujus Deſcriptio & Medicina habetur apud *Aldrov.* lib. 13. Ornith. cap. 1. vid. *Gal. Jul. Alex.* & *Schrœd.* In Operatione Lapidis Philoſophici, quid ænigmaticè dicatur Pavonis Cauda, vid. in *Theat. Chym.* Vol. IV. pag. 355.
*Pavo Agreſtis, Capella,* vid. Vanellus.
*Pavonis* ſeu *Pavonaria Herba,* eſt Perſicaria. Germ. Flöh-Kraut / oder Waſſer-Pfeffer. vid. Herb.
*Pavonis Stercus,* ritè præparatum, valet Comitialibus *Johnſ. Lexic.* 3. p. 61.
*Pauper, Paupertas,* quid ſignificent, ex aliis notum eſt Lexicis. Chymicos non debere eſſe Pauperes, cum Ars hæc inimica ſit Pauperibus, expreſſè docet *Joh. Iſaac. Oper. Min.* cap. 13. *in Th. Chym.* Vol. III. pag. 313. &c.
*Pecis,* i. e. Folium. Germ. Ein Blat. *Sylvat.*
*Pectaloides,* ſunt Cortices Citri excorticati.
*Pecten,* eſt Nomen Piſcis apud Romanos. vid. *Aldrov.* lib. 2. cap. 27. & Piſc.
*Pectoralia,* ſeu *Bechica,* ſunt vel Attenuando vel Incraſſando & Leniendo, ut ea quæ in Pulmonibus tuſſim excitant, ad pectorandum apta reddantur. Germ. Bruſtreinigende Mittel.
*Pectoralis Herba, Pata Lupina, Agri Palma, Manus S. Mariæ,* eſt Cardica. Germ. Hertzgeſpan Kraut. vid. Herbas.
*Pectos, Concretus, Congelatus,* vel *Condenſatus.* vid. Concretio.
*Pedagra,* eſt Tartarus. *Mart. Ruland. & Johnſon. Lexic.*
*Pediaſimos,* dicitur quaſi campeſtris ſpecies Myrrhæ præpinguis, quâ expreſſâ ſtactè emittitur. *Gorr.* ex *Dioſcorid.* lib. 1. c. 77.
*Pedicularis Herba,* eſt Staphiſagria, vid. Sem. Staphiſagriæ.
*Pediluvium,* eſt Balnei ſpecies, lavandis pedibus utile. Germ. Ein Fuß-Bad.
*Pedion,* dicitur Planta Pedis, inter Tarſum & Digitos ſita, vocatur & Planum, ſeu Planta Pedis. Germ. Die Ebne deß Fußes.
*Pedulium, Multinodia,* eſt Polygonum. Germ. Wegtritt. vid. Herb.
*Peganeron,* vocatur Emplaſtrum rutaceum, cujus tres Deſcriptiones habentur, una apud *Ægin.* lib. 7. & duæ apud *Aëtium,* notante *Gorræo.*
*Peganon,* ſeu *Rhyte,* vid. Herb. ſeu Semen Ruthæ. Germ. Rauthen.
*Peganon Agryon, Moley Galeni, Armala, Hermala,* eſt Ruta ſylveſtris. Germ. Wilde Rauthen. vid. Herbas.
*Pegernus,* id eſt Peregrinus, hoc eſt Mercurius ☿. *Mart. Rul. & Johnſonus.*
*Pelamys,* nomen Piſcis Pelagii non ſquamoſi, Carnis duræ, vid. *Aldrov.*
*Pelarion,* vocatur Collyrium quoddam, eſt præterea nomen Emplaſtri ex Scoriis Argenti, vid. *Aëtius* notante *Gorr.* & *Ægin.*
*Pelecanatio Chymica,* idem quod Circulatio Chymica.
*Pelecanus,* I. Eſt nomen Avis, quæ aliàs Onocrotalos dicitur. II. Nomen eſt Inſtrumenti Chirurgici, Dentibus extrahendis deſtinati. III. Deinde Chymiſtis dicitur Pelecanus, Vas quoddam circulatorium Chymicum, dictum à figura Pelicani, roſtro pectus ſuum fodientis nuncupatum, amplo Ventre ſenſim in anguſtius Collum vergente, quod retortum & curvatum Os

rurſum

Digitized by Google

rurſum in Ventrem immittit. Hoc Vas in fundo Canalem, per quem Liquor infunditur, habet, qui, Liquore infuſo, Hermeticô Sigillô occluditur, & calori admovetur. Germ. Pellican. *Mart. Rul. & Johnſon.*

*Pelethronia* & *Plectronia*, eſt Rhaponticum vulgare. Germ. Die gemeine Rhapontica.

*Peliades*, epitheton Serpentis, vid. *Aëtius.*

*Pelicide*, *Pelude*, & *Peludo*, eſt Mel coctum. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Pelliculæ* & *Pelliculi*, ſeu *Membranæ* vel *Tunicæ interiores Stomachorum Gallinarum.* Germ. Die inneren Häutlein von Hüner-Mägen. vid. Tunicæ inter. Stomach. Gallin.

*Pellis*, idem quod Corium, præprimis Cutem Animalium Pilis vel Lanâ adhuc conſtantem ſignificat. Hinc Pellis lanata, apud *Scribon.* n. 80. Pellis canina ibi &c.

*Pelma*, I. ſignificat Plantam Pedis, & ità idem quod Pedion. II. Vocatur Solea ex Corio aut alia materia parata, Plantis Pedum applicanda. *Lexic. Brun.*

*Peloris*, vocatur ſpecies Conchæ, vel Chama major, Oſtreis, quæ in ſtagnis ac paludibus reperiuntur, ferè ſimilis, cujus Caro dura & multi alimenti, notante *Rhodio* ad *Scribon.* n. 104. Deſcripſit etiam *Aldrov.* ſub nomine Chamæ peloridis lib. 3. *Eang.* c. 63.

*Pelvis*, vid. Choana, ſeu Infundibulum. Germ. Ein Geſchirr oder Trichter.

*Pema*, i. e. Placenta. Germ. Ein Kuchen. *Paul.*

*Penemenon*, dicitur Matriſylon. Germ. Metternich. *Sylvat.*

*Penetrans*, dicitur de Virtute Medicamentorum ad interiora tranſeunte. *Galen.* lib. 3. de C. M. P. G. cap. 2.

*Penetratio*, aliàs Chymicis idem eſt ac Submerſio. *Mart. Rul. ac Johnſ.*

*Penidium*, eſt Sacchari depurati & clarificati ſpecies, quæ in Bacillos arte redigitur. Germ. Penidt/ oder gedreheter Zucker.

*Penis*, vid. Priapus, Cauda, Haſta, Membrum genitale, Mentula vel Virga. Germ. Ein Zimmet oder Ruthe.

*Pennæ Perdicum*, meliores rubræ, Germ. Rothe Rephüner-Federn.

*Pentacula*, *Periapta* & *Periamma*, ſunt Signa, Sigilla vel Delineamenta mirandis & incognitis aliquando literis, & Characteribus implicata, quæ Collo appenſa creduntur à malignis Spiritibus, & faſcino quovis præſervare. *Dorn.* Dict. *Paracelſ. Mart. Rul. & Johnſ.* vid. Periamma.

*Pentadactylon*, & *Palma Chriſti.* vid. Semen Cataputiæ. Germ. Spring-Körner.

*Pentamyron*, eſt Unguentum ex quinque Ingredientibus compoſitum: conſtat enim ex Cera, Maſtiche, Opobalſamo (*Ægin.* Opopan.) Styrace & Unguento Nardino. Deſcribitur apud *Aëtium* lib. 12. cap. 44. Citante *Gorræo* & *Ægin.* lib. 7. cap. 18.

*Pentapetes*, *Chamæzelon*, *Pentafolium*, eſt Pentaphyllon, ſeu Quinque folium repens. Germ. Fünff Finger-Kraut. vid. Herbas.

*Pentapharmacon*, & *Pentapharmacum*, non tantum eſt ex 5. conſtans Medicamentis, verum etiam ex quinque Alimentis. *Rhod.* ad *Scribon.* num. 211.

*Pentaphyllon*, id eſt Quinque folium, vid. Herb. vel Radices.

*Pentatheton*, eſt Emplaſtrum ad Colliſa, Vibices Flagellorum, & Cutem excoriatam deſtinatum, & eſt Emplaſtrum ex 5. Rebus compoſitum. *Aëtius* lib. 15. cap. 35. *Gorr.*

*Pepanus*, i. e. Pulmonaria. Germ. Lungen-Kraut.

*Pepaſmos*, eſt Coctio, vel Maturatio. Germ. Zeitigung.

*Pepaſticum*, eſt Medicamentum mitigans, & cruda concoquens.

*Pepeſin*, *Pepeſis*, eſt Digeſtio, & ponitur utplurimum pro prima Digeſtione. Nam ſecunda dicitur Emadoſis, tertia verò Anodoſis.

*Pepo*, idem eſt quod Melo. vid. Sem. Melonum.

*Peponatos*, Smegma dicitur, ad faciei nigritiem conferens, cujus meminit *Ægineta*, lib. 3. cap. 25. & lib. 7. cap. 13. vid. *Gorræus.*



Digitized by Google

*Peptica*, dicuntur Medicamenta Digeſtionem facientia, ſeu Digeſtionem juvantia. *matth. Sylvat.* Cap. 572.

*Pera Paſtoris*, eſt Purſa Paſtoris. vid. Herbas.

*Perca*, nomen Piſcis, & quidem duûm Generum. Alia enim eſt Perca marina, ſeu major. vid. *Aldrov.* lib. 1. de Piſcibus cap. 9. Alia eſt Perca fluviatilis minor. vid. *Aldrov.* lib. 5. de Piſc. cap. 34. Percarum Lapis. vid. Lapides Percarum. Germ. Perſing-Stein.

*Percipiolum*, eſt Medicamentum ad Morbum comprobatum. *Dorn.* in Dict.

*Percolatio*, eſt quando Liquor turbidus per Pannum linteum, Chartam, vel Pannum &c. ut mundior reddatur, percolatur. Germ. Durchſenhung.

*Perdetta*, ſunt Rapæ parvæ & flavæ. Germ. Kleine gelbe Rüben.

*Perdicium*, eſt Parietaria, ſivè Helxine. vid. Herbas.

*Perdix*, Nomen Avis inter delicias Ciborum relatæ ſalaciſſimæ & vivaciſſimæ. Germ. Ein Feld-Huhn/Rebhun. Ejus Pennæ rubræ Caudæ inſerviunt Suffocationi uterinæ ( ſuffitus Naribus admotus. ) Perdicum Ova in Cibo ſumpta Pocula amatoria vocavit *Kiramides* apud *C. Rejes* C. El p. 29. n. 26.

*Perdonium*, vocatur *Paracelſo* Vinum Medicatum ex Herbis d. l. *Dorn. Diet. Mart. Rul. & Johnſ.*

*Perfectio*, *Perfectus*, Perfectum minus, Spagyricis dicitur Lapis albus terminatus tribus coloribus duntaxat etiam ad Oculum apparentibus, ex quibus componitur. Perfectum majus, eſt ultima Perfectio in opere majore, & quatuor componitur conſtatque Coloribus. De utroque vide plura in *Th. Chym.* Vol. I. pag. 423. & ſeq 447.

*Perſoliata*, Germ. Durchwachs/ Bruch-Wurtz. vid. Sem. Perfoliatæ.

*Perforata*, *Fuga Dæmonum*. vid: Flores Hyperici. Germ. Joh. Kraut-Blumen.

*Perfrigmentum*, i. e. Toſtum vel Aſſatum. *Alexandr.*

*Periamma*, *Periapton*, *Amuletum*, *Xenechton*, Medicamentum quod de Collo ſuſpenſum, Morbum arcere creditur, ac præcipuè Peſtem. Vide Pentacula. Germ. Anhecklel gegen das Gifft.

*Periapton*, vid. Pentacula, Periamma vel Xenechton.

*Pericarpium*, eſt illud, quod Fructum vel Semen ambit, in quibusdam edule eſt, ut in Pomis, Pyris, in aliis non, ut in Nucibus Caſtaneis. &c. Dicitur & Folliculus & Siliqua. Germ. Häutlein/ Hülſe/ oder Käſtlein. vid. *Galen. Jul. Alex.* &c.

*Perichriſis*, *Perichriſton*, dicitur Medicamentum liquidius, quò pars affecta circumliniri debet. *Dioſcorid.* lib. 1. cap. 97.

*Periclymenos*, & *Periclymenum*, *Lilium inter Spinas*, *Caprifolium*. Germ. Geiß-Lilien/ oder Zaun-Lilgen.

*Periodeutes*, *Circuitor*, olim dicebatur, qui Sanitatis reſtituenda cauſâ per Urbem circumivit, & Artem Medicam exercuit. Hodiè Circumforaneus, Agyrta, Circulator. *Rhod. ad Scribon.* n. 171. Germ. Ein Landläuffer / oder Marck-Schreyer.

*Periſtereon*, *Hiera Botane*, *Verbenaca Columbaris*, & *Columbina*, & *Sagminalis Herba*, eſt Verbena. Germ. Eiſen-Kraut. vid. Herbas.

*Perla*, *Parla*, *Unio*, vid. Margarita. Inde Perlatum Medicamentum & Saccharum Perlatum, aliaque dicuntur, quæ Margaritas recipiunt.

*Perna*, quid ſit & ſignificet, etiam pueris in trivio notum eſt ex *Comenio*. Perna *Plinii* verò eſt è Concharum ſpecie, cujus numeroſum circà Pontias Inſulas proventum eſſe, ab Authoribus ſcriptum eſt. *Lex. Brunonis.*

*Perpeſſio*, Spagyricis dicitur Metallorum per Ignem Tractatio, in *Theat. Chym.* Vol. II. pag. 72.

*Perſicaria*, Germ. Flöhe-Kraut. vid. Herbas.

*Perſicorum Nuclei*, Germ. Pferſing-Kern. vid. Nucleus.

*Perſicum Malum*. Germ. Ein Pferſing. Eſt Fructus Arboris ſatis cognitæ, quæ colitur in hortis & Vinetis, gaudet aprico. Nuclei eorum in uſu Medico ſunt.



Digitized by Google

*Perſicum præcocium malum.* Germ. Amaleickelgen / Amarillen. Eſt etiam Fructus arboris ſatis notæ, quorum Nuclei aliquando in uſu Medico.

*Perſona Eccleſiaſticæ*, in Officio publico conſtitutæ, in quo ſatis habent quod agāt circa Animarum Salutem. Chymica Medicamenta præparare & vendere eos non licet. *Rolf. Chym.* lib. I. cap. IV. fol. 15.

*Perſonaria*, & *Perſonatia*, *Perſonata*, eſt Lappa major. Germ. Groſſe Kletten. vid. Radices Bardanæ.

*Pervinca*, vid. Vinca per Vinca. Germ. Sinngrün. vid. Herbas.

*Peryſias*, eſt epitheton Vini anni ſuperioris vel anni præteriti. vid. *Theophraſt.* & *Galenus*, &c.

*Pes*, æquivocè quoque dicitur id, è quo Uva dependet à Sarmento, eſtque velut Radix Racemi. *Linden ex* X. §. 192. Eſt & nomen Menſuræ, quâ Rerum intervalla metimur, conſtatque Unciis xij. ℥xij. ſivè ſedecim Digitis, aut Palmis quatuor. *Caſtellus*, *Gorræus*, *Rhod.* ad *Scribon.* num. 163.

*Pes Alaudæ*, *Calcar Equitis*, *Calcaris Flos*, *Flos Regius*. vid. Flores Calcatrippæ.

*Pes Alexandrinus*, vid. Rad. Pyrethri. Germ. Berthram-Wurtzel.

*Pes Aſini*, *Thlaſpidium*, *Alliaria* & *Alliaris*, Germ. Knoblauch-Kraut / Leuchel oder Saltz-Kraut.

*Pes Cati*, *Hiſpidula*, *Æluropus*. Germ. Katzen-Pfoten / vid. Flores Pedis Cati.

*Pes Columbinus*, eſt Geranium. Germ. Storchen-Schnabel. vid. Herbas.

*Pes Gallinaceus*, eſt Ariſtolochia rotunda vulgaris. Germ. Gemeine runde Hohl-Wurtzel.

*Pes Leonis*, *Lentopodium*, *Alchimilla*, vid. Herbas.

*Pes Leporinus*, *Trifolium Leporinum*, *Lagopus*. vid. Herbas.

*Pes Lucuſte*, *Pes Bruſte*, id eſt Alumen Jameni ſeu Jumeni. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Pes Lupi*, *Leoninus*, *Lycopodium*, *Muſcus terreſtrris*. vid. Herbas.

*Pes Vituli*, *Barba Aronis*, *Zinziber album*. vid. Rad. Ari. Germ. Arons-Wurtzel.

*Peſſarium*, *Peſſulus*, *Peſſos & Peſſus*, vocatur Medicamentum topicum, Sinui Pudoris ſive Pudendo Muliebri indendum. Figuram habens oblongam, teretem, longitudine Digiti & craſſitie, paratum vel ex Sacculo lineo oblongo, Lanâ conceptâ, vel Goſſypio res medicamentoſas uterinas exeipiens vel Melle, Ladano, Galbano, Cera, Succo, incorporatum in dictamque Formam redactum. *Weck. Morellus*, & *Schrœder*. *Hippocrati* dicitur Talus, ſive Peſſus Vulvæ ſubdititius, ad Abortum promovendum, quem prohibet in Jurejurando. Germ. Ein Mutter-Zäpfflein.

*Petafolium*, *Pentaphyllon*, i. e. Quinquefolium.

*Petaſites*. Germ. Peſtilentz-Wurtzel. vid. Radices.

*Petia*, eſt Linteamentum ex quo Sacculi formantur in uſum Medicum. Germ. Bindlein / oder Säcklein. *Lexic. Blanc.*

*Petra*, *Saxum*, idem ferè, quod Lapis, niſi quòd Petra duriorem ſaltem Lapidem ſignificare videatur ex uſu recepto. Ita Petra Aſia, pro Aſſio Lapide apud *Gorr.* Petra ſanguinaria, pro Lapide Hæmatite ponitur apud *Mart. Rul. & Johnſonum.*

*Petra ſanguinaria*, eſt Hæmatites, vid. Lap. Hæmatites. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Petrefactio*, *Petrificatio*, dicitur de Corporibus in Lapideam ſubſtantiam mutatis. *Eph. Nat. Cur.* Anni I. Obſerv. xiv. vid. quoque Lap. Dryites, Lap. Elatites, & Lap. Phegites. &c.

*Petrelæon*, *Petroleum*, Germ. Stein-Oel. vid. Oleum Petræ.

*Petri S. Herba*, eſt Fæniculum, ſeu Petroſelinum marinum. Germ. Meer-Fenchel. vid. Herb.

*Petroſelinum*, Germ. Peterſilien. vid. Herb. Radic. & Semina.

*Petum*, *Tabacum*, *Hyoſcyamus peruvianus*, *Nicotiana*, vid. Herbas.

*Peucedanum*, eſt Angelica ſylveſtris. *Mart. Rul. & Johnſonus.* vid. Rad. Peucedani.

*Peucine*, epitheton Reſinæ, quæ Picca dicitur à Peuce, Arbor picea, Larix; *Jul. Alex.* not. in *Galen.* lib. 8. de S. F. §. de Reſinis.

Pezet-

*Pezetta Hiſpanica*, Germ. Spaniſche Läppgen. vid. Bezettæ Hiſpanicæ.

*Phace*, & *Phacos*, *Lens*, ſeu *Lenticula*. Germ. Linſe. vid. Sem. Lentium.

*Phacoptiſana*, Edulium dicitur ex Lente & Ptiſana compoſitum, ità tamen ut plus Lentis, quàm Ptiſanæ, contineat, quod hæc magis intumeſcat, illa autem minimum. Legitur apud *Galen.* lib. 1. de Al. fac. cap. 18. &c.

*Phaos*, eſt epitheton Collyrii à Colore, Italis Bruno dicti. *Galen.* lib. 4.

*Phalacrocorax*, dicitur Corvus aquaticus, vid. *Aldrov.* lib. 19. Ornith. Cap. 59.

*Phaloja*, Barbarum eſt Vocabulum, duplicem habens Significationem. Primum enim à *Baſilio Valentino* Spagyrico ità dicitur Medicamentum Catholicum, ſive Univerſale & Panacea, intra corpus ſumenda, quemadmodum Aſa univerſale eſt Remedium externum, Tr. de magno Myſterio Mundi, & illius Medicina. Deinde à *Rolfink*, ità vocatur Tinctura Gialappæ, veluti per Transpoſitionem literarum Jhalopa. Tr. de Purgant. Sect. 2. Art. III. cap. 15.

*Phanion*, hoc eſt Lampas vel Facula. Nomen Medicamenti duplicis compoſiti, unius *Neapolitæ* ad maximas Epiphoras & Doloris moleſtias: Alterius *Serapicum* dicti, quorum deſcriptionem vid. apud *Galen.* lib. 4. C. M. S. L. cap. 7.

*Phanlec*, id eſt Ferrum. ♂. Germ. Eiſen. *mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Pharicon*, nomen eſt Veneni ſimplicis, & quidem vehementiſſimi, uti ab omnibus Medicis veteribus & novis ſtatuitur, ità incertum adhuc eſt, quid, & quale Venenum hoc nomine veniat. vid. *Rhod.* in *Scrib. Lang. Foreſt. Dioſcorid.* & *Plinius.*

*Pharmaceia*, ſumitur latè & ſtrictè: Late pro omni aſſumptione Medicamenti. Strictè verò *Hippocrati* uſitatius pro Purgatione. *Dieter.* 886. *Foeſ.* pag. 650. Interdum & ſignificat Pharmaceuticè.

*Pharmaceutica* & *Pharmacia*, eſt Ars Medicamenta colligendi, eligendi & componendi. Vel vocatur Pars miniſtra Artis Medicæ, tradens Deſcriptiones Medicamentorum, & ritè adhibendi Modum. *Gorr.* vid. paſſim Inſtitutioniſtas & inter hoc *Dogmatic. Medic. Gener.* part. VI. Cap. 1. pag. 664. ſeq.

*Pharmacitis*, nomen Terræ duriuſculæ nigræ piceæ, longos Carbones referentis, aſſulatim ſciſſilis, æquabili ſplendore, quæ detrita, accepto Oleo, ſtatim liqueſcit. Eſtque nihil aliud, quàm Bitumen foſſile, vel Carbo foſſilis, vid. *Dioſcorid.* lib. 5. cap. 181. *Gorræus.*

*Pharmacochymia*, dici poteſt illa Pars Chymicæ Artis, quæ tradit Præparationes Medicamentorum Chymicorum, quæ Sanitati humanæ inſerviunt, ideoque hac in parte à Metalurgia, Arte Spagyrica & Chryſopejetica, facilè diſtinguitur. Legitur hoc Vocabulum apud *Libav.* Tr. de Igne Naturæ cap. 37. quam aliàs Alchymiam Pharmaceuticam vocavit integri cujusdam Tract. Tom. II. Oper.

*Pharmacon*, vid. Medicamentum. Præter hanc ſignificationem uſitatam, etiam idem quod Bamma, vel Bapheion notat, hoc eſt Tinctura vel Tinctum. vid. *Keuchen* ad *Samon.* pag. 252.

*Pharmacopœa*, *Pharmacopœia*, *Pharmacologia*, *Pharmacopolium* & *Apotheca.* Eſt Doctrina, ſeu Deſcriptio Rerum medicamentalium ad benè medicandum, ſeu eſt Doctrina Medicamentorum. Germ. Apotheck / oder Apothecker-Kunſt. *Lex. Blanc.* ideoque & Pharmacologia dicitur, vid. Diſpenſatoria.

*Pharmacopœus*, *Pharmacopola*, *Apothecarius* & *Medicamentarius.* Eſt Vir Pharmacia peritus, qui novit Medicamenta colligere, eligere & componere: eſtque Manus Medici dextra. Dicitur Artifex, callens modum, ritè præparandi Medicamenta, tàm ſimplicia quàm compoſita. Germ. Apothecker. vid. *Schrœderus* & *Fridericus Hoffmannus.*

*Pharmacopolium*, idem quod Apotheca, de qua ſupra, Officina, in qua præparantur & venduntur Medicamenta, tàm ſimplicia, quàm compoſita. vid. Pharmacopœa, vel Officina.

Phar-

Digitized by Google

*Pharmacopoſia'*, dicitur vel in genere Potio omnis Medicamenti liquidi, vel in ſpecie Purgantis. *Hippocr.* lib. 4. Aph. 19. *Galen.* c. 7. Aph. 25. *Foeſ.* p. 651. *Dieter.* n. 888.

*Pharmacum*, ſeu *Pharmacon*, *Remedium*, ſeu *Medicamentum*, eſt quicquid contraria agendi vi, morbum impugnare eſt aptum: eſtque vel actuale vel potentiale: ſimplex vel compoſitum: dogmaticum vel empiricum: externum vel Internum: naturale vel artificiale. Germ. Artzney/ oder Artzney-Mittel.

*Pharmianum*, nomen Malagmatis apud *Galen.* lib. 7. de C. M. P. G. cap. 6. ferè ad finem.

*Phaſeolus purgatrix*, eſt America Faba purgatrix novi Orbis. Germ. Purgierende Bohnen aus America.

*Phaſianus*, vocatur Avis quædam major, & inter Alimenta delicatiora relata. vid. *Aldrov. Jul. Alex. Bruyerinus*, &c.

*Phebus*, eſt Puer, vel Virgo. Germ Eine junge/ ledige oder keuſche Perſon.

*Pheminalis*, *Pyſnitis Apuleii*, *Lucumbra*, vid. Verbaſcum. Germ. Wullkraut.

*Phemos*, dicitur Medicamentum *Martiano Authore*, contra Dyſenteriam, apud *Aëtium*, lib. 9. citante *Gorræo*.

*Phengites*, nomen Lapidis luminoſi, qui Lumen acquirere, & iterum expandere poteſt, cujus meminit *Fr. Hoffm.* in Clav. ad *Schrœd.*

*Pheronymos*, dicitur is, qui ob Scientiam aliquam dignus eſt illo nomine, & opere ipſo hoc ipſum nomen meretur. *Linden.*

*Pheſera*, i.e. Vitis alba. Germ. Ein weiſſer Weinſtock. *Sylvat.*

*Phibaleos*, & *Phibalios*, eſt Species certa Ficuum. *Galen.* in Ex. Voc. *Hippocr.* vel idem, quod Caricæ, vel Ficus exſiccatæ. *Lex. Brun.*

*Phibit*, eſt Rapax. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Philagrianon*, nomen eſt Malagmatis. vid. *Ægin.* lib. 7. cap. 18. *Gorr.*

*Philiatbros*, eſt is, qui Medicam artem amat, & in ea ſtudet. Germ. Ein Liebhaber der Artzney-Kunſt. *Lex. Blanc.*

*Philipendula*, vid. Rad. Philipendulæ. Germ. Rothe Steinbrech-Wurtzel.

*Philippi Trochiſcus*, adverſus Dyſenteriam. vid. *Ægin.* lib. 7. cap. 12.

*Philiran*, vocatur Flos vel Cortex Mali Granati. *Matth. Sylvat.*

*Philiſtæa*, Terminus Spagyricus obſcurus, qui legitur apud *Baſil Valent.* in Repetit. de Lapid. Philoſophico, cap de Antimonio, ubi dicit: Quod ſi ♁ tranſiverit in Philittæam, tunc per ſe fieri Vitrum. *Lexic. Brun.*

*Philochymicus*, dicitus is, qui Chymiam amat, & in ea laborat. Germ. Ein Liebhaber der Chymie. *Lex. Blanc.*

*Philocotyle*, eſt nomen Emplaſtri. vid. *Æginet.* & *Gorræus.*

*Philocratis Emplaſtrum*, deſcribitur à *Celſo*, lib. 5. c. 19. alleg. *Gorr.*

*Philolagnos*, vocatur Amans Veneris, Salax, apud *Hippocr.* lib. 2. de Morb. XLIX. 3. Latinè etiam exprimitur Veneri deditus.

*Philonion*, & *Philonium*, nomen eſt Medicamenti Electuarii Anodyni Opiati, & quia Opium recipit, Opiatis annumeratur. Ità ab Inventore Medico *Philone* vocatur: Sed hujus Medicaminis variæ occurrunt Deſcriptiones, vid. Diſpenſator. Auguſtan. Cordi, Londinenſ. & Norimbergenſ.

*Philonis Collyrium*, deſcribitur à *Celſo* lib. 6. cap. 6 citante *Gorræo*.

*Philoſophica Calcinatio*, vid. Calcinatio Philoſophica.

*Philoſophorum Clavis*, eſt Spiritus alcoholiſatus. Germ. Alcoholiſirter Brandtwein/ ſo Pulver anſteckt.

*Philoſophorum Luna*, dicitur Mercurius, vel Liquor Lunariæ. vid. Luna.

*Philtrum*, & *Filtrum*, præter alias ſignificationes, Labor eſt Chymicis familiaris, & eſt Colatio per Chartam emporeticam, hoc eſt, Chartâ emporeticâ quadruplicatâ, in forma Infundibuli, & infundibulo vitreato, ſivè laminato, impoſitâ, Liquor clarificandus infunditur, & clarus guttatim



decidit,

Digitized by Google

decidit, relictis in Philtro fœcibus, unde hæc Operatio, Philtratio per Philtrum dicitur. vid. Filtratio per Filtrum.

*Philyra*, *Tilia*, Germ. Eine Linden. Creſcit in Montibus, Cœmiteriis, Locis aquoſis.

*Phiola*, & *Fiala*, dicitur Chymicis Vas vitreum, ex ventre in modum Sphæræ rotundæ, gracilem Canalem in proceritatem emittens. cujus Uſus frequens in Coagulationibus & Solutionibus. *Mart. Rul. & Johnſ. Sign.* [symbol].

*Phlegma*, in Arte deſtillatrice & Chymia, eſt deſtillatus Liquor aquoſus, ſpirituoſo Liquori contra diſtinctus. Liquor, item Nubeculæ illæ, quæ in aquis deſtillatis aliquando apparent, Phlegma vocantur. *Schrœd.* lib. 1. cap. 3. Specialiſſimè verò in opere Lapidis Philoſophici Phlegma vocatur Aqua Mercurii prima, Subſtantia media, in qua principium Lapidis eſt, ſcil. ejus diſſolutio, nec intrat cum ea, quamvis ſe invicem complectantur Naturæ nexu, de quo plura vid. in *Theatro Chymico* Vol. III. pag. 730. ſeq. *Sign.* [symbol], [symbol], [symbol], ▽, [symbol].

*Phlegmagoga*, ſunt Medicamenta Purgantia. *Lex. Brun.*

*Phloginon*, Latinè Flammeum, epitheton Collyrii liquidi, vel Illitionis. *Gal.* l. 4. de C. M. S. L. Cap. 7.

*Phlogiſtos*, dicitur de omni eo, quod Flammam concipere poteſt, in ſpecie de ♀re *Hippocr.* dixiſſe, ſtatuit *Helmont.* Tum. Peſt. §. *Hippocr.* rediv.

*Phlomus* & *Phlonus*, *Candelaria*, eſt Verbaſcum. Germ. Wüllkraut. vid. Herb.

*Phoca*, nomen Piſcis Cetacei, vulgò Vitulus Marinus dicti, vid. *Aldr.* lib. 1. de Cetis cap. 10. &c.

*Phocæna*, eſt etiam nomen Piſcis Cetacei, qui aliàs Turſio, item Porcus Marinus dicitur, ad Delphinos pertinens, vid. *Aldr.* Claſſ. I. cap. 8.

*Phœnicinos*, præter alias ſignificationes eſt & nomen Emplaſtri Phœnicikon, quod aliàs Diachalcitis, aut Diapalma in Diſpenſatoriis vocatur. *Gorr.*

*Phœnicites*, Lapis dicitur à Figura, quam habet ſimilem Fructui Palmæ. *Dioſc.* vocavit Judaicon, lib. 5. cap 155.

*Phœnigmus*, eſt Medicamentum, quod in Cute Rubedinem excitat. Germ. Roth-machendes Mittel. *Lex. Brunon.*

*Phœnix*, Æquivocum eſt. Vel enim ſignificat Palmam Arborem, vel etiam aliam Plantam arvenſem loliaceam. *Gorr.* vel Avem ſignificat, num veram, an fabuloſam, non eſt hujus loci dirimere, leg. de hoc *Aldrov.* lib. 12 Orn. cap. 28. Vel eſt nomen Collyrii apud *Aëtium*, *Galen.* lib. 4. de C. M. S. L. cap. 7. ubi Phænix Apollonii vocatur. Vel Spagyricis dicitur Phœnix Ignis Quinta Eſſentia, vel Lapis Philoſophicus celebratiſſimus. *Mart. Rul.* & *Johnſ.* & *Th. Chym.* Vol. IV. p. 447 &c.

*Phlomos*, *Candelaria*, *Candela Regis*, *Lanaria*, *Verbaſcum.* Germ. Wüllkraut. vid. Flor. ſeu Herb. Verbaſci.

*Pholis*, Squamam ſignificat. *Hippocr.* Germ. Eine Schuppen.

*Phorimos*, epitheton eſt Onis, quod aliàs O roche in Officinis dicitur.

*Phoſphorus*, quidam ex Reſiduo poſt deſtillationem Spiritus Urinæ cum ✱ci tantillo, deſtillando per gradus, ex Retorta vitrea in recipiens Aquâ ſemiplē. eliciunt. Præparatur quoque ex Capite mortuo fermentatæ Urinæ. vid. egregia Scripta *Magni Boylæi.* Phoſphorus, Latinè dicitur Lucifer, Terminus aliàs Aſtronomicus, notans Veneris Aſtrum, ante exortum Solis conſpicuum, quemadmodum idem dicitur Heſperus, quando occaſum Solis ſequitur. Eſt verò etiam nomen Collyrii, quod aliàs Diacrocu dicitur, & à *Galeno* deſcribitur lib. 4. de C. M. S. L. cap. 7. & *Ægin.* lib. 7. cap. 16. vid. Diacrocu.

*Phoxinus*, nomen Piſciculi fluviatilis, ad Fundulos & Gobitas pertinentis, cujus mentio fit apud *Aldrov.* lib. 5. de Piſcibus cap. 10. & 32. Duæ enim Species recenſentur: lævis & ſquamoſus. *Jul. Alex.* Mordilapides vocat lib. 15. Sol cap. 7.

*Phraſium viride*, eſt Flos Æris. Germ. Ertz-Blumen. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Phryſte*,

Digitized by Google

*Phrycte*, Latinè Fricta ſimpliciter, & intelligitur Reſina Colophonia, ad differentiam liquidæ ſivè humidæ. Fricta verò vocatur, quod torreatur aut uratur, ut docet *Dioſcorides*.

*Phryganon*, ſignificat Sarmentum, Virgultum aridum, vel Surculum exſuccum. vid. *Hippocr.* & *Foëſ.*

*Phrygius*, vocatur Lapis quidam, in Phrygia & Cappadocia occurrens, vel Gleba pumicoſa, pallida, modicè gravis, non ſolida, intercedentibus albis ſegmentis. Aliqui pro Lyncurio vendunt; alii pro Belemnite. Vim habet exſiccandi, adſtringendi & Cicatricem inducendi. vid. *Galen. Dioſcorides*, & *Gorræus*. Crudum eſſe acerrimum, ignitum verò dare præſentaneum Oculis Remedium, ſcribitur in *Th. Chym.* Vol. I. pag. 87.

*Phtharticum*, eſt Medicamentum Corrumpens & Deleterium.

*Phthinoporon*, eſt Autumnus *Diet.* n. 893. vid. Autumnus.

*Phthois*, Græcis dicitur Paſtillus, Placenta: diciturque Paſtillus, Trochiſcus.

*Phthorios*, dicitur de Medicamentis Abortum promoventibus, quæ alio nomine Echolia dicuntur, *Gorr. Caſtellus*.

*Phu*, eſt Valeriana. Germ. Baldrian. vid. Radices Valerianæ.

*Phuſca*, videtur reſpondere Latino Poſca, ſi *Æginetæ* Deſcriptio attenditur; ſiquidem ex Aceto & Aqua paratur. Ab *Aëtio* tamen Potus ita dicitur, in quo Ebur aliquandiu maceratum Ceræ inſtar emolleſcit, ut flexile in quodcunque Opus tractetur. lib. 3. cap. 80 81. citante *Gorræo*.

*Phycen*, *Phycis*, nomen Piſcis ſaxatilis. vid. *Aldrov.* lib. 1. cap. 8. de Piſcibus; adde *Linden.* Ex. V. §. 36.

*Phyco*, *Tyche*, nomen eſt Emplaſtri, ad omnia Ulcera, præſertim in Ano vel ſede, commodi, apud *Aëtium* notante *Gorræo*.

*Phylacterios*, olim dicebatur Amuletorum & Remediorum Magicorum Præbitor, teſte *Keuchen.* in Proleg. ad Samm. pag. 68.

*Phylacterium*, eſt Amuleti ſpecies, quâ venenati Morbi arcentur, ut Zenexton & alia.

*Phyleteria*, *Fraſſinella*, *Fraſſinula*, vid. Rad. Dictamni albi. Germ. Weiſſe Diptam-Wurtzel.

*Phyllitis*, eſt Scolopendrium. Germ. Hirſchzunge. vid. Herbas.

*Phyllon*, id eſt Folium, apud *Hippocr.* ſtrictius etiam accipi videtur pro Herbis & Foliis hortenſibus condimentariis. lib. 2.

*Phyllon arrhenogonon*, *Nicoph.* vid. Mercurialis Herba. Germ. Bingel-Kraut.

*Phyllon Indicum*, *Phyllon ſcylmatos Aëtii*, *Batrum* ſeu *Betrum Indicum*. Germ. Indianiſch Bladt/ oder Indianiſch Samkraut.

*Phynon*, nomen eſt Collyrii apud *Celſum* lib. 6 cap. F. citante *Gorr.*

*Phyrama*, generaliter omnem Maſſam miſtam & ſubactam, liquoreque maceratam ſignificat. Præſertim verò Farina Aqua macerata & ſubacta in Panificio dicitur. Specialiter tamen hoc quoque nomine venit genus quoddam amoniaci Thymiamatis, ità dictum, quod cum Terrâ, Arenis & Calculis miſtum ſit. *Gorræus*.

*Phyſalus*, eſt Bufo. Germ. Eine Krothe.

*Phyſema*, præter alias ſignificationes Vocabulum hoc tribuitur Reſinæ Piceæ. *Galen.* & *Jul. Alex.*

*Phyſicus*, dicitur Philoſophus naturalis, *Galen.* in Pr. com. ad *Hippocr.* de Natur. hum. qui nullum Naturæ Opus velit intactum relinquere, lib. 11. de V. P. cap. 18. Princ. Nihilominus uſus quoque obtinuit, ut & Medici vocentur *Phyſici*, quatenus omnia in Naturæ utilitatem dirigere debent.

*Phyſiognomia*, dicitur Ars illa, quâ hominum Proprietas atque Natura cognoſcitur à Facie usque ad Pectus, ut ex habitu de cujusque ingenio & promptitudine Judicium fiat. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Phyſiognomica*, ſunt Signa, quibus nonnihil ex Vultu præſagiri poteſt.

*Phytalia*, vocatur poſtrema Hyemis Pars, ſic dicta à Veteribus, quod eo tempore Inſitiones optime fierent. vid. *Hom.* & *Gorræus*.

*Phyteuterion*, Plantarum vel Surculorum in terram plantatorum congeriem ſignificat. vid. *Hipp.* & *Foeſius.*

*Phytologia*, eſt Pars Medicinæ, quæ ſtrictè ad Pharmacologiam, & latè ad Phyſicos pertinet. Eſt enim Plantarum, & Vegetabilium omnium cognitio. *Lexic. Brun.*

*Pialos*, Pinguis. Germ. Fett. *Hipp.* lib. 2. de Morb. Mulier. XXV.

*Piar*, Pingue, vel Pinguedinem ſignificat. vid. *Hippocr.*

*Pibenella*, Germ. Pimpinell. vid. Herb. & Rad.

*Pica*, præter alias ſignificationes, vocatur ità Avis è Corvino, vel Cornicum genere. Germ. Ein Aglaſter/ Atzel/ Alſter oder Hetz / ex Pullis deſtillatur ▽ ant-epileptica. vid. *Aldrov.* & *Schrœd.*

*Picata Vaſa*, dicuntur Linita Pice, in quibus Vina Græca reponuntur. *Sylvat.*

*Picea Reſina*, Germ. Roth Thannen-Hartz.

*Picenarium*, dicitur Inſtrumentum, in quo colatur Pix. *Sylvat.*

*Picra*, videatur Hiera Picra. Germ. Bitterhenl.

*Picros*, eſt Amarus, Picrocholos, Hiera. Aliquando etiam pro Acri ſumitur. Ità Picron Piper dicitur. *Linden.*

*Picus*, Germ. Specht. Nomen Avis, quæ arbores roſtro tundit & perforat, cujus Species tradit *Aldrov.* lib. 12. Ornith. cap. 30.

*Picuos*, eſt Pinguis, legitur de Facult. *Hippocr.* lib. de Natur. Puer.

*Picuſar*, i. e. Flos Salicis. Germ. Weyden-Blüh.

*Pieſter*, vid. Prælum ſivè Prelum.

*Piger Henricus*. Germ. Fauler Heinrich. vid. Athanor, Fornax acida, vel Acediæ Furnus.

*Pigmentarius*, eſt Unguentorum Inſtitor, qui Unguenta vendit. *Rhod.* ad *Scrib.* n. 22. Pigmenta enim inter Medicamenta habentur.

*Pigmentum*, vid. Unguentum.

*Pila Pharmacevtica, lapidea, fictilia, ænea,* in quibus Semina & Nuclei teruntur, aliàque diverſi generis ſubiguntur, & miſcentur; quæ hodieque ſub mortariis comprehenduntur. *Wecker.* Ant. Gen. lib. 3. cap. 49. Pilæ aliquando pro Pilula uſurpari, teſtatur *Keuchen.* ad Samon. p. 121.

*Pila Capræ*, Germ. Gembſen Kugel. vid. Ægagropila, vel Lapis Bezoar Germanicus.

*Pila Caprina*, ad magnitudinem Capitis Infantis, iſt zu leſen in der teutſchen Material-Kammer/ Hn. Joh. Jacobi Marxen / vornehmen Materialiſten in Nürnberg / fol. 160.

*Pila marina, Balla* & *Pala marina, Alcyonium* & *Halcyonium rotundum, Sphera Talaſſia Galeni, Sphæra marina, Halcyonium primum Dioſcorid.* Germ. Meer-Ballen / præparatur ex Pilis ab Animalibus marinis, à Spuma marina lavatis. &c.

*Pila*, ſpecies Mortarii eſt, ex varia materia fabricata, ex ænea, ferrea, lapidea, vitrea &c. ſumitur & pro Piſtillo. Germ. Ein Mörſer-Stempfel.

*Pileus, Pileolus*, quid ſit notum eſt. Pertinet quoque ad Pharmacevtica. Pilei delicati, vid. Cucupha. Germ. Haupt/ Häublein.

*Pili Leporini Martiales combuſti.* Germ. Gebrannt Haßen-Haar.

*Pilima*, i. e. Filtrum. *Galen.* 11. Therapevt. Cap. 9. in fin.

*Pilizenii*, ſunt Pili albi circa caudam & collum Leporum naſcentes. Germ. Weiſſe Haßen-Haar um den Hals und Schwantz der Haßen wachſend. *Dorn. Mart. Ruland.* & *Johnſon.*

*Pillula*, vid. Pilula.

*Pilos*, id eſt Argilla. Germ. Lätt / vel Terra humida. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Piloſella lutea major* & *minor, Herba piloſa,* eſt Auricula Muris, Germ. Mauß-Oehrlein. vid. Herbas.

*Piloſella montana*, eſt Hiſpidula, vid. Flores Hiſpidæ, ſeu Hiſpidulæ.

*Pilula*, ſive *Catapotium*, eſt Medicamentum ſolidum, ſiccum, Globuli vel Piſi formam habens, ex Pulveribus, Gummis, Extractis, &c. glutinoſo Liquore exce-

Digitized by Google

exceptis, efformatum, quod deglutiri debet integrum, ad fallendum amarum & ingratum ſaporem, juxta Proverbium: Pilulæ & Injuriæ non maſticandæ, ſed deglutiendæ ſunt. Sunt verò acidum concentrantes, alterantes, purgantes, ſudoriferæ, vomitum concitantes &c. Germ. Pillen/ oder Pilulen. Quorum Catalogum & Hiſtoriam vid. in Pharmaceuticis, præſert. Wecker. Ant. Gen. *Morell. Schræder. Diſpenſ. Auguſt. & Norimberg.*

*Pilulæ Æthiopicæ.* ℞. Æthiopis mineralis ℥ij. Ceruſſæ ♁ nii ℥j. Gummi Guajaci ℥ß. Extract. Sarſæ comp. q.ſ. ut fiat ℘.

*Pilum*, vel *Pili Caput*, idem quod Piſtillum vid. Pila.

*Pimele*, eſt Pinguedo. Germ. Fett/ oder Feiſte. vid. Adeps.

*Pimpinella*, Germ. Pimpinell. vid. Herbas & Radices.

*Pimpinella Italica*, ſeu *Sanguiſorba*, & *Saxifraga Italica*. vid. Herbas, Rad. Germ. Welſch Pimpinell.

*Pimpinella Romana.* vid. Sem. Seſeleos Cret. Germ. Cretiſcher Seſelſamen.

*Pinaſtellum*, eſt Peucedanum, vid. Rad. Peucedani.

*Pindo*, id eſt Pilâ tundo. *Keuchen ad Sammon.* pap. 185.

*Pinea Reſina*, Germ. Weiß Hartz/ Kün Hartz/ Pin-Hartz/ Kübel-Hartz.

*Pineatum*, vocatur Medicamentum, quod Nucleos Pini potiſſimum, vel inſtar Baſis recipit. Ità Confectiones Pineatæ ſunt Morſuli, vel Tabellæ ex Pineis Nucleis paratæ: & Unguentum Pineatum. vid. *Foreſt.* lib. 2. Chir. Obſerv. 9. in Schol.

*Pineæ Nuclei*, ſeu *Strobili.* Germ. Pinien / Krafft-Nüßlein / Zieber- und Than-Nüßlein/ Pignoli und Pinien-Kern. Spontè creſcunt in Italia, inde ad nos advehuntur; præſtant recentiores, pleni, albi, ſicci; vitentur flavi, pallidi, oleoſi & rancidi. vid. Nux Pinea.

*Pinguedinoſa*, dicuntur quævis Pinguia. *Mart. Rul. & Johnſon.*

*Pinguedo*, Germ. Fett/ Schmaltz/ oder Schmeer / vid. Adeps.

*Pinguedo furfuroſa*, vid. Ambra ſubalbida, Salis Flos, ſeu Sperma Ceti. Germ. Bald-rath/ oder Wall-rath.

*Pinguedo Lactis, Flos Lactis, Luſtum & Aphantiſma, & Pyonpiar*, vid. Cremor Lactis. Germ. Rahm/ Schmand.

*Pinguedo*, ſivè *Pinguitudo furfuroſa*, eſt Ambra ſubalbida, ſeu Sperma Ceti. Germ. Wallrath. vid. Ambarum ſubalbidum, ſeu Sperma Ceti.

*Pinna*, idem quod Penna vel Ala, v. gr. Pinnæ Apum, Aquilæ, vid. *Rhod.* in *Lexic. Scribon.* Ità Pinnæ Naſi vocantur Alæ Narium, *Galen.* in Def. *Barthol.* lib. 3. Ann. cap. 10. vid. Ala, Pinna. Eſt etiam ſpecies Oſtraceorum, vel Teſtaceorum. vid. *Aldrov.* lib. 2. cap. 76. & Chiocc. Muſ.

*Pinodes*, Sordidus. Dicitur enim de Lana ſuccida, ſivè ſordida, legitur apud *Hippoc.* lib. 2. de Morb. Mul. LXV. 6. 7. Derivatur à Pinos, quod idem ac Sordes; ſignificat verò & Vinum hordeaceum, aut quod è ſordibus vellerum elutis conficitur. vid *Foeſ.* pag. 508. ſeq.

*Pinus domeſtica, Italica, ſativa & vulgatiſſima.* vid. Nucl. ſeu Semen Pini, vel Pinearum. Germ. Pinien oder Krafft-Nüßlein.

*Pion*, ſignificat apud *Hippocr.* Pingue & Dulce, cùm in Lacte, tùm in Sanguine. *Hippocr.* lib. de Natur. Puer. & *Foeſ.*

*Piper Æthiopicum*, creſcit in Regionibus Ægypti, inſtar Piſorum, utitur ad Dolores dentium. Germ. Mohren-Pfeffer.

*Piper agreſte, Eunuchorum & monachorum, Arboris Caſtæ & Salicis marinæ.* vid. Semen Agni Caſti. Germ. Keuſchlamm-Samen.

*Piper album*, quod omnium præſtantiſſimum. Dicitur Piper rotundum album, Leucopiper. Uti quidam volunt eſt Fructus non benè maturatus, ſed decuſſus, externò Cortice denudatus; ſic enim quando exſiccatur, remanet albus. Creſcit in Regionibus Malabar, ſeu Malavar, & Malace. &c. Germ. Weiſſer Pfeffer.

*Piper aquaticum & Caninum*, eſt Perſicaria. Germ. Waſſer Pfeffer/ oder Mücken-Kraut. vid. Herbas.



Digitized by Google

*Piper Hiſpanicum, Siliquaſtrum*, (Siliquaſtri varietas triplex, Siliquaſtrum cordatum, longum & rotundum) *Piper Indicum rubrum*, *Piper Chalecuticum*, *Piper Braſilianum*, *Piper Capſicum*. Colitur quoque in multis Germaniæ locis. Germ. Spaniſcher Pfeffer.

*Piper longum*, ſeu *Macropiper*, naſcitur in Cengala, Sumatra & aliis locis. Orientale minus, Occidentale majus. Germ. Langer Pfeffer.

*Piper*, *Matth.* eſt Amomum *Dioſcoridis*.

*Piper monachorum*. Germ. Münchs-Pfeffer. vid. Sem. Agni caſti.

*Piper montanum*, eſt Semen Cocognidii.

*Piper murale*, ſeu *murium*, eſt Sempervivum minimum.

*Piper murinum*, *Triquetrum*, *Uva ſylveſtris*, *Pituitaria*. vid. Sem. Staphiſagriæ. Germ. Stephans-Körner.

*Piper nigrum*, *Melano* Piper. Naſcitur in Malacca, in Inſulis Javæ vicinis, Sunda, Calecuth & Cuda, aliisque locis. Creſcit in Planta, quæ ſcandit inſtar Smilacis & Clematitis: Unde etiam Clematitis ſpecies eſt: In principio quod attinet rotundum racematim ſunt congeſti ejus Fructus, qui primum ſunt virides, & hinc fiunt rubri, tunc temporis ſunt maturi. Fructus rubri ſeu maturi decerpuntur & exſiccantur in Sole, atque ſic ſenſim ſenſimque acquirunt nigredinē, & propter exhalationem particularum volatilium rugas. Virtute omnia calefaciunt, ſed album ſuperat nigrum, & illud iterum longum ſuâ præſtantiâ. Germ. Pfeffer/ ſchwartzer Pfeffer. Plura de Piperibus legenda ſunt apud *Garciam ab Horto*, *Chriſtophorum à Coſta*, *Verzaſcham*, *Ettmullerum* & alios plures.

*Piper Preſilianum*, *Indicum*, *rubrum*, *Braſilianum*, vid. Piper Hiſpanicum. Germ. Spaniſcher Pfeffer.

*Piperinæ Thermæ in Helvetia*, Germ. Pfeffer-Badt im Schweitzer-Land/ quarum Deſcriptio legenda eſt apud *Hildanum*, Oper. pag. 657.

*Piperitis*, *Raphanus ſylveſtris*, Germ. Pfeffer-Kraut.

*Pirola*, *Pirula*, *Pyrola*, & *Pyrula*. Germ. Wald-Mangold/ oder Wintergrün. vid. Herbas.

*Piſa*, id eſt Pix. Germ. Pech. *Sylvat.*

*Piſare*, id eſt Colare. Germ. Durch ein Tuch ſeyhen. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Piſcis*, *Ichthys*, *Echeneis*. Germ. Ein Fiſch/ referuntur Piſces inter Alimenta humidiora, præſertim recentes. Dividuntur in fluviatiles, lacuſtres & marinos. vid. *Aldrov.* de Piſcibus: *Sign.* ♓, ♓.

*Piſo*, idem quod Mortarium. *Keuchen.* ad *Samon*, pag. 185.

*Piſpatica*, id eſt Eductoria. *Matth. Sylvat.*

*Piſſanthos*, vid. Orrhopiſſa, ſeu Picis Flos.

*Piſſaſphaltus*, *Pix Terræ*, *Pix montana*, *Picibitumen*, *Mumia nativa & Græcorum*. Germ. Erdt-Pech/ Berg-Pech/ Pech-Leim/ Leim-Pech.

*Piſſalphaltus*, eſt vel Nativus, vel Factitius; Nativus Veteribus uſitatus, non amplius in uſu eſt, & ejus notitia modernis incognita. vid. ſuo loco Aſphalthos, ſivè Aſphaltum. Factitius eſt Mixtura ex Pice ac Bitumine, (unde & nomen accepit) videturque id eſſe, quod noſtrates Aſphaltum vocant, ſeu Bitumen Judaicum. Non deſunt, qui putant Arabum eſſe Mumiam.

*Piſſe*, Latinè Pix, eſt Fluxus ex accenſis Tædis, vel pars reſinoſa ex Arboribus, per ſenectutem nimiâ pinguedine quaſi ſtrangulatis: de qua vid. *Schrœder.* lib. 4. Cl. 2. n. 397. *Hipp. & Foeſ.*

*Piſſelaon*, dicitur Oleum picinum, compoſitum eſt Medicamentum ex Pice & Oleo mixtum. *Gal.* lib. 1. de C. M. S. L. cap. 3. & lib. 2. cap. 1. Verùm aliis idem eſt, quod Piſſanthos, ſive Pix liquida. *Gorræus & Schrœderus.*

*Piſſeros*, epitheton Ceroti, quod ex Cera, Oleo roſato & Pice arida componitur. Latine: Ceratum picatum; item Tetrapharmacum. vid. *Hippocr.* lib. 2. de Morb. Mulier. Germ. Ein Wachs-Pflaſter.

*Piſſoce-*

Digitized by Google

*Piſſoceros*, vocatur Cruſta Alveorum & Tectorium Ceræ, vel uti initium, eſtque ſecundum Operis Apum veluti Fundamentum. *Gorræus*.

*Piſtacea*, & *Piſtacia*, ſeu *Fiſtacia*, & *Nux Veſicaria Dodon. Straphilodendros*. Germ. Piſtacien / Syriſche oder Welſche Pimpernüßlein. Ex Alexandria, Damaſco & Syria Venetias importari ſolent. Eliguntur recentia Nucleo intus herbaceo, Sapore jucundo, & non rancido. vid. Nux Piſtacea.

*Piſtare*, id eſt Contundere. *Mart. Ruland. & Johnſ.*

*Piſtida*, ſunt Digeſtionem facientia. *Galen.*

*Piſtillum*, eſt Inſtrumentum Pharmaceuticum, quô Res in Mortario tunduntur. Germ. Ein Stoſſer / Stempffel / oder Piſtill.

*Piſtolochia*, eſt Ariſtolochia bulboſa, vel rotunda, vid. Radices.

*Piſtos*, præter alias ſignificationes dicitur de Medicamentis fluidis & potabilibus. *Linden.* Ex. XIII. §. 323.

*Piſum Cordatum*, vid. Semen Coriandri. Germ. Coriander.

*Piſum*, inter Legumina pertinet, & cum Fabis habet cognationem. *Gal.* l. 1. de Alim. Facult. cap. 21. *Bruyer.* de Re Cibar. lib. 7 cap. 2.

*Pithecoides*, Simiæ formam habens, dicitur de Animalibus Simiæ confinibus, quæ *Galen.* ad Anatomicas Exercitationes elegit, ut & Simias ipſas, lib. 6. An. adm. cap. 3.

*Pitheros*, id eſt Pinguis, uſurpatur ab *Hipp.* de Terra pingui, Lib. de A. L.

*Pithex*, Latinè Simia, dicitur Animal quadrupes, Homini maxime ſimile, vid. *Aldrov.* lib. 2. cap. 5. de Quadrup.

*Pittacium*, eſt Pannus modicus, qui Medicamento illitus, affecto loco imponitur, propriè Emplaſtrum. Germ. Pflaſter. *Lexic. Blanc.*

*Pituitaria*, ſeu *Pedicularis Herba*, Staphiſagria, vid. Sem. Staphiſagriæ. Germ. Stephans-Körner.

*Pityuſa Dioſcoridis*, eſt Radix Turbithi nigri, ſeu Eſulæ majoris.

*Pityriaſis*, *Pityron*, eſt Furfur. Germ. Kleyen.

*Pix arida*, *Pix concreta*, ſeu *excocta*, *Palimpiſſa*. Germ. Hart Pech / Stein-Pech.

*Pix*, ſivè *Pixari*, vid. Piſſe, eſt Succus reſinoſus, ſivè Gummi deſtillans ex Arboribus reſinoſis, uti Abiete, Cedro, Larice, Pinu, Terebintho &c. vi ignis extorta, modus fit per Deſcenſum. Primò venit Pix liquida, deinde craſſior & craſſiſſima. Germ. Pech. Plura legenda ſunt apud *Schr.* lib. IV. fol. 208.

*Pix Græca*, ſeu *Brutia*, eſt Colophonia. Germ. Geigen-Hartz.

*Pix liquida*, eſt Terebinthina. Germ. Terpentin.

*Pix navalis*, *Ropiſſa*, *Pix Radulana*. Germ. Schiff-Pech.

*Pix Terræ*, *Pix montana*, *Mumia nata*. vid. Piſſaſphaltum.

*Pix Virginea*, Germ. Jungfrauen-Pech.

*Placenta*, præter alias ſignificationes denotat propriè varias Eduliorum ſpecies, ſubactas ex Caſeo, Melle, Farina, &c. de quibus *Galen.* lib. de bono & malo Succo cap. 4.

*Placitis*, eſt ſpecies Cadmiæ factitiæ, in Fornacibus Cruſtrarum modo concretæ, *Gorræus.* vid. Cadmia.

*Placus*, vocatur Panis cruſtaceus, Placenta cruſtacea. vid. *Jul. Alex.* lib. 8. *Gal.* cap. 9.

*Planetæ*, Planetarum Nomina à Chymicis quoque translata eſſe ad Metalla, patet ex horum quoque Monumentis, Ex. gr. Sol ☉ Auro tribuitur, Luna ☽ Argento, Venus ♀ Cupro, &c. de quibus ſingulis in ſuis Locis & Literis propriis.

*Planta* eſt Vegitabile integrum, ſivè Arborem velis, ſive Fruticem, ſive Herbam. Germ. Ein Zweig oder Pflantze.

*Planta Febrifuga*, eſt Centaurinum minus, vid. Herbas. Germ. Tauſend Gülden-Kraut.

*Planta Leonis*, *Lentopodium*, *Alchimilla*. vid. Herb. Germ. Unſer-Frauen Mantel.

*Planta Pedum*, Germ. Die Fläche deß Fußes / oder Blatt-Fuß. vid. Pedion.

*Planta-*

Digitized by Google

*Plantago*, Germ. Wegerig / vid. Herbas & Semina, atq; Radices.

*Plantago aquatica*, ſeu *Paluſtris*, Germ. Waſſer-Wegerig / oder Froſch-Löffel-Kraut. vid. Herbas.

*Plantanella, Platanaria, Acanthus Germanica*, ſeu *vulgaris, Spondylium hirſutum*, ſeu *vulgare, Branca Urſina*. Germ. Beeren Klau.

*Plantamon*, vocatur Petra è Mari prominens Lubrica, Lævis. *Galen.* in Ex. Voc. Hipp. *Föeſ.* d. l.

*Platea*, nomen Avis fluviatilis, Roſtro Cochlearis formam habente, vid. Pelecanus *Lang* ejus induſtriam laudat lib. 2. cap: 2.

*Plateos*, i. e. Arſen cum. Germ. Hütten-Rauch. *Sylvat.*

*Platys*, vocantur Lumbrici lati. *For* lib 21. Aſſ. 26.

*Plectronia, Peletronia*, eſt Rhaponticum vulgare. Germ. Gemeine Rhapontica.

*Plenilunium*, dicitur quando Luna Soli è Diametro oppoſita, in totum fulgida apparet, de cujus viribus diſſerit *Galen.* lib. 3. de Dieb. decret cap. 3. ſeq.

*Plerotica*, ſunt Medicamenta Carnem reſtaurantia & implentia. Germ. Fleiſch-machende Mittel. *Lex. Blanc.*

*Plinthitis*, Species dicitur Aluminis, teſte *Aëtio*, quæ alio nomine Placitis appellatur. *Gorræus.*

*Ploma*, eſt Verbaſcum. Germ. Wüllkraut / vid. Herbas.

*Pluma*, idem quod Penna, & quidem levior, tenuior. Germ. Blumfeder.

*Plumbago*, ſeu *Molybdana*, duplex *Dioſcorid.* eſt: Nativa & factitia. Illa nihil aliud eſſe videtur, quam Lapis, ſivè Plumbi Minera, ſeu potius Minera Plumbi & Argenti ſimul. Factitia eſt ſpecies Lithargyrii, videlicet eſt illud Recrementum, quod in Argenti Aurique purificatione cum Plumbo, minerâve Plumbi inſtitutâ, fornacis ſolio concretum & peruſtum adhæreſcit. *Lex. Brun.*

*Plumbago*, etiam Ceruſſa ⚨. dicitur. Germ. Bleyweiß.

*Plumbago Plinii*, eſt Perſicaria. Germ. Flöhe Kraut / oder Waſſer-Pfeffer.

*Plumbi Ærugo*, Ceruſſa eſt ♄. Germ. Bleyweiß.

*Plumbi Cinis*, }
*Plumbi Flos*, } eſt Ceruſſa. ♄. Germ. Bleyweiß.

*Plumbi Scoria, Plumbi Recrementum*, Germ. Bley-Schlacken.

*Plumbum album*, id eſt Ceruſſa ♄. Germ. Bleyweiß.

*Plumbi Spuma*, eſt Lithargyrium Plumbi. ⚩. Germ. Bley-Glett.

*Plumbum*, Germ. Bley / Chymicis Saturnus ♄. Eſt Corpus immundum, & imperfectum, ex Argento vivo impuro non fixo, terreo, fæculento, aliquantulum albo in manifeſto & rubeo in occulto, & ex tali Sulphure aduſtibili, ex aliqua parte procreatum, & deficit ei Puritas, Fixatio cum Colore & Ignitione. Differt ♄ à ♃ ve munditie: aliàs valde inter ſe conveniunt vide Molybdos. Plura apud *Paracelſum, Mart. Rul. Ettmüll.* & alios legenda ſunt. *Sign.* ♄, c, ♄, ♄, ♄, H, ♄, ♄, ♄, ♄, ♄, ♄, ♄, ♄, ♄, ♄, ♄, ♄.

*Plumbum album*, & *Argenteum*, ſeu *Plumbum candidum*, impropriè Stannum ♃ dicitur, & non eſt idem, vid. *Mart. Rul.* fol. 367. *Johnſ.* 3. *Lexic.* fol. 62.

*Plumbum album Anglicum*, Germ. Engliſch Zinn.

*Plumbum candidum noſtrum*, nigro ♄ o eſt purius & perfectius quiddam, *Johnſ.* 3. *Lexic.* fol. 62.

*Plumbum Cinereum*, eſt quaſi ſui generis Metallum. *Johnſ.* fol. 62.

*Plumbum diſſolutum*, eſt Mercurius. Germ. Queckſilber. ☿.

*Plumbum nigrum*, *Molybdon*, excoquitur, vel ex Galena, vel ex Pyrite fit. *Johnſ.* 3. *Lexic.* fol. 62.

*Plumbum Philoſophorum*, ♁, eſt ex Antimonio tractum. *Johnſ.*

*Plumbum*, ♄, vocatur à Chymicis Aqua omnium Metallorum, Molybdos, Capricornus, Corpus minus, Corpus immundum, Malipodium, Dominus Terræ, Dominus Metallorum.

*Plum-*

Digitized by Google

*Plumbum Sapientum, Terra nigra*, vid. Stibi, vel Antimonium. Germ. Spieß-Glaß.

*Plumbum uſtum*, Germ. Gebrannt Bley/ oder Bley-Aſchen. Cum Sale aut Sulphure ſtratum ſuper ſtratum comburitur, & poſt Uſtionem à Salſedine per Aquam ſeparatur.

*Plumoſum*, dicitur ſpecies Aluminis. Germ. Federweiß.

*Pluvia*, quid ſignificet, ex Phyſicis, imò ex Lexicis trivialibus conſtat. vid. Imber. Aquam pluvialem eſſe limpidiſſimam ac tenuiſſimam, & magni etiam uſûs, teſtatur *Ægineta* lib. 1. cap. 50. & præſertim *Hippocr. Schrœd.* & *Frid. Hoffm.* Germ. Regen.

*Pluvia martialis*, non putreſcit. Germ. Mertzen Regen-Waſſer fault nicht.

*Plyma*, Laturam ſignificat, hoc eſt Aquam, in qua aliquid elutum ſit. Legitur apud *Hippocr.* lib 4.

*Pneuma*, latinè Spiritus. In Pharmacevticis Spiritus notat Subſtantiam tenuem, limpidam, vi △nis, ex miſto, per Artem deſtillatoriam elevatam: quæ, licet, Atomis collectis, adſtantis aëris frigore in Liquorem condenſetur, nomen non mutat. Eliciuntur ex Animalibus, Mineralibus & Vegetalibus: Suntque vel ſimplices vel compoſiti. Utrorumque Hiſtoriam, vid. apud *Schrœd.* lib. 2. cap. 81. *Rolfink. Chym.* &c.

*Pnevmon*, Latinè Pulmo vocatur. In Pharmacevticis Pulmo Vulpis præ aliis in Phthiſi maximè recommendatur, uti patet ex *Diſpenſatoriis*. vid. Pulmo Vulpis.

*Pnevmonicus*, dicitur de Medicamentis Pulmoni deſtinatis; quarum Hiſtoriam vid. apud *Rolf.* lib. 8. Sect. I. cap. 1.

*Poculum*, quid ſignificet, notum eſt, videlicet Vas, ex varia materia præparatum, è quo vel Alimenta, vel Potulenta, vel Medicamenta ebibuntur. Olim varia parata fuiſſe Pocula Medicata, ex Ære, ex Electro, hoc eſt Auro & quinta Argenti parte, ex Cornibus, ex Lignis Medicamentoſis, conſtare poterit ex *Lang.* lib. 1. Epiſt. 29. *C. Rejes, Libav.* Poculum amatorium eſt Filtrum. Germ Ein Becher/ oder Geſchirr woraus man trinckt.

*Poculum, Annulus* & *Nummus vomitorius*, præparantur ex Vitro Antimonii.

*Pœonia*, rectè collecta & præparata eſt Arcanum Epilepſiæ, *Paracelſus.* Germ. Gicht-Wurtzel. vid. Radices Pœoniæ.

*Polemonium*, ſeu *Polemonia*, & *Fraxinella*. vid. Radices Dictamni albi.

*Polium Theophraſti, Pumila Cupreſſus, Cupreſſus*, ſeu *Cypariſſus hortulana*. Germ. Garten/Cypreß. vid. Herbas.

*Pollen*, Farina tenuiſſima dicitur, ſicut Flos Siliginis, *Jul. Alex.* lib. 8. Sal. c. 9.

*Polyarchion*, nomen eſt Malagmatis à *Polyarcho* Authore; cujus Deſcriptiones habentur apud *Gal.* lib. 8. de C. M. S. L. cap. 5. & lib. 7. & *Æginet.* Eſt etiam Cataplaſmatis nomen apud *Aëtium* lib. 9. cap. 34. citante *Gorr.*

*Polychreſton*, & *Polychreſtos*, eſt Medicamentum multis morbis accommodatum, vid. *Galen.* lib. 5. cap. 1.

*Polyclonos, ramoſus*, eſt epitheton Arthemiſiæ, *Gorræus.*

*Polycraton*, & *Polycriton*, *Hippocratis*, eſt Perſicaria. Germ. Waſſer-Pfeffer/oder Flöhe-Kraut. vid. Herbas.

*Polyeidæ Sphragis*, nomen Trochiſci olim celebris, ad Ulcera diuturna & contumacia. vid. *Galen.* lib. 5. de C. M. P. G. c. 11.

*Polygalatos*, Lacte abundans dicitur: cui opponitur Lacte deficiens. *Erot. Onom.* pag. 19.

*Polygonatum*, eſt Sigillum Salomonis, vid. Radices.

*Polygonum*, Germ. Wegtritt. vid. Herbas.

*Polypharmacon, Polypharmacos*, eſt idem quod Polychreſton.

*Polyphoros*, eſt epitheton Vini generoſi. *Linden.*

*Polypodes*, dicti Aſelli, Millepedes & Porcelliones, eſt Inſectum Diureticum, Germ. Keller-Eſelger. vid. Millepedes.



Digitized by Google

***Polypodites***, eſt epitheton Vini ex Polypodio facti, cujus Deſcriptio habetur apud *Aëtium*, lib. 3. cap. 60. & 61. citante *Gorræo*.

***Polypodium***, Germ. Engelſüß. vid. Rad. Polypodii.

***Polypoſia***, ſignificat multam vel longam Potionem, non Aquæ, ſed Vini, ad. *Hippocr.* 7. Aph. adde *Diet.* n. 704.

***Polypus***, præter alias ſignificationes generaliter notat omne Animal, quod multos Pedes habet, ut Aſelli, ſivè Millepedes.

***Polyſpermos***, qui Semine dives eſt, vel abundans. *C. Hoffm.*

***Polytrichum***, *Adianthum*, & *Trichomanes*. vid. Herbas.

***Poma***, Latinè Potus, Potio dicitur, ejusque ſignificatio eſt nota. Pertinet ad Alimenta fluida, quæ ſolâ infuſione & deglutitione abſumuntur. *Diet.* n. 707. *Linden.* vocat Cibum ſorbilem. Ex IIX. §. 34. Græcis dicitur Poton, item Poſis. Dantur & Potiones Medicæ, ſivè Pharmaceuticæ, ſuntque Medicamenta liquida, quæ bibuntur, atque ſolâ ferè mixtione Liquidorum conſtant, de quibus *Schrœder.* lib. 2. cap. 74. *Fr. Hoffm.* & *Mor.* de Form. Remed. ſuntque Alterantes, Confortantes, Purgantes, &c.

***Poma de Seni***, ſunt Pruna Damaſcena.

***Pomambra***, dicitur quaſi Pomum Ambræ, ſeu ex Ambra, ſive Pomum, ſeu Poma Ambræ. Eſt Odoramentum ſiccum, paratum ex Suaveolentibus, plerumque ex Ambra, Moſcho, Zibetho, Benzoë, Ladano, Styrace calamita, o°o Caryophyllorum, Cinamomi, Ligni Rhodii &c. ex hiſce cum Mucilagine Tragacanthi Globuli majores, ſeu Poma, Odoris gratiâ componuntur. Germ. Von Ambra gemachte wohlriechende Kugeln/ oder Rauch-Ballen. *Lex. Brun.*

***Pompholygeron***, eſt nomen Emplaſtri, cujus Deſcriptio habetur apud *Æginet.* lib. 7. cap. 17. notante *Gorræo*.

***Pompholix***, ſeu *Bulla cadmica*, *Nil album*, *Nihil album*, *Pulvis Nihili*. Germ. Weiß nicht/ Gallmey-Fluch/ Streu-Mehl. Vera Arabum Tutia eſt; (Officinarum verò Tutia Veterum, Cadmia eſt, Fornicaria ſcilicet:) Eſt Pompholyx tenuiſſima, & volatilis Favilla, quæ dum Æs in Fornacibus perficitur, & Cadmia detrita inſpergitur, in altum evolat, & ſupernæ earum parti adhæreſcit. In Principio cum fit, velut in Bullas (unde nomen habet) prodit, aut Glomuſculos Vellerum ſimiles coit, & Farinæ modo contacta inſpergitur. Eſt enim veluti candidus Cinis, & usque adeò levis, ut in ſublime facilè feratur, & Farinæ volatilis modo, ſuperiori Fornacum tecto adhæreat.

***Poma***, ſeu *Mala Officinalia*, ſunt Dulcia, Borſtorffienſia ac Vinoſa. Germ. Süſſe/ Wein-reiche/ oder Borſtorffer-Aepffel.

***Pomum***, idem quod Malum. Germ. Ein Apffel. vid. Malum. Poma Heſperidum, in Arte Spagyrica, quæ dicantur. vid. apud. *Libav.* Tom. III. p. 213.

***Pomum Adami***, *Citrangula*, *Pomum Aſſyrium*. Germ. Adams-Apffel. vid. *Herbarium Verzaſchæ*, fol. 111. Pom. Adami.

***Pomum Ambra***, Germ. Pomambra/ wohlriechende Kugeln. vid. Pomambra.

***Pomum Amoris***, ſivè *Aureum*, Germ. Gold-Apffel / oder Lieb-Apffel. Eſt Fructus Plantæ ex Semine creſcentis in Hortis.

***Pomum Armeniacum majus & minus***. Germ. Groſſe und kleine Morellen / Gold-Pferſing/ Borillen/ oder St. Johannes-Pferſing. Eſt Fructus Arboris ſatis notæ, quæ colitur in Hortis.

***Pomum Athomaticum***, eſt Malum Citrinum Æthiopicum. *Sylvat.*

***Pomum Aurantium***, vid. Aurantia Mala, ſeu Malum Aurantium.

***Pomum Citrium***, Germ. Citron / vid. Malum Limonium.

***Pomum Hieroſolymitanum***, vel *mirabile*, *Cucumer pumiceus*: *Charantia*, vid. Momordica. Germ. Momordica-Apffel.

***Pomum o loriferum***, idem quod Pomum Ambræ. vid. Pom. Ambræ.

***Pondera Chymica***, ſeu *Medicinalia* ſunt ſequentia:

℔j Germ. Ein Pfund/ oder 12. Unzen ℥xij. ſind 24. Loth/ oder 96. Quintlein.

℔ß. Iſt ein halb Pfund/ oder 6. Unzen ℥vj. ſind 12. Loth/ oder 48. Quintlein.

℥j.

Digitized by Google

℔¼, iſt ein Viertel von einen Pfund/ oder drey Untzen ℥iij. ſind 6. Loth/ oder 24. Quintlein.

℥j. Sind 2. Loth/ oder 8. Quintlein ʒviij. oder 24. Scrupel ℈xxiv.

℥ß. Iſt 1. Loth/ oder 4. Quintlein. ʒiv. oder 12. Scrupel. ℈xij.

ʒj. Iſt ein Quintlein/ oder 3. Scrupel ℈iij. oder 60. Gran. gr. LX.

℈j. Iſt ein Scrupel/ oder 20. Gran. gr. xx.

℈ß. Iſt ein halber Scrupel/ oder 10. Gran. gr. x.

gr. j. Iſt ein Gran. Granum unum Piperis albi, ſive Granum unum Hord. min.

Mj. Manipulus unus, Germ. Eine Hand voll.

Mß. eſt Manipulus ſemis, Germ. Eine halbe Hand voll.

P. j. eſt Pugillus unus. Germ. Was man zwiſchen 3. Fingern faſſen kan.

P. ß. eſt Pugillus ſemis. Germ. Was man zwiſchen 2. Finger-Spitzen faſſen kan.

*Pondo*, ſeu *Pondus*, ſignificat Quantitatem Rei alicujus gravitate determinatam, quemadmodum Menſura Vaſculi recipientis concavitate certâ notatam. Dantur verò quamplurima, & penè infinita Pondera, pro Regionum & conſuetudinum diverſitate. De quibus videatur, inter Antiquiores, *Galen.* lib. de Ponder. & Menſur. & *Æginet.* tit eodem. Inter Recentiores *Sennert.* Inſt. Medic. lib. 5. pag. 3. Sect. I. cap. 3. Dogm. pag. 485. ſeq. De Ponderibus Spagyricis *Th. Chym.* Vol. I. pag. 485. Vol. III. pag. 489.

*ad Pondus omnium*, vid. Omnium ad Pondus.

*Ponticus*, epitheton eſt Saporis certi Salini, reſpondentis Aquæ marinæ, & denotat Sal cum fæculentia conjunctum; de qua Pontica qualitate vide plura apud *Paracelſ.*

*Popanac*, & *Popanax*, *Mart. Rul.* & *Johnſ.* eſt Gummi, vid. Opopanax.

*Populago*, ſeu *Populus pumila*, *Chamæleuce*, *Farfugium*, & *Farfara*. Germ. Brand-Lattig/ Huff Lattig. vid. Herbas.

*Populeon*, & *Populeum*, nomen eſt Unguenti, in Officinis notiſſimi, & ipſis ruſticis frequentiſſimi uſûs, unà cum Unguento Dialtheæ. Ità, dictum eſt à Gemmis Populi, ſeu Oculis Populi albæ Arboris, quæ Baſin conſtituunt. *Diſpenſatoria.* Laudat etiam *Lang.* lib. 1. Ep. 54. Unguentum Populeum, cum Aquâ portione Electuarii purgantis mixtum, & Plantis Pedum inunctum; purgare Corpus vult *Paracelſus* in Conſil. Medic. T. V.

*Populus nigra*, prima hujus Arboris Germina foliorum futurorum Rudimenta: Gemmæ, ſeu Oculi Populi vulgò dicuntur. Germ. Aſpen/ oder Alber-Knöpff/ oder Alber Sproſſen. Naſcitur juxta Flumina, & apud Aquas: Montes etiam amat.

*Porcellana*, & *Portulaca*. Germ. Portzel-Kraut/ oder Bley-Kraut. vid. H. Portulac.

*Porcellio*, eſt Inſectorum ſpecies, quæ & Aſellus & Millepeda dicitur, cujus Pulvis valdè diureticus eſt. vid. Millepedes.

*Porcellus*, *Porcus*, idem quod Sus, Scropha, Animal quadrupes notiſſimum, vid. *Aldrov.* lib. 1. de Quadruped. Biſulc. cap. 36. *Bruyerin.* de Re Cibar. lib. 13. Cap. 1. & 2. Tribuitur quoque nomen Porci & Porcilli Piſcibus, Ex. gr. Delphin &c. qui more Porcorum, Roſtro terram fodere, dicitur. *Aldrov.* lib. 2. de Piſcibus, cap. 69.

*Porcellus*, *Porculus*, Germ. Ein junges Färcklein/ oder Säulein.

*Porcetra*, dicitur juxta *Pomponium* Sus, quæ ſemel peperit; atteſtante *Ingraſſiâ*, *Com.* ad *Avicen.* de Tum. p. n. pag. 230.

*Porci*, ſeu *Suis Axungia*, Germ. Schweinen Schmaltz. Eſt Adeps Animalis, ſatis noti ac cogniti.

*Porculi lactentes*, Germ. Spän-Färcklein/ oder Sugk-Färcklein.

*Porfiligon*, id eſt Batitura Ferri. Germ. Hammer-Schlag von Eiſen. *Mart. Rul.* ſed *Johnſonus* Porfitigon notavit.

*Porfireticum*, vel *Mortarium Æneum*, aut *Orichalceum*. Germ. Mörſel von Ertz oder Meſſing. *Mart. Rul.* vel Rudiculam ſignificat.

*Porotica*, ſunt Medicamenta Callum generantia, ſeu quæ exſiccando, incraſſando, & adſtringendo partis Alimentum in Callum convertunt.

*Porphyra*, Latinè Purpura dicitur. Propriè ſignificat, inter turbinatas Conchas, nobiliſſimam, ob Succum illum, ſive Florem, qui etiam Purpuræ nomine venit, nobiliſſimum & ad tingendum præſtantiſſimum; unde Color purpureus vocatur. De hujus Conchæ Hiſtoria & Uſu vid. *Aldrov.* lib. 3. cap. 5. de Teſtac. & Chiocc.

*Porphyra*, eſt quoque nomen Emplaſtri, cruenta Vulnera glutinantis, apud *Aëtium* lib. 15. Cap. 12. citante *Gorræo*.

*Porphyrio*, vocatur Avis quædam, circa Fluvios degens, cœrulea, longis Cruribus, & Roſtro purpureô prædita, cujus Deſcriptio habetur apud *Aldrov.* lib. 20. Ornith. cap. 28.

*Porphyrites*, vid. Lap. Marmor.

*Porraceus*, *Praſinus*, dicitur de omni eo, quod Colorem Porri Viridem fert Ex. gr. Bilis Porracea. *Galen.* lib. 2 de tempor. cap. 6.

*Porrigo*, idem quod Furfuratio, vel Furfur. Germ. Kleyen. *Lex. Brun.*

*Porrum*, Germ. Lauch. Planta eſt figura & odore fere ſimilis Allio & Cepis, colitur in Agris & Hortis.

*Portulaca*, ſeu *Porcellana*, Germ. Portzel-Kraut. vid. Herbas & Semina.

*Poſer*. *Poſis*, i. e. Potus, Potio, Bibitio Germ. Ein Tranck.

*Poſſetum*, eſt Lac decoctum, cui ſub finem coctionis Cereviſia infunditur, Potio eſt Anglis familiaris *Lex Blanc.*

*Poſthia*, idem quod Crithe, Hordeolum, vid. Crithe. *Lex. Brun.*

*Potabilia*, ſeu *Potabilis*, dicitur de omni eo, quod per Os hauriri debet *Mart. Rul.* & *Johnſ.* Vel quod Poculis porrigitur, liquidum, *Libav.* S. A. Ch. lib. 2. cap. 1. ſeq. ubi Magiſteria ſolubilium deſcribuntur.

*Potentilla*, eſt Anſerina, Argentaria & Argentina. vid. Herbas.

*Potio*, *Potus*, vid. Poma & Hauſtus. Germ. Ein Träncklein.

*Præcipitantia*, ſunt quæ Acidum in Corpore noſtro infringunt, & quaſi præcipitant: eſt Vox à Chymicis mutuata, quia præcipitando res alterius indolis fiunt. vid. Abſorbentia.

*Præcipitatio*, eſt Operatio Chymica, & eſt, quando Corpora diſſoluta contrario Liquore præcipitantur. Ex. gr. Si Corallia, Lapides Cancrorum, Margaritæ &c. 🜊to ſolvuntur, infuſô 🜹 Tartari, ſivè -S- Vitrioli, ſivè alio contrario Liquore præcipitantur in albam ſubſidentiam. Vel ſi reſinoſa aliqua Subſtantia in 🜈 rectificato ſoluta, infuſâ ▽æ aliquâ quantitate, ≂ratur Reſinoſitas ad fundum Et ſi ☽tum vivum in ▽ forti ſolutum, ſoluto infunditur quantitas Muriæ, ſivè Aquæ ſalſæ, ≂bitur Pulvis albus ad fundum. &c. *Sign.* ≂

*Præcipitatus antimoniatus Emeticus Pulvis*, eſt Mercurius vitæ, ſeu Pulvis Algarothi.

*Præcocia*, in ſpecie dicuntur Fructus quidam, ſivè ſpecies Malorum Armeniacorum; ità dicta à Maturitate, quâ Perſica & Armeniaca alia antecellunt, ut & Bonitate; de quibus *Galen.* lib. 2. de Al. fac. Cap. 20. *Jul. Alex.* lib 10. Salut. cap. 6.

*Prælum*, item *Prelum*, & *Preſſorium*. Germ. Eine Preſſe. Eſt Inſtrumentum, quô Olea & Succi exprimuntur, in Officinis Pharmaceuticis uſitatum. apud *Lind.* vid. Preſſorium.

*Præmaceratio*, id eſt Maceratio præmiſſa. vid *Rhod. in Scribon.*

*Præparatio*, idem quod Præparatum. Germ. Vorbereitung. ppt. ità à Medicis præſcriptum, vel aliàs notatum, legendum eſt, Præparatum. *Lex. Brun.* *Sign.* PP, HP, PP, PP, P, P, PP.

*Præmorſa*, *Succiſa*, *Jacea nigra*. vid. Rad. Morſus Diaboli. Germ. Teuffels Abbis Wurtzel.

*Pramnios*, eſt epitheton Vini nigri & auſteri apud *Hippocr.* lib. 2. de Morb. Mul. *Foëſius* & *Linden.*

Praſi-

Digitized by Google

*Praſimum viride, Praſis, Phraſium viride*, eſt Flos Æris, Viride Æris, & Praſinum viride. *Johnſonus* in *Lexico*.
*Praſinus*, idem quod Porraceus. vid. Porraceus.
*Praſis*, vid. Praſimum, Phraſium viride, & Praſinum.
*Praſium* & *Praſſium*, eſt Marrubium. Germ. Andorn / vid. Herbas.
*Praſſimi viride*, i. e. Flos Æris. *Sylvat.*
*Praſſius*, nomen Lapidis, vel Gemmæ viridantis, vilioris turbæ, Smaragdi Domus, vel Palatium dictæ; quia hic in illa, veluti incluſus reperitur. vid. *Chiocc. Muſ.* Sect. 3. p. 217.
*Praſoides*, vid. Porraceus. Germ. Lauchgrüne Farb / Germ. *Lex. Br.*
*Preces, Precatio*, & hoc Vocabulum meritò ad Medicinam referendum; ſiquidem, & Precibus & Venerationi aſſiduæ locus eſſe debet apud Medicum, pro obtinendâ Divinâ Præſentiâ & Providentiâ, in Rebus Medicis, ad Gloriam Ejus nominis, ad honorem Artis ab Ipſo creatæ, & ad Salutem ejus operâ utentis Ægri, verbis elegantiſſimis *Linden* Ex. III. § 6.
*Premnon*, præter alias ſignificationes, propriè Stirpem, Stipitem & Truncum ſignificat. *Lexic. Brunonis.*
*Presmuchum, Presmuchus, Presmucum,* & *Presmukis*, id eſt Ceruſſa. Germ. Bleyweiß. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*
*Preſſorium*, idem quod Torcular & Prælum, eſt Inſtrumentum, quo Species contuſæ exprimuntur. *Mart. Rul.* & *Johnſ.* vide Prælum.
*Preſter*, præter alias ſignificationes, eſt nomen Serpentis venenoſi. vid. *Aldr.* lib. 1. cap. 8. de Dracon. & Serpent.
*Pretioſus, Precioſus*, à Pretium ſeu Precium. Germ. Der Werth. Dicitur de Materia Medica, quæ, vel ob raritatem, vel ob efficaciam ſingularem carior habetur. Ità Lapides Pretioſi vocantur Gemmæ, ad differentiam minus precioſorum. Utrarumque Catalogum vid. apud *Schrœd.* lib. 3 cap. 4.
*Priapus, Cauda, Haſta, Membrum genitale, Mentula, Penis, Virga*, &c. ſivè ſit Cervi, ſivè Tauri, aut alterius Animalis. Germ. Ein Zimmer / oder Ruthe.
*Primi Floris Herba*, ſeu *Clavis S. Petri*, eſt Primula Veris, vid. Flores Paralyſeos. Germ. Schlüſſel-Blumen.
*Primum Ens*, vid. Ens primum, ſeu Principium primum.
*Princeps omnium Vegetabilium Q:* eſt Vinum optimum. Ità quoque à *Paracelſo* dicitur.
*Principia Chymica*, tria ſunt: Sal ⊖, Sulphur 🜍, & Mercurius ☿. *Mart. Rul.* & *Johnſonus.* Quidam plura conſtituunt, & Spiritum 🜀 & Terram 🜃 addunt. vid. *Theatr. Chym.* & *Libavii Opera* &c.
*Prinitos*, eſt Medicina ad Lapidem. *Paulus.*
*Proba Agallochi*, ſivè *Ligni Aloës*, optimum cenſetur nigro-purpureum, Venis cinerei coloris interſectum, amarum, ponderoſum, Liquorem ſi prunis, candentivè ferro imponatur exudans, aromaticum & ſuavem fumum, ſi incendatur, præbens, bullulasque ſimul poſt ſe relinquens, haud ità facilè diſparentes. &c.
*Probà Ambaræ, Ambari* & *Ambræ*, cenſetur optima Gryſea, Coloris cinerei à ſordibus purgata, levis, odorata, reſinoſa, quæque Acu calida perfoſſa Succum pinguem reſudat. & ferè tota quantitas in Alcohol Vini reſolvitur. Improbatur nigra, valdè candida, & quæ ▽ â ſimplici ſolvi queat, utpotè dubiò procul adulterata.
*Proba Salis Nitri*, Nitro ſemper aliquid Salis communis ineſt, Sulphureum tamen, & partim volatile Sal eſt. Optimum cenſetur, ſi ℥i. vel ℥ij. Prunis imponuntur, & ferè tota pars deflagrat.
*Probaton*, idem eſt quod Ois, id eſt Ovis. Germ. Ein Schaff. vid. Ois.
*Proceſſus Chymici*, nihil aliud ſunt, quàm Operationes Chymicæ integræ; quando nempè procedunt, & tandem ad Scopum quæſitum perveniunt. Germ. Chymiſche Arbeit / Fortgang / oder Proceſs. Item Proceſſus ad Lapidem Philoſophicum, *Paracelſ. Th. Chym.* Vol. I. pag. 532. ſeqq. &c.

*Prochyma*, vocatur Muſtum, quod ſpontè, antequam Uvæ calcentur, exſtillat. Dicitur & Protropum, aut Prodromum, ſcil. Vinum. *Linden.* Ex. X. §. 176. & 177.

*Proconia*, præter alias Significationes *Hippocr.* notat Farinas recentes, tenues, ſivè Polentas: quas tamen *Galen.* ſpecialiter de Hordeacea exponit, cum & de Tritico uſurpaverit recenti *Hippocr.* lib. de Nat. Mulier. LIV. 3. *Varinus* per Proconia intelligit Triticum Melle inunctum. Aliis eſt Hordeum confractum & contuſum cum Aromatibus. vid. *Foëſ.* d. L. & 531.

*Prodromus*, præter alias ſignificationes, in genere Latinè dicitur Præcurrens; ſpecialiter tribuitur Vino vel Muſto, vid. Prochyma.

*Productio Pharmaceutica*, vid. *Schrœderus* lib. 1. cap. 4. & *Frid. Hoffm.* Productio Gabaliſtica eſt fictitia, improba, Magica ac Diabolica. *Libav.* Com. IV. pag. 64.

*Profeſſor*, in Medicina vocatur, qui Theoremata Artis docet, & alios inſtruit, ut aliquando Medicinam ritè facere queant. vid. Practica.

*Proficus*, id eſt Ficus ſylveſtris. *Matth. Sylvat.*

*Progeuma*, eſt Cibus ante Prandium ſumptus lenitivus ſolutivus. *Sylvat.* c. 579.

*Prohiſalidos*, ſunt Fructus Alkekengi. Germ. Juden-Döcklein.

*Projectio*, Terminus eſt Chymicus, vel Spagyricus, diciturque hoc nomine, facta, per Medicinam, ſuper re mutanda projectam, cum repentino ingreſſu, ex mutatione Exaltatio. Convenit cum Fermentatione, quod rem intus in ſubſtantia mutet. Differt autem quod non fiat cum Digeſtione lentâ; quâ paulatim miſtilia alterantur, & Craſin accipiunt; Sed violentâ & repentinâ penetratione factâ, quaſi in momento ingreſſionis transfiguret. Vocatur verò illa Medicina, mutans non fermentum, ſed Tinctura, item Elixir. *Mart. Ruland. & Johnſ.* Add. *Libav. Alchym. Pharmaceutic.* cap. 33. Imprimis verò extollitur Projectionis Uſus in labore Lapidis Philoſophici, de quo vid. in *Theat. Chym.* Vol. aliq. & loca quære in Indice.

*Prolectatio*, dicitur Extractio per attenuationem partium ſubtilium, ità ut rarefacta, inclinatione ſuæ Naturæ, à craſſioribus in diverſum ferantur, ibique conſiſtant. &c. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Promalacterion*, prima vocatur Domus, vel pars Balnei, in qua Corpora præmolliri ſolebant; teſte *Galen.* lib. 9. de S. fac. §. Chalcanthos. *Jung. Jul. Al.* not. ad *Galen.* lib. 10. Meth. Med. c. 10. *Lang.* lib. 1. cap. 50.

*Propolis*, dicitur Craſſior Apum Materia flava, odorata, Styracem referens, Ceræ finitima, Gluten in Alveorum foribus repertum. Quidam Ceram Sacram vocarunt, teſte *Scribon.* n. 82. de hujus Virtutibus videatur *Galen.* lib. 8. de S. F. §. Propolis *Dioſcorid.* lib. 2. cap. 106. *Schr.* 5. cl. 4. n. 94.

*Propoma*, dicitur Potio, ſeu Potus ex Melle & Vino, vel Saccharo & Vino paratus, ità dictus, quod antè Cibum biberetur. *Æginet.* lib. 7. cap. 15. *Mercurial.* lib. 1. V. L. cap. 7. Poterit tamen ad alios Potus commodè, & Vina medicata, quæ antè Cibum ſumuntur, extendi; notante *Rhod.* in Not. ad *Scribon.* num. 135. Græc. quoque dicitur Propotiſmos, uti patet ex *Mercur.* d. l.

*Proportio*, dicitur reſpectiva quædam Convenientia, vel in Qualitate, vel in Quantitate. De Proportione Materiæ & Formæ Lapidis Philoſophici vel circa Lapidem Philoſophicum, vid. *Th. Chym.* Vol. I. pag. 520. & *Libav.* Tom. II. Oper. pag. 203. ſeq.

*Propotiſma*, ſeu *Propotiſmos*, q. d. Præpotio, propriè ſignificat Medicamentum præparans, ante Purgationem hauſtum, *Jul. Alex.* in not. ad *Galen.* lib. 6. de S. F. Cap. 1. *Dieter.* n. 358. Latè etiam coincidit cum Vocabul. Propoma.

*Proſerpinaca*, eſt Polygonum. Germ. Wegtritt. vid. Herbas.

*Proſopium, Arcium, Perſonaria, Perſonatia* & *Perſonata.* vid. Rad. Bardanæ.

*Proſpheromena*, ſunt Cibi, vel Medicamenta, quæ intra Corpus ſumuntur. Germ. Innerliche Speiſen und Medicamenten.

*Proſtheta*, in genere dicuntur omnia Medicamenta Topica, ſivè Externa, quæ opponuntur Corpori & partibus ejus. In ſpecie verò apud *Hippocr.* vocantur

Digitized by Google

vocantur illa Medicamenta, quæ Utero vel inſinuantur, vel applicantur. vid. *Galen.* & *Fœſius.*

*Proteus*, nomen eſt Collyrii, in principio Suffuſionum, efficacis ad omnem Viſûs hebetudinem, Callos & Cicatrices, *Ægin.* lib. 7. Cap. 16. *Gorræus.* Proteus quoque ♁ vocatur.

*Protheus*, dicitur Mercurius ☿, qui ſe in omnes formas vertit, & denuò propriam recuperat. *Johnſ. Lex. Chym.* lib. 2. Protheus quoque dicitur Prima Materia. *Theat. Chym.* Vol. v. p. 344 & Ignis, vel Spiritus Ignis, quod non habeat formam, ſed in ſe omnia transmutet, quæ attingit, ſicut Protheus, Ægyptiorum genius, feciſſe fingitur. Vol. VI pag. 16.

*Protorrhitos*, dicitur Reſina, quæ primum ſponte fluit. *Gorr.*

*Protoſtactos*, eſt epitheton Lixivii, quod primum extillat, & in quod parandum, Calx ad Cinerem quemcunque additur *Æginet.* lib. 7. cap. 17. *Gorræus.*

*Provocativum*, i. e. Eductivum Urinæ. Germ. Urin-treibendes Mittel.

*Prudentia Medica*, eſt quæ nititur rectâ Ratione, comparaturque diſcendo & faciendo; eſtque neque tumida, neque timida. Recte dicitur Oculus Scientiæ vel Artis. *Linden.* Ex. XIII. §. 524. XV. 12.

*Pruinæ Chymicæ*, ſunt ⊕ata. *Libav. Alchym. Pharmacevt.* cap. 1.

*Pruinum*, prima Tartari ſpecies, Germ. Das erſte Geſchlecht des Steins/ im Magen/ Leber/ Blaſen/ und Harngängen. *Dorn. Mart. Rul* & *Johnſ.*

*Pruna Domeſtica*, Germ. Pflaumen/ Quetſchen/ Zwetſgen/ variorum ſunt Generum: Eliguntur ad Medicamenta, Pruna Damaſcena, ſeu Pruna Paſſa dulcia, vel Prunidactylæ dictæ, & Pruna Ungarica. Ubique ſeruntur in Hortis, Vineis & Viridariis, & vocantur Pruna Brabela, Brabyla. Syracuſana, Syriaca, Iberica, Pruni dactyla, Pruna Paſſa alba, Hiſpanica, Paſſa acida & dulcia.

*Pruna pectoralia nigra*, & *Pruna Sebeſtena.* Germ. Schwartze Bruſt-Beer. vid. Sebeſten.

*Pruna pectoralia rubra.* Germ. Rothe Bruſt-Beer. vid. Jujubæ.

*Pruna ſylveſtria*, ſeu *Acatia Germanica*, *Agriococcimela*, *Pruneola.* Germ. Schlehen. Fructus eſt Fruticis ubique ad vias creſcentis.

*Prunella*, eſt Conſolida media. vid. Herbas. Germ. Prunellen-Kraut.

*Pruneolæ*, ſeu *Prunellæ*, vel *Brignioles.* Germ. Prunellen/ quæ enucleatæ, decorticatæ & exſiccatæ à Bamberga ex Gallia & Italia afferuntur.

*Pſagdas*, dicitur ſpecies Unguenti cujuſdam. *Galen.* in Ex. Voc. *Hipp.*

*Pſammodes*, & *Pſamos*, eſt Arena ∴. Germ. Sand. *Dieter. Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Sextarius*, Menſuræ Romanæ genus eſt, quod ſi Melle repleatur, pendet Uncias Triginta ℥xxx; ſi Oleo Uncias Octodecim; ſi verò 🜄 a repleat., pendet Uncias Viginti. ℥xx. Capit (ut alii dicunt) menſurales Uncias Viginti Olei; pondere verò habet Uncias Sedecim, Drachmas Quinque & Scrupulum Unum. Continet vulgò Duas Heminas, ſeu Uncias Decem & Octo. Dicitur Sexta Pars Congii *Linden ſextarium* pendere Vini Uncias Sedecim ℥xvj. totidemque Scrupulos: Mellis Uncias Viginti Quinque ſcripſit. Ex. X §. 156. *Lex. Brun.* Sign. ℱ, ⳩, ☿.

*Sextex*, i. e. Sal Gemmæ. 8. *Matth. Sylvat.*

*Sexunx*, id eſt Pondus Sex Unciarum ℥vj, hoc eſt Libra Dimidia ſeu Semiſſis ℔ß. *Gal.* L. 1. de C. M. P. L. Cap. 8.

*Sezur*, id eſt Aurum. ☉. Germ. Goldt. *Johnſ. Lex.* 2. fol. 7.

*Sfongot*, dicitur Spongia. Germ. Ein Schwamm.

*Sfragilla*, ſunt Mala Cydonea. Germ. Quitten.

*Sibar*, id eſt ☿ vivus ſeu ☽tum vivum. Germ. Queck-Silber. item Stella eruta. *Dorn. Mart. Rul. & Johnſonus*

*Sibedata* id eſt Hirundinaria. *Parac.* L. 2. de Tart. tr. 2. c. 6. *Dorn. Mart. Rul. & Johnſ.* Item Lapis quo colores teruntur. *Mart. Rul.* & *Johnſonum.*

*Siccans*, epitheton Medicamentorum, quæ Temperamenta corporum ad Sicciorem ſtatum permutant. *Gal. L.* 1.

*Siccare*. Germ. Trucknen/ id eſt aliquid Exſiccare. Sign. D.

*Sicelica, Sicula*, epitheton Medicamenti contra Colicos dolores, apud *Gal.* L. 9. de C. M. S. L. cap. 5. ferè circa finem.

*Sicilicus* ſeu *Sicilicum*, Ponderis nomen, veterinariis uſitatum, pendens Unciam Dimidiã ℥ß vel Drachmas Quatuor ʒiv; uti patet ex *Gal.* de Menſuris & Ponderibus, confirmante C. *Hoffm.* in notis Miſp. nondum editis. At *Rhod.* ad *ſcribon.* Sicilicum dicit, eſſe Unciæ Quartam Partem, in qua ſunt Scrupuli Sex, ℈vj. & pendet Drachmas Duas ʒij. n. 71. pag. 123.

*Siclus, Siklor*, & *Siclos* eſt Pondus Obulorum XX. *Matth. Sylvat.* p. 178.

*Sicya* eſt Cucurbita. vide Cucurbita.

*Sycione*, quatuor habet ſignificationes, juxta. *Gal.* in Exig. Dict. *Hippocr.* Colocynthidis Pyro ſimilis, Cucurbitæ Chyrurgicæ, & Cucurbitæ fundo carentis & Metæ formam præ ſe ferentis. *Foeſ.* Oec. pag. 565.

*Sicyonion*, nomen eſt Unguenti, vel Olei compoſiti, cujus Baſis eſt Cucumis ſylveſtris, apud *Æginetam.* L. 7. c. 20.

*Sicys Agrios* ſeu *ſylveſtris.* vid. Rad. Cucumeris Aſinini. Germ. Eſels Kürbes-Wurtzel.

*Sicys* & *Sicys hemeros* eſt Cucumer & Cucumis. Germ. Cucumern.

*Sideritis.* Germ. Beruff-Kraut. vid. Herbas.

*Sideros*, dicitur Metallum ignobilius, Ferrum ♂. Germ. Eiſen. *Lex. Brun.*

*Sidia*, id eſt Lima Eine Feyle. *Mart. Rul.* & *Johnſonus.*

*Sidiron*, i. e. Ferrum. ♂. Germ. Eiſen.

*Sief album*, id eſt Collyrium, Medicamentum Ophthalmicum ſiccum.

Siego-

Digitized by Google

*Siegones* idem quod Maxillæ, *Lex. Brun.*
*Sifantis*, id eſt Terra ☽ tea, *Simphus. Mart. Rul.* & *Johnſ.*
*sigia* vel *Sigra* id eſt Storax liquida. *Mart. Rul.* & *Johnſ.* & *Gal.*
*Sigillum Capræ, Terra ſacra.* vid. Terra Lemnia. Germ. Geſiegelte Erde aus der Inſul Lemnio.
*Sigillum Chriſti*, ſivè *Crucis Chriſti*, ſeu *Paridis Bacca* ſeu *Herba*. vid. Baccæ ſeu Herba Paridis. Germ. Einbeer-Kraut-Körner.
*Sigillum, Sphragis*, ità fuit dicta Terra Lemnia ſigillata; cujus modum præparandi & ſigillandi Signo Dianæ deſcripſit *Gal.* L. 9. de S. Fac. Quemadmodum & hodieque Terra Turcica, Melitenſis S. Pauli, Sileſiaca, Hersbruccenſis aut potiùs Veldenſis Norica, certis Sigillis notari ſolent; de quibus vid. *Schræd.* L. 3. cap. 2. *Frid. Hoffm. Clav.* ad h. L. *Caſp. Hoffm. Paral. Offic.* cap. 44. 45. Ità & Trochiſci Sigillis & Aſteriſcis ſignari ſolent, præſertim Viperini, in Officinis Venetis &c. *Lex. Brun.*
*Sigillum Hermeticum* dicitur, quo Vitrum Fuſum, △ne fuſorio liquatum, occluditur; quamvis nonnulli Maſſam aliquam ex Succino albo, Vitro Veneto, Borace, æqualibus portionibus, ad hanc obturationem uſurpent. *Mart. Ruland.* Olim Vaſa cerâ & annulo ſignabantur à Medicis. *Rhod.* ad *Scribon.* Num. 269. pag. 331. Sigillis verò magicam virtutem adſcribere cum *Paracelſicis*, de quo etiam vid. Th. Chym. Vol. VI. pag. 351. ſuperſtitioſum eſt. vid. Character.
*Sigillum Salomonis* ſeu *B. Mariæ.* vid Radices Sigilli Salomon.
*Sigillum Veneris, Crux Chriſti, Aconitũ ſalutiferum.* vid. Baccæ ſeu Herb. Paridis.
*Signatio, Signatura*, alia eſt neceſſitatis, quando Vaſa obſignantur; aut ipſa Medicamenta, ad evidandam vel exhalationem virium, vel ſuſpicionem fraudis. Ità & Acidularum Egranarum Vaſa fictilia publicâ authoritate obſignari ſolent. &c. *Lex. Brun.*
*Siler Montan.* vid. Sem. Sileris Montani. Germ. Seſel Samen.
*Silex.* Germ. Kyßling oder Kyſel-Stein. vid. Lapides.
*Silices Calcinati.* Germ. Gebrandt oder Calcinirte Kyſel-Stein.
*Silicetus*, idem quod *Marmoreus*, epitheton Tartari, in Renibus, aut Veſica, nimiopere indurati, apud *Paracelſum* L. de Tartareis morbis c. 20. & 21.
*Siliginis* & *Frumentorum Flos.* vid. Flor. Cyani. Germ. Blaue Korn-Blumen.
*Silignis*, Latinè *Siligo*, dicitur puriſſima Tritici Farina, è qua paratur Panis Siligineus. &c. *Lex. Brun.*
*Silipit*, id eſt Æs, Cuprum. ♀. Germ. Kupffer. *Mart. Rul. in Lex.*
*Siliqua* eſt dimidium Lupini & Siliquæ ſex pendent Scrupulum ℈j. Semen autem in Siliqua contentum, non tota Siliqua intelligitur, & id mediocre, non enorme & habitius; neque ſtrigoſum & emaciatum, quare hordei aut tritici Grana uſurpamus, quæ hodiè minimum pondus faciunt, vel ut olim Grana Lentis. *Siliqua*, eſt etiam Folliculus, ſive Integumentum, cui Grana Leguminum includuntur. *Lex. Brun.*
*Siliqua Ægyptiaca*, eſt Caſſia fiſtula. Germ. Caſſia in Röhren / Caſſien-Pfeiffen / Caſſia-Fiſtel. vid. Caſſia fiſtula.
*Siliqua Arabica*, ſeu *Acacia Indica.* vid. Tamarindi. Germ. Tamarindten.
*Siliqua dulcis, Carobea, Carrubia, Panis divi Johannis, Ceratium* & *Ceratonium, Xylocerata, Cerobia*, Sarobi, *Xylocaracta*. Germ. Johannis-Brodt. Cujus arbor Ceratonia appellatur. Creſcit in Regno Neapolitano, Inſula Creta, Syria, Hiſpania &c. Fructus ſunt ſiliquæ inſtar oblongi & pleni, extus colore Caſtanei; intus Semina ferè continent, ut Caſſia fiſtula; fructus ipſi dulces ſunt, ideoque in Morbis Pneumonicis uſu veniunt &c.
*Siliqua Indica*, eſt Caſſia Alexandrina, Calamus dulcis. vid. Caſſia fiſtula.
*siliqua purgatrix* id eſt Caſſia Carthartica, Caſſia laxativa. vid. Caſſia fiſtula.
*Siliquaſtrum*, eſt Piper Indicum, Capſicum, Preſilianum. vid. Piper Hiſpanicum.
*Silo*, idem eſt quod Terra, Germ. Erde. *Dorn. Mart. Rul.* & *Johnſonus.*
*Silphion, Laſer, Laſerpitiũ, Magiſtrantia* G. Meiſter-Wurtz. vid. Rad. Imperatoriæ.



Digitized by Google

*Silv.* ſeu *Sylv.* ità à Medicis præſcriptum ſivè aliàs notatum ſemper legendum eſt Silveſtre ſeu Sylveſtre.

*Silurus*, nomen Piſcis, de quo tamen inter ſe diſſentiunt Authores, dum aliiSturionem eſſe dicunt. vid. *Gal. Aldrov.* & *Geſnerus.*

*Silybum*, *Chamæleon* eſt Carduus Mariæ Germ. Marien-Diſtel oder Wehe-Diſtel. vid. Herbas.

*Simar* eſt Viride Romanum vel Viride Æris. *Johnſonus.*

*Simeonis Herba* ſeu *Ungarica Herba*, *Alcea* Germ. Pflug-Wurtzel.vid. Herbas.

*Simia*, *Pithex*, Germ. Ein Affe. vid. Pithex. *Lex.Brun.*

*Simila*, *Similago.* vid. Semidalis *Lex. Brun.*

*Simiſſa*, rectiùs *Semiſſa*, id eſt ad dimidiam Coctum; *Simiſſator* vel *Semiſſator*, qui ad dimidias Coquit. *Linden* Ex. X. §. 52.

*Simivulpa* & *Vulpiſima*, Animal Quadrupes digitatum viviparum, peregrinum, Vulpis & Simiæ formam ex parte referens. vid. *Aldrov.* L. 2. de Quadrup. digit. Vivip. cap. 4.

*Simmitium*, id eſt Ceruſſa ✱. Germ. Bley-Weiß. *Mart. Rul.* & *Johnſonus.*

*Simplicia*, ſunt Medicamenta Singularia & non compoſita, ut ſunt Flores, Gummi, Herbæ, partes Animalium, Radices, Semina, Succi &c. Chymici tria Simplicia Materialia corporum naturaliũ ſtatuerunt, ceu Principia, *fixum*, *inflammabile*, & *vaporoſum.* Th. Chym. Vol. I. pag. 101.

*Simus*, id eſt Gilla. *Mart. Rulandus.* vid. Gilla.

*Sinapi.* vid. Sem. Sinapi Germ. Senff-Samen.

*Sinapi agrium*, ſeu *ruſticum* & *ſylveſtre* vid. Semen Thlaſpios.

*Sinapi Perſicum* id eſt Raphanus ruſticanus. vid. Rad. Raphani marini.

*Sinapiſis*, id eſt Bolus armena AB. Germ. Armeniſche Erde *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Sinapiſmus*, eſt Medicamentum Capiti conveniens, ex Fermento acido, Raphano ſylveſtri, Sinapi &  le paratum. vid. *Gal. Schræd. Wek.*

*Sinapium*, vocatur Embamma, vel Intinctus, ex ſemine Sinapi paratus; cujus meminit *Jul. Alex.* L. 20. Sal cap. 15.

*Sincerus*, idem quod Legitimus, interdum etiam pro Puro ſumitur.

S. St. ità à Medicis præſcriptum ſivè aliàs notatum legendum eſt: Sine ſtipidibus, exempl. grat. ℞. Fol. Senæ S. St. &c.

*Sinopida*, eſt Rubrica. Germ. Röthel Stein *Matth. Rulandus.*

*Sinopis*, eſt ſpecies Rubricæ melior. vide Miltos. *Sinopis* quoque dicitur Minium à Synope urbe. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Sion* ſeu *Sium aquaticum*, eſt Beccabunga, Germ. Bachbung. vid. Herbas.

*Sion* ſeu *Sium majus*, eſt Naſturtium aquaticum. Germ. Brun-Kreſſen. vid. Herbas.

*Sipyis*, Pyxidem ſignificat apud *Hipp.* Libr. de ſteril. XXII. 15.

*Sir.* & *Syr.* ità à Medicis præſcript. ſivè aliàs notat. legend. *Sirupus* ſeu *Syrupus.* Germ. Safft.

*Sira*, id eſt Auripigmentum ⊨⊃=. Germ. Operment. *Mart. Rulandus.*

*Siricon de Plumbo* id eſt E Plumbi. Bley Aſchen. *Mart. Rul.* & *Johnſonus.*

*Siringa*, *Siringæ* & *Siringi*, id eſt Calx ♈. Germ. Kalck. *Mart. Rul.* & *Johnſon.*

*Sirupus*, *Syrupus* & *Serapium*, Actuario, eſt Medicamenti forma fluida, ex Decocto, vel Succis aut Infuſione, conflata, Saccharo aut Melle dulcorata, & ad conſiſtentiam debitam cocta. vid. *Morellus. Wekerus, Schræd.* & *Frid. Hoffmannus.*

*Siſara* & *Siſera.* vid. Rad. ſeu Sem. Paſtinacæ.

*Siſymbrion aquaticum* ſeu *Naſturtium commune* vel *▽licum.* vid. Herbas. Germ. Brun Kreſſen.

*Siſymbrium Sylv.* eſt Mentha ▽tica. Germ. Waſſer-Müntz. vid. Herbas.

*Sition*, latam & ſtrictam habet ſignificationem. *Latè* omnia Alimenta, eſculenta & potulenta, Sition nomine veniunt. *Hipp.* 2. aph. 38. L. 6. epid. ſ. v. t. 20. *Strictè* Panes ex tritico, Sitia vocantur. vid. *Linden.* Ex XIII. §. 160. &c.

*Sitta*, nomen Avis & ſpecies Pici, vid. *Aldrov.* L. 12. Ornith. cap. 38.



Digitized by Google

*Sium* ſeu *Sion* ▽*ticum*, *Anagallis* ▽*tica*. Germ. Bachbung. vid. Herbas.

*Smaltum*, eſt Vitrum fuſorium. Germ. Schmeltz Glaß. vid. Amauſum.

*Smaragdinon*, nomen eſt Emplaſtri, cujus deſcriptio habetur apud *Celſum* L. 5. cap. 19 ità dictum, ob ſummam viriditatem.

*Smaragdus*. Germ. Ein Schmaragd / vid. Lapides.

*Smectus* vel *Smectris*, epitheton ▽ræ Cimoliæ, quod detergendi vim habet. vid. *Gal.* & *Hippocr.*

*Smegma*, *Savonetta*, ſapo, Germ. Seyffe. vid. Sapo. ◇.

*Smele*, ferè idem, quod *Smegma*: Pulvis dicitur Siccus, qui cuti non unctæ aſpergitur, ad eam detergendam. Ejuſmodi facultatem habet *Furfur*, *Lomentum fabarum*, *Mel*, [illegible]. *Cimolia*, *Pumex*, [illegible], ⊖*lis flos* &c. *Gorræus*.

*Smilax aſpera Peruviana*, idem eſt quod Salſaparilla, vid. Rad. Sarſaparillæ.

*Smilion*, nomen Medicamenti acris, ad rumpenda Apoſtemata apud *Æginet.* L. 3. cap. 23. L. 4. cap. 18. L. 7. cap. 18. &c.

*Sminthios*, epitheton ⊖lis lacuſtris, cujus meminit *Gal.* L. 11.

*Smiris* ſeu *Smyris*. Germ. Schmergel. vid. *Lapides*.

*Smyrna* idem quod Murrha vel Myrrha Germ. Myrrhen. vid. Myrrha.

*Smyrnium Cordi*, *in Dod.* Radix & *Spiritus* eſt Angelica vid. Radices Angelicæ.

*Smyrnium Fuchſii Liguſticum*. vid. Herb. Rad. ſeu Sem. Leviſtici.

*Smyrnium hortenſe Trag.* eſt Laſerpitium. vid. Rad. Imperatoriæ, Germ. Meiſter-Wurtzel.

So[illegible] præter alias ſignificationes ſunt [illegible] res ex Herba Kali uſti, quibus vitra conficiuntur. Sign. [illegible].

*Sol*, quid ſit notum eſt. Sed à Chymicis ſumitur pro ☉ro: adeò ut Medicamenta Solaria ſint ex ☉ro parata. *Lex. Brun. Sol.* Æurum ☉ Germ. Goldt. Sign. [illegible], [illegible], [illegible], [illegible], [illegible], [illegible], [illegible].

*Soladini*, ſunt Spiritus corporei, in △ne degentes inviſibiles. *Dorn.* in Dict. *Parac.* ſupra *Saldini* dicti.

*Solanum Commune*. Germ. Nacht-Schatten. vid. Herb. Solani. Germ. Nacht-Schatten.

*Solanum Halicacabinum* ſeu *veſicarium*. vid. Sem. Alkekengi.

*Solanum Lignoſum*, *Glycypicron*, *Dulcamara*. Germ. Hünſch-Kraut. vid. Amara dulcis in Herbis.

*Solanum Monococcum*. Germ. Stern-Kraut. vid. Paris Herba.

*Solanum Quadrifolium bacciferum* ſeu *tetra phyllon* vid. Baccæ vel Semen Paridis.

*Solater*, eſt ☽tum vivum ſeu ☿ vivus. Germ. Queck Silber. *Mart. Rul.* & *John.*

*Solbaſtrella* ſeu *Sorbaſtrella*, vel *Sanguiſorba* & *Barbula Chriſti*. vid. Radices Pimpinellæ.

*Soldanella*, Germ. Meer-Winden. vid. Herb. Soldanellæ.

*Soldura*, dicitur Fæc ⊖lis alkali, quod ad vitra alba ſumitur. *Libav.* AS. Chym. L. 8 c. 38.

*Solea*, Latinè etiam Bugloſſum dicitur, Piſcis planus marinus, ſquamoſus, Paſſeribus affinis; cujus Hiſtoriam cum uſu in Cibis vid. apud *Aldrov.* L. 2. de Piſcibus cap. 43.

*Solelaſar*, id eſt Alkali. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Solen*, præter alias ſignificationes, ſpecies eſt Conchæ Marinæ, oblongæ, rotundæ, duum generum, maris & fœminæ, vid. *Aldrov.* L. 3. de Teſtaceis cap. 75.

*Solidago*, *Conſolida major*, *Symphytum*, Germ. Schwartz-Wurtzel. vid. Radices.

*Solidago Saracenica*. Germ. Heydniſch Wundt-Kraut. vid. Herbas.

*Sol Leproſus* eſt Antimonium ♁. Germ. Spieß-Glaß.

*Solis oculus*. vid. Matricaria. Germ. Matern.

*Soloma*, idem eſt, quod Brumaſar, & videtur ænigmaticè denotare ☽tum vel ☽nam Chymicorum. vid. Th. Chym. Vol. IV. pag. 986.

*Solis Herba, ſuga Dæmonum.* vid Flores Hyperici, Germ. Johannis-Blumen.
*Solis Herba Aëtii* eſt Polygonum, Germ. Wegtridt. vid. Herbas.
*Solſequium aureum* ſeu *luteum.* vid. Flores Calendulæ, Germ. Ringel-Blumen.
*Solſequium* 🜍*reum* apud Chymicos ſignificat Sulphar 🜍. *Mart. Rul. & Johnſ.*
*Solſequium Cæruleum* apud Botanicos Cichoreum eſt Sylv.
*Solutio* Duplex eſt, Liquatio & Segregatio, vel Calcinatio & Diſſolutio. Solutio, eſt prior Chymiæ Practicæ Pars, quâ rerum coagulatarum compages ſolvitur & attenuatur, Vel eſt Operatio, quâ corpus quoddam vel quodcunque miſtum in ſua Principia, ex quibus omnia miſta conflata ſunt, recluditur. Germ. Chymiſche Entbindung. *Lex. Brun.* Sign. [symbol], P, [symbol].
*Solutio Spargirica*, in opere Lapidis Philoſophici, dicitur corporis in Mercurium reductio & eſt artis Fundamentum & Principium hujus Magiſterii. Th. Chym. Vol. III. pag. 132 & 430.
*Solutivum*, aliquando idem eſt, quod Laxativum, ſivè Purgans mitius, apud *Lang.* & *alios Authores.*
*Solutum* id eſt Liquefactum. *Mart. Rulandus.*
*Somnifera*, ſunt quæ 🜍reis ſuis fætidis Particulis, ex 🜍re nempè & ⊖le fixo conſtantibus, Spiritus Animales profligant, extingunt, & eorum generationem aliquo modo impediunt, unde quies eorum & Somnus concitatur.
*Sonatb, Paracelſicus* Terminus, denotans Remedium aliquod, in Apoſtematibus laudatum; cui in eſt aliqua vis expulſiva. L. 2. de vit. *Lang.* cap. 6.
*Sonchus.* vid. Cicerbita, Germ. Wilder Endivien.
*Sophia Chyrurgorum, Irio Lobelii*, eſt Verbena fæmina. vid. Eryſimon.
*Sophia Herba*, Conſolidarum eſt ſpecies nobiliſſima, unde fit quod nonnunquã ☉rea nominetur, nondum quibusvis cognita, Illyricis verò & Liburnis familiariſſima. Si folium ejus ore maſticetur, Labia contrahit, & ſi ſupra caulem exiſtens adhuc laceretur per ſe ipſum conſolidatur, nobiliſſima dulcedine pellet ac Balſamo. vid Conſolida ☉rea, Sophia. *Lex. Brun.*
*Sophiæ Herba, Thalictrum.* vid. Sem. Sophiæ. Germ. Well Samen.
*Sophiſtæ*, olim in bona ſignificatione dicebantur illi, qui Solertiâ, ac negocioſa Prudentiâ, excellebant. Poſteà verò receptior facta ſignificatio mala, quâ *Sophiſtæ* dicuntur, qui ſe Sapientes videri magis, quàm eſſe ſtudent, pecuniarum, honorisvè gratiâ. *Sophiſtæ* ſunt qui multum laborant, & parum proficiunt; quoniam nec definientes, nec diſtinguentes, omnia confundunt. *Foreſt.* L. 16. *Obſ.* 1. *Schol.* ex *Joach.* &c.
*Sopiens*, idem quod Mitigans vide Anodyna.
*Sopio*, antiquis vocabatur Opium, teſte *Rhodio in Scrib.* pag. 418.
*Soporifera*, idem quod Somnifera. vid. Somnifera.
*Sorba Domeſtica.* Germ. Speierling/Spar-Aepffel/Sporbieren. Sorbus gaudet frigidis & colitur in Hortis. Oa & Va etiam nominantur.
*Sorbaria, Sanguiſorba* & *Sanguinaria, Saxifraga Italica* eſt Pimpinella Italica. vid. Herbas.
*Sorbaſtrella, Solbaſtrella*, vid. Rad. Pimpinellæ, Germ. Pimpinell-Wurtzel.
*Sordes* ſeu *Lapides*, qui in Cervorum oculorum angulis reperiuntur. vide Lacrymæ.
*Sortis* ſeu *Fortis Herba Fuchſii* eſt Conſolida Sarracenica.
*Sory, Sori* & *Sorus, Atramentum Metallicum gryſeum.* Germ. Grauer Atrament/oder grauer Berg-Schwefel. Eſt Minerale lapidioſius & vehementius, compactum, quàm Chalciſtis aut *Miſy*, ſed craſſiſſimum, fricatum ſcintillos miſeos emittens, *Chalcitis, Miſy* & *Sory* mineralia ſunt, inter ſe origine & viribus conjunctiſſima. Nimirum ex *Sory* fit *Chalcitis*, ex hac *Miſy*. In Ducatu Brunſvicenſi inveniuntur. vid. *Dioſc. & Gal.*
*Soteira*, Latinè *Servatrix*, eſt nomen Antidoti, cujus deſcriptio habetur apud *Æginet.* L. 7. c. 11.

*Soti-*

Digitized by Google

*Sotirella Parva*, eſt Maſſa ex Odontalgicis & Oleo Nuciſtæ parata, ex qua Pilulæ ad Dolores Dentium præparantur.

*Spagiria*, idem quod Chemia, Chimia vel Alchymia, *Paracelſo* dicitur Ars, quæ purum ab impuro ſegregare docet, ut, rejectis fæcibus, virtus remanens operetur. *Lex. Brun.*

*Spagnon, Amnion, Bryon, Lanugo* ſeu *Muſcus Arborum*, Germ. Baum-Mooß.

*Spagos*, eſt ſpecies Picis admodum candida. *Plin.* L. 2. c. 20.

*Spagyrica Calcinatio.* vid. Calcinatio Philoſophica.

*Spagyrica Medicina* idem quod *Hermetica medicina*, quæ arte Chymica parata ſunt.

*Spagyrus* ſive *Spagyricus* dicitur, quicunque novit diſcernere Verum à Falſo; à Bono ſequeſtrare Malum, Impurum à Puro ſeparare, & abjicere Binarium, ſervatâ Unitate. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Spalax, Mus ▽ renus, Talpa.* Germ. Maul-Wurff. vid. Talpa.

*Spana* pro *Hiſpana*, epitheton Picis apud *Scrib.* n. 256.

*Spara*, eſt Vis Mineralis, ex Ilech primæ ſubſtantiæ, id eſt ex majoribus Mineralibus. *Dorn. Mart. Rul. & Johnſ.* ex *Parac.* L. 1. &c. *Spara* etiam invenitur in Fodinis Plumbariis juxta Barhœl in Comitatu Darbienſi in Anglia, Lapis albus ſimilis Gypſo, valens contra Calculum. *Johnſ. Lex.* 1.

*Sparadrapum* & *Sparadrapus*, dicitur Linteum utrinque Unguento ſpiſſo vel Emplaſto ad △nem fluenti, immerſum & tinctum, extenſum & refrigeratum. Vocatur & *Tela Emplaſtica. Schræd.* L. 1. c. 3. *Tela Gualteri* forſan ab Authore. *Jung. Morell.* &c.

*Sparagus* ſeu *Aſparagus.* vid. Rad. ſeu Sem. Aſparagi. Germ. Spargen-Wurtzel oder Samen.

*Sparallium*, id eſt, Clyſter uterinus *Paracelſ.* L. de Ulceribus & Apoſtem. cap. 26. *Dorn Mart. Rul. Johnſonus.*

*Sparton, Spartion* & *Spartum.* Germ. Pfrimmen. vid. Flores Geniſtæ.

*Sparus*, nomen Piſcis littoralis, Auratis non prorſus diſſimilis. vid. *Aldrov.* de Piſcibus L. 2. c. 18.

*Spaſma*, dicitur Pulvis Conſolidativus, qui Vulneribus recentibus aſpergitur. *Sylvat.*

*Spaſmodica*, ſunt Medicamenta Spaſmum pellentia. *Lex. Blanc.*

*Spatha* ſeu *Spathula*, eſt Inſtrumentum oblongum, majus & minus ex ☽to, ♂ro, ♀ro aut Ligno confectum. Inferius latum, quo Electuaria vel Conſervæ, abſque manuum inquinatione commodè tractantur, Pharmacopœis & Chyrurgis familiare. Germ. Ein Spattel. dicitur quoque *Spathomela* & *Specillum latum.*

*Spatula* idem quod *Spathula* Germ. Ein Spattel.

*Spaul* id eſt Sanguis. Germ. Bluth. *Mart. Ru* in *Lex.*

*Spec.* ità à Medicis præſcriptum ſivè aliàs notatum legendum eſt Species

*Specarium*, idem quod Lapis Specularis aliàs *Selenites* dictus. *Jul. Alex.* in not. ad *Gal.* L. 12. de s. F. § de Oſtreis.

*Species*, in Pharmaceuticis dicuntur Pulveres Compoſiti, quarum Deſcriptiones & Catalogos vid. apud *Wekerum, Schræder.* ut & in *Diſpenſatoriis.* Germ. Species.

*Species Conaientes* ſunt Species Odoriferæ.

*Specif.* ità à Medicis præſcriptum ſivè aliàs notatum legendum Specificum.

*Specifica Medicamenta*, ſunt quæ Vi Specifica, hoc eſt appropriata Morbos invadunt, ut ſunt quæ dicuntur *Cephalica, Hepatica, Splenetica, ſtomachica* & ſexcenta alia.

*Specificum Stomachicum Ludovici* eſt ♁ ejus Cacheòticus ſeu ♁ Diaphoreticum ♂tiale Cacheòticum.

*Specular*, vel eſt Lapis ☽næ vel Aphroſelinum, vel Gypſum. *Mart. Ruland.* vid. Lapis Specularis.

*Speculum Album*, eſt Arſenicum deſcenſum. *Mart. Rul. & Johnſonus.*

*Specu-*

*Speculum Citrinum* eſt ○—○ Citrinum. *Mart.* Rul. & Johnſ.

*Speculum Indicum* eſt Limatura ferri ♂. *Mart. Rulando.* Johnſonus.

*Spelta, Zea, Far Cluſinum.* Germ. Speltz/Dünckel-Korn. vid. Zea.

*Sperma* ▽ *Fortis* eſt ejus fæculentia. *Mart.* Rul. & *Johnſ.*

*Sperma Ceti* ſeu *Semen Balænarum* & *Flos maris*, *Pinguedo furfuroſa.* Germ. Baldt-Rath oder Wall-Rath. Quid propriè ſit necdum conſtat. Alii Balænæ Semen, putant, ut piſcatores referunt, quod ſit ejus Piſcis Semen, Mari inſtar Spumæ ſuper natans. Alii alicujus Ceti Macrocephali Cerebrū, Lixivio peculiari purificatum autumant; Alii aliud quid. Eſt ſubſtantia pinguedinoſa, facile flammam ſuſcipiens, optima eſt alba, adipis ferè odore, vid. Ambra ſubalbida & Salis Flos.

*Sperma* idem eſt quod *Semen. Germ.* Samen.

*Sperma Ranarum*, ſeu *Ova* Ranarum. Germ. Froſchleich oder Fröſch Samen / eſt prima Ranarum Mucilago, ſeu Gluten de ▽tico, in Martio & aliquando ab initio Aprilis colligitur.

*Sperniola* ſeu *Sperniolum Crollii*, præparatur ex ▽ Spermatis Ranarum ante novilunium collect. deſtillata, in qua Myrrha, Thus, Crocus & Camphora Sec. deſcript. *Crollii* vigeſies vel trigeſies infuſa & exſiccata fuerint.

*Sperula Colocynthidis*, dicuntur Poma Colocynthidis, quæ ſunt rotunda.

*Sphæra Marina, Sphæra Talaſſia Galeni, Halcyonium primū Dioſcoridis.* v. Pila Marina

*Sphæra*, ☉*lis* & ☽*næ* dicitur Materia mixta utriusque *Seminis*, è qua Lapis Philoſophicus paratur, & haud dubiè ☿ & ☿ Philoſophorum intelligitur. *Mart. Rul.* & *Johnſonus.*

*Sphærion*, idem quod Globulus, Pilula. vid. *G*lobulus, Catapotion; *Keuchen* ad *Sammon.* pag 121.

*Sphecle*, Latinè Fæx vel Fex 🝗 *G*erm. Hefen.

*Sphingonta*, Medicamenta dicuntur Adſtringentia, Obſtruentia.

*Sphongion*, nomen Malagmatis, apud *Æginet.* L. 7. cap. 18.

*Sphyræna*, vocatur Piſcis longus, tenuis, acuminatio roſtro præditus, Latinè Sudic. vid. *Aldrov.* L. 1. cap. 21. de Piſcibus.

*Spica, Spicæ* ſunt Sumitates in longum deductæ, uti *Spica Lavendulæ*, Stæchados &c. *Lex. Brunonus.*

*Spica Celtica* ſeu *Nardus Celtica.* vid. Flores Spicæ Celticæ.

*Spica Hortenſis fœmina* vid. Flores Lavendulæ. Germ. Lavendel-Blumen.

*Spica Indica* ſeu *Nardus Indica* Germ. Indianiſcher Spick. *Spica Indica* dicitur, non quod *Spica* ſit, ſed Radix & quia Spicæ Figurā imitatur. *Indica* autem dicitur, non quod in India naſcatur, ſed quod in aliquo Monte naſcatur Indiam ſpectante. Quemadmodum *Syriaca*, quæ creſcit in Monte, ſpectante *Syriam*. Eligitur autem *Syriaca* dicta, cujus hæ ſunt Notæ; ut ſit brevi Spica, longam gerens Comam, colore flava, odorata, aliquantulum redolens Cyperum, amaro ſapore, Linguam ſiccante, quæ diu in ſua odoris gratia permaneat. Advehitur ex Alexandria Ægypti.

*Spica Romana* ſeu *Celtica.* G. Mariä Magdalenä Blumen. vid. Fl. *Spicæ* Celticæ.

*Spica ſylveſtris.* vid. Rad. Valerianæ. Germ. Baldrian Wurtzel.

*Spicantum*, *Phillitis* eſt Lingua Cervina ſeu *Scolopendrium* vulgare. Germ. Hirſch Zunge. vid. Herbas.

*Spicatum*, nomen Olei vel Unguenti pretioſi roborantis Viſcera & Ventriculum. aliàs Foliatum dictum, *Gal.* L. 4. de L. Aff. cap. 8. & L. 6. de San. tuend. c. 10. vid. Foliatum.

*Spina* *alba* / ☽*næ Mariæ* } eſt Carduus Mariæ. Germ. Marien-Diſtel. vid. *H*erbas.

*Spina Acida* ſeu *Sancta.* G. Saurauch-Dorn. vid. Berberes ſeu Semen Berberū.

*Spina Buxea, Pyxyacantha.* Germ. Buchs-Dorn. vid. Lycium.

Spina *Cervina* ſeu *Cervalis* & *Cervi*, *Spina infectoria*, ſeu *Rhamnus Catharticus* & *ſolutivus*, *Alaternus Plin.* Germ. Wegdorn-Beer/Creutzdorn-Beer/ Creutz-Beer/Wehedorn-Beer/Schla Beer. *S*ubfruticat in ſepibus, in Sylvis, aliiſque Locis incultis.



Digitized by Google

*Spina hirci.* vid. Tragacanthum. Germ. Tragandt.
*Spinachia*, *Lapathum hortenſe*. Germ. Spinath. vid. Herbas.
*Spinæ*, *Muſtelæ fluviatilis*. Germ. Aalruppen Gräthen.
*Spinæ Viperarum*. Germ. Vipern-Gräthen.
*Spinellus*, *Ballas*, ſeu *Carbunculus candidus*. vid. Balagius.
*Spipola*, dicitur Avicula, cujus varias ſpecies exhibet deſcriptas *Aldrov*. Ornithol. L. 17. cap. 26.
*Sp.* & *Spir.* ità à Medicis præſcript. ſeu aliàs notat. legend. Spiritus. Sign. ⌐◇⌐, ⌐∿⌐, ⌐ſ⌐, ⌐⌐, ſ, ſp, ⌐ſ⌐, ⌐ſ⌐, ⌐⊖⌐, ✳.
*Spiritus* ambigit inter ▽am & ◎ & ad Liquorem accedit. Itaque etiam *Oleum* vocatur, præſertim in Mineralibus. Et Spiritus quidam ſunt ∴*ſiores*, quidam ▽*ſiores*. Spiritus nominantur etiam *Exhalationes*, ſicuti Fumi metallici item Stibii, Stanni, Flos ⊖lis, Vini &c. Clangor Buccinæ.
*Spiritus Aceti*, id eſt Acetum deſtillatum. Germ. deſtillirter Eſſig. ✕.
*Spiritus Anticolicus*, *Antifebrilis* & *Antipleuriticus*, id eſt ⌐ſ⌐ⓗ tri dulcis. *Croll*.
*Spiritus Antiquartius* eſt ⌐ſ⌐ ✳ci. vid. Polychreſta Medica D. *Joh. Michaelis*.
*Spiritus Aperitivus Penoti* eſt ⌐ſ⌐ ⦶li compoſitus.
*Spiritus* ▽ eſt ſolvens è re ſimplici & acri producta, cum △nei halitûs natura. Politiſſima ejus pars eſt Halitus △neus, miſtus tamen parte vaporoſa. Itaque & conſiſtentia ſpecificam obtinet ▽eam. In tali ſubſtantia vim rei gerit. *Mart. Rul. & Johnſ.*
*Spiritus Calcis vivæ*, deſtillatur ex ♆ va cum ſ.q. ▽A per alembicum in MB. lentiſſimo △ne. Germ. Kalck Spiritus.
*Spiritus Chymici*, ſunt Liquores, qui deſtillando non tantum tenuiſſimi ſunt redditi, ſed & incorruptibiles & majoris efficatiæ. ſunt triplices, *Sulphurei*, *Acidi* & *Salſi*. *Sulphurei* ſunt, qui facilè flammam concipiunt, & conſtant ex particulis ∴ ſis, ut eſt ▽ & omnes ⌐ſ⌐ ardentes ex fructibus &c. *Acidi* ſunt qui conſtant ex particulis Acidis & ▽, ut ſunt ⌐ſ⌐ ⊖lis, ♀ris, ☾ri ⦶li &c. qui veri Spiritus non ſunt. *Salini* vel *Salſi* Spiritus ſunt, qui ex Sale volatili & ▽a conſtant, ut ⌐ſ⌐ ✳ci, ⌐ſ⌐ ⊡ næ, fuliginis &c. Alii ſunt *ſimplices* ut jam recenſiti, alii *compoſiti* ♀ri, ut Spiritus aromatici acidi compoſiti, ut ▽ortis, ▽Reginæ &c. Salſi compo Salſi, ut volatile ∴ſum. *Lex. Blancardi.*
*Spiritus Diatrion* vel *Spiritus de Tribus* id eſt Mixtura Simplex. M.S.
*Spiritus Duplicatus*, eſt Spiritus Tartari Vitriolatus ⌐ſ⌐ ♀ ⊕ latus.
*Spiritus Fœtens* & ▽ *Fœtida* eſt Sulphur. Germ. Schwefel. *Mart. Rul. & Johnſ.*
*Spiritus Heraclinus Rulandi*. vid. Oleum Ligni Heraclei.
*Spiritus Herbarum non Succoſarum* vel non *Succulentarum* meliùs præparantur per affuſionem ſ.q. ▽ ſ.a. infuſionem & deſtillationem.
*Spiritus Herbarum Succoſarum* ſeu *Succulentarum* conficiuntur per fermentationem, ut Spir. Ceraſ. nigr. Cochleariæ &c.
*Spiritus Magnanimitatis* ſeu ▽ *Herculea* eſt Spiritus Formicarum.
*Spiritus Nitri*, eſt Spiritus Nitri more ſolito per Retortam deſtillatus.
*Spiritus Nitri Bezoarticus*. Eſt Spiritus Nitri à ♎ne Butyri ♁ nii in præparatione Bezoartici Mineralis per ℘ tam deſtillatus.
*Spiritus Reginæ Ungaricæ* eſt ▽ St. Eliſabethæ vid. ▽ Hungarica vel ▽ Reginæ Ungariæ. Germ. Ungariſch Waſſer.
*Spiritus Salis*, eſt Spiritus Salis more ſolito per ⌒tam deſtillatus.
*Spiritus* ✳*ci acidus*, deſtillatur ex 1. p. ✳ci & 3. p. ℘ mixtis ſ.a. per ℘am.
*Spiritus* ✳*ci volatilis*, deſtillatur ex ✳co cum ♀ri vel ♆ va convenienti Liquore ſ.a. Dicitur quoque *Aquilæ Lachrymæ volatilis*.
*Spiritus* ♀ *ri*, eſt Liquor iſte, qui ex ♀ro ♁ ſato per ⌒tam cum ∴c deſtillatur.
*Spiritus* ♀*ri compoſitus* eſt ▽ ſeu Spiritus Aperitivus *Penoti* Vocatur quoque Spiritus ⦶li compoſitus.
*Spiritus Vegetabiles* ſunt, qui ex Aromatibus, Corticibus, Floribus, Foliis, Fructibus, Lignis, Radicibus &c. ſ.a. deſtillantur.
*Spiritus Vegetabiles Balſamici*. vid. Balſama deſtillata, ſeu Liquores ∴ſi.



Digitized by Google

*Spiritus Veneris*, 🜍 ♀ris deſtillatur ex Floribus Viri de æris ſ. a. 🜂ne lentiſſimô, in Recipiens aptum.
*Spiritus Vitrioli* ſeu *Vitrioli*, eſt 🜍 acidus ex ⊕lo benè ſiccato per 🜂am ſ. a. deſtillatus.
*Spiritus Vitrioli compoſitus*, eſt ▽ ſeu 🜍 Aperitivus *Penoti*.
*Spiritus Vitrioli dulcis*, dulcificatur Spiritus Vitrioli beneficio 🜅. ſ. a. Ità & Spiritus Nitri & ſpiritus Salis dulcificantur.
*Spiritus Vitrioli Philoſophicus*, ſi Butyri ♁ nii ℥j. ▽fontanæ ℥x vel ℥xj. affunduntur, in ſua aciditate conſiſtit, & rectificatione non opus eſt.
🜅, hoc Signum denotat vel ſignificat ſpiritum Vini. Sign. ... , ... , ... , ... , ... , ... , ... , ... , ... , ... , ... , ... .
*Spiritus Vini* deſtillatur ſ. a. ex Vino optimo vel Vini fæcibus.
*ſpiritus Vini Alcoholiſatus*, Abſtrahitur per Phiolam à 🜅 in MB. per deſtillationem *Alcohol*. Quod etiam ☿ *cœleſte* & ☿ *Vegetabile* vocatur. Alcoholiſatur vel rectificatur quoque ſine 🜂ne, per affuſionem 🜅, ... vel ... vel ... . Spiritus Vini Alcoholiſatus ſupernatabit & ▽ſitas cum Salſedine inferius in fluida ſubſtantia ſubſidebit. Sign. 🜅.
*Spiritus Vini Camphoratus*, ſolvitur ... in ſ. q. Spirit. Vini Rectif. Vocatur quoque Spirit. Vini Camphorat. *Elixir* ſeu *Eſſentia Camphoræ*.
*Spiritus Vini Duplicatus* & *Eſurinus Philoſophic*. vid. in Tract. Germ. Pol. fol. 58 & 62.
*Spiritus Vini Philoſophicus*. vid. Spiritus Vini Alcoholiſatus.
*Spiritus Vini Rectificatus* vid. Spiritus Vini. vid. Alcoholiſat. *Sign.* 🜅.
*Spiritus Vitæ* ⊙*reus Rulandi*, paratur per circulationem per ⊠ ex ℥x Trochiſcorum Alhandali cum ℔j Spiritus Vini Alcoholiſat. expreſſus, 🜍 philtratur uſuique aſſervatur.
*Spiritus Volans* apud Chymicos eſt ☽tum vivum.
*Spiro*, dicitur *Baſilio Valentino* Inſtrumentum ad Magiſterium Lapidis Philoſophici neceſſarium, quo ... dirigitur. L. 1. Teſtament Ultim cap. 36.
*Spiſſamentum*. vide Stymma. Germ. Das zurück Bleibſel von eingepreßten Sachen.
*Spiſſus*, idem quod Denſus, opponitur Raro. *Lex. Brun.*
*Spithama*, Menſura eſt, qua rerum Intervalla metimur; eſtque Trium Palmorũ, vel Duodecim Digitorum Spacium, extenſis Digitis, Minimo & Pollice. *Dioſcorides*, teſte *Gorræo*.
*Splanchnica* ſunt Medicamenta, adverſus Morbos Inteſtinorum. *Lex. Blanc.*
*Splenetica*, ſunt Medicamenta adverſus Splenis Morbos. *Lex. Blanc.*
*Spodiacon*, nomen Collyrii tenuis, à colore ità dicti, quaſi Cinereum, non verò à Spodio, cum hoc non ingrediatur illas compoſitiones. Morſu caret & vim habet Anodynam, ſivè Dolorem mitigandi. *Æginet.* L. 7. cap. 16. *Scribon.* n. 23. &c.
*Spodion Flos*, eſt *Ærugo* Æris ⊕ *Mart. Rul. & Johnſon.*
*Spodites*, *Ceneritius*, epitheton Panis apud *Hippocr.* teſte *Galen.* in Expoſ. Voc. *Hipp.* vel à Colore ità dictus, vel quod ſub Cinerib⁹ paretur. *Foeſ. Oec.* p. 580.
*Spodium*, *Arabum*, nil aliud eſt quàm Radix Alcannæ combuſta. Officinæ noſtrates verò Ebur uſtum ejus loco ſubſtituunt. vid. *Schrad.*
*Spodium ex Ebore* ſeu *Ebur uſtum*. Germ. Gebrandt Helffen-Bein. vid. Ebur.
*Spodium Græcorum* ſeu *Metallicum*, *Cinereum* & *Nil Gryſeum*, eſt Favilla eadem ac Pompholyx ob gravitatem in pavimentum decidens. Dicitur *Spodium Græcorum* ad differentiã Spodii Arabũ. G. Grau Nicht oder Grau Hütten-Rauch.
*Spodius*, *Succudus*, id eſt Tutia. Germ. Tutzia. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*
*Spodos* 5. *ſunt genera*. 1. eſt *Fuligo Cinerei coloris*, gravior quàm Pompholyx. 2. *Lutea* quæ generatur in focis, in quibus Metalla ſeparantur, 3. *Subterranea Cineria*, 4. *Subterranea nigra*. 5. *Subterranea viridis*.
*Sparitides*, *Sphæria Theophraſti*, *Globuli Cipariſſi*, *Galbuli Plinii*. vid. Cupreſſi ſeu Cypariſſi Coni. Germ. Cypreſſen-Reiß.
*Spolium*, *Vernetio*, *Exuvium* vid. Exuviæ.
*Spondylium*, eſt Branca Urſina Germ. Bähren-Klau. vid. Herbas.

*Spong*

Digitized by Google

*Spondylolithos*, dictum Lapidum genus, ex Comitatu Tirolenſi, à forma, vertebras dorſales minorum Animalium ſatis accuratè repræſentante, ex Obſervatione *Velſchii*, Eph. Nat. Cur. A. I. *Obſ.* 157.

*Spongia* ſeu *Fungus Marinus*. Germ. Schwam. Eſt Corpus Marinum rarum, laxum, poroſum, imbibens & aſſervans ▽am *Mart. Rul.* exiſtimat, eſſe Zoophyton, neque Animal, neque Fruticem, ſed tertiam habere naturam, & illi commixtam eſſe naturam Animalis & Plantæ. Hinc & *Avicenna* deſcribit, quod habeat Animam, ſcil. vegetativam & ſenſitivam. *Dioſcorides* duo genera conſtituit; Marem, quæ denſioribus foraminibus & minoribus conſtat; & Fœminam, foraminibus præditam majoribus & rotundis. Quidam addunt & tertiam ſpeciem, habentem intra ſe Lapides duros & plurimas cavernas. *Spongia* vocatur etiam à dicto *Mart. Rulando Fungus Marinus*, ad differentiam Terreſtris, quam Spongiam noſtram appellavit, in Pratis occurrentem, vulgò *Boviſt* dictam, quæ valdè accedit ad naturam *Spongiæ Marinæ*. De Spongiarum Marinarum viribus & uſu. vid. *Gal.* L. 11. de S. F. & alibi ſæpius, *Dioſc.* L. 5. cap. 138. *Spongia* quoque vocatur illa Excreſcentia in Frutice Cynoſbatos dicta ſæpius occurrens. *Schrad.* L. 4. Cl. 1. num 122. &c. vide Fungus.

*Spongiæ* ſeu *Fungi Officinales*, ſunt Fungi albicantes. Germ. Lerchen-Schwam. vid. Fungus albicans ſeu Agaricus.

*Spongiolæ Cynoſbati*, Germ. Schlaff-Kuntzen. vid. Fungus.

*Spongioli*. vid. Fungus Cervinus ſeu Boletus Cervinus.

*Spongion* nomen eſt Epithematis, ex Caprillo Stercore compoſiti apud *Æginet.* L. 3. cap. 48. vel Malagmatis L. 7. cap. 18. Ità verò dictum, quod Spongiæ modo humorem Hydropicorum imbibat. *Gorræus.*

*Spongites*, Germ. Kropff-Stein oder Schwam-Stein. vid. Lap. Spongiæ.

*Spongoides*, id eſt ſpongioſus ſivè Spongiæ inſtar poroſus. *Lex. Brun.*

*Spongos* idem eſt quod Spongia. Germ. Schwam. *Lex. Brun.*

*Sponium*, dicitur Cinis ▽â maceratus. Sylvat. p. 181.

*Sponſus*, Chymicis dicitur Mercurius ☿. *Mart. Ruland. & Johnſon.* Quàm ineptè, alii judicent ex hoc, quod paſſim vel ▽ Philoſophorum ſit dicta Uxor, & 🜍 Philoſophorum Maritus vel Mas. vid. Maritus. *Lexic. Brun.*

*Spontum*, dicitur *Mart. Rulando* Cinis Aquâ madefactus, qui fornaci inditur, quando ☉ vel ☽ tum depuratur. *Lexic.*

*Sporetos*, dicitur prima Pars Hyemis (aut fortaſſis etiam ultima Autumni) Latinè Sementis *Lex. Brun.*

*Sporos*, idem quod Sperma, Semen ſignificat, & quidem ab *Hippocr.* Semen genitale. L. 2. de Diæt. XXVII. 11. vid. *Foëſ.* d. l.

*Spuma*, Germ. Schaum/ omnibus ferè notum eſt. *Lex. Brun.*

*Spuma* Chymicis ſimpliciter notat 🝗 rem. Germ. Aſche.

*Spuma Argenti*, eſt Lithargyrium. Germ. Silber-Glett. vid. Lithargyros.

*Spuma duorum venenatorum Draconum*, eſt Butyrum ♁ nii.

*Spuma Maris*, id eſt Halcyonium quintum. vid. Halcyonion.

*Spuma Mercurii*, eſt Lithargyrium *Paraceſi*. vid. Lithargyros.

*Spuma Nitri*, id eſt Aphronitrum. *Mart. Rul. & Johnſ.* vid. Aphronitrum.

*Spuma Vitri*, eſt Fel Vitri quod inſtar Spumæ in præparatione Vitri, ſupernatat. Fel Vitri Italicum optimum eſt.

*Spurium Vinum*, i. e. Aquatum. Germ. Gewäſſerter Wein.

*Sputum acerrimum* eſt ☽ tum Vivum ▭ Germ. Queck-Silber.

*Sputa maris*, eſt Sulphur 🜍. Germ. Schwefel. *Mart. Rul. & Johnſon.*

*Sputum Boletorum* eſt compoſita Materia ex Sulphure & ♏ ſia, vocatur & ☉ ſpiſſum ▽ 🜍 ris, quando in ☿ um mutata eſt *Mart. Rul.*

*Sputum Lunæ*, id eſt Lithargyrium, Th. Chym. Vol. V. pag. 11.

*Spyras*, *Spyrathos*, ſignificat globoſa Caprarum Excrementa. *Hippocrates* de Nat. Mul. XXIX. 25. 180. 182. *Gal.* c. 2. &c.

*Squalus*, nomen Piſcis & ſpecies Capitonis, vid. *Aldrov.* L. 5. c. 17.

*Squama Æris*, vulgò præparatur ex ⊖lo vel ♁lo ♂tis mediante ✝tô. Sign. ♉.

*Squamaria* vid. Rad. Dentariæ, Germ. Sträubel-Wurtzel.

*Squatina*, Piſcis dicitur inter cartilagineos relatus, cujus uſus in Medicina videatur apud *Aldrov.* L. 1. de Piſcibus c. 66.

*Squilla*, *Scilla* ſeu *Scylla*, *Bulbus*, ex Hiſpania ſeu Italia huc allatus, non procul à mari creſcens, floribus ſubalbidis, ad ſulphureum colorem nonnihil vergentibus. Germ. Meer-Zwibel. vid. Rad. Scyllæ.

*Squilla fixa* id eſt Vipa Marina. Germ. Meer-Zwibel. Vocatur quoque *Schinus Plutarch.*

*Squillinum*, *Aryza*, id eſt Fimus equinus ▬. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Squinanthum*, Germ. Camel-Heu oder Stroh. vid. Schænanthum.

*Squiria* vel *Squitia* i. e. Liquiritia. Germ. Süß Holtz. *Sylvat.*

*Stac* vel *stoac* id eſt Coagulatio vel Congelatio *Mart. Rul.* apud *Johnſonum* legitur Stuc vel Stoac.

*Stacte* ſivè *Gutta*, ſunt Guttæ alicuius Gummi, ut Myrrhæ, Styracis &c. *Stacte* quoque ſignificat Lixivium ⚻ per ⊏res ſtillans *Gorræus.*

*Stacticon*, *Stacton*, nomen Collyrii apud *Scribon.* & *Æginet.*

*Stacula*, *Apiana*, *Moſchatella*, *Scirpula*, *Sticula*. vid. Venucula.

*Stæchas Arabica* & *Citrina*. vid. Flores. Stæchatis Arabic. & Citrin.

*Stes*, notante *Foëſio* ſignificat Farinam ▽à maceratam, & manibus ſubactam veluti fit in Panificio, vel interdum Stear ſivè pinguedinem. Illam confirmat *Julius Alexandrin.* not. in *Gal.* L. 4. de ſan. tuen. Tom. II. pag. 406. & ipſe *Hippocr.* l. 1. de morb. mul. CXX. 24. Placentæ genus, dicebatur ex Melle, Seſamo & Caſeo, apud *Athenæum* Lib. 14. Citante Foëſio d. l.

*Stagma*, ſunt Latices, qui deſtillationi exponuntur. *Lex. Blanc.*

*Stagnea*, apud *Scribon.* num. 230. pro Cacabo & Vaſis genere ponitur, ♃no obducto. Aliàs *Stagneum vas*, *Stagnatum Rhod.* in *Lex. Scribon.* pag. 445. *Stagnea Pyxis* legitur apud eundem. *Scribon.* 30.

*Stagonias*, epitheton Thuris maſculi electi, rotundi, & guttæ ſimillimi. *Gorr.*

*Stak*, id eſt Gummi Olivæ. Germ. Oliven-Hartz.

*Stalagma*, id eſt quod à Stagmate deſtillatum eſt. *Lex. Blanc.*

*Staltica*, dicuntur Medicamenta, quæ Carnes Vulneribus æquant, *Caſtell.* ex *Libell. Spur. Gal.* de Dynamid. Verum generaliter idem ſignificant, quod Repellentia. Unde Collyria Staltica, apud *Æginet.* L. 3. cap. 22. Junge Dict. Jatr. n. 408.

*Stamen* id eſt Filum *Stamen album*, hoc eſt filum crudum, quod etiam leni evaporatione dolores mitigat *Scribon.* n. 142. *Rhod.* in not. ad h. L.

*Stamnos*, dicitur Urna vel Urnula, Vas ▽arium *Hippocr.* L. 7. Epid. XLV. 8. quamvis & Vas vinarium alibi ſignificet, notante *Foëſ.* d. l.

*Stannar*, eſt mater Metallorum, fumus occultus, ex quo Metalla generantur. *Dorn.* è *Paracelſo* L. 3. Philoſoph. ad *Athen.* text. *Mart. Rul.* & *Johnſonus.*

*Stannum*, à nonnullis *Plumbum album* ſive *candidum*. Germ. Zinn / Weiß-Bley. Chymicis ſive Hermeticis *Jupiter* ♃. dicitur. Corpus eſt mundum, Metallum molle, ſplendens cum Livore quodam. Imperfectum, ex ☽to vivo puro, fixo & non fixo, claro, albo in ſuo manifeſto, & rubro in ſuo occulto & de tali 🜍re procreatum, & deficit ei ſola decoctio & digeſtio. Dividitur Stannum in dives, mediocre, pauperum Vocatur & *Dominus Æris*, item *Plumbum* ☽*tarium*. *Mart. Rul.* & *Johnſ.* Anglicum melius eſt quàm La-Wallienſe & quidem optimum. Plura de Stanno quære in Indicibus Th. Chym. Vol. I. II. III. V. ut & *Libav.* Tom. I.

*Staphilinum ſylveſtre Tragi* eſt Daucus ſeu Paſtinaca ſylveſtris Germ. Vogel-Netz / wilde Mohren oder Eſels Mohren.

*Staphis*,

*Staphis*, homnymon eſt, denotans 1. Plantam vel Herbam Staphiſagria dictam 2. Uvam paſſam. vid. Paſſa.
*Staphiſagria.* vid. Semen Staphiſagriæ. Germ. Stephens-Körner.
*Staphyle*, Latinè *Uva* dicitur, ſignificans propriè Fructum Vitis viniferæ, ſive congeriem Baccarum Vitis. &c.
*Staraphaxat*, dicitur Medicamentum ſiſtens, à Stare faciendo dictũ, ut creditur, *Dorn. mart. Rul. & Johnſ.*
*Starmar Mart. Rul. Johnſonus* verò poſuit *Stannar.* vid. Stannar.
*Stater* eſt nomen Ponderis Unciam ſemis pendentis, ℥ß ſeu Drachmas Quatuor ʒiv. *Gal.* de Ponderibus & Menſuris.
*Stathmion, Stathmidion*, ſignificat vel Pondus Librale, ex Ære, aut Ferro, aut Plumbo conſtans. *Gal.* cap. 2. de Fract. t. 3. vel Pyxidem, in qua aliquid aſſervatur. L. 6. d. C. M. S. L. c. 2.
*Staticon*, idem quod *Stalticon*, dicitur de Collyriis, quæ inordinatum Fluxûs impetum ſiſtunt, *Gorr.* vid. Stalticon.
*Statura*, *Megethos*, propriè Corporis Magnitudinem ſignificat. Hanc etiam à Medico rectè conſiderari, docet inter alios *Jul. Alex.* L. 3. *Sal.* cap. 1. & 7.
*Stear* id eſt Adeps vel Sevum. Germ. Schmaltz oder Inſchildt. *Lex. Brun.*
*Steb*, dicitur Alumen. ○. Germ. Alaun.
*Stechas Arabica, Citrina* & *Montana.* vid. Flores.
*Stegnotica*, idem quod Aſtringentia. *Lex. Brun.*
*Stella Domini*, id eſt Sigillum Salomonis, vid. Herb.
*Stella Occidens*, id eſt Sal Armoniacum ✱ Germ. Salmiax. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*
*Stella Terræ*, id eſt Talcum. ⊖. Germ. Talck. *Mart. Rul. & Johnſonus.*
*Stellaria, Droſera, Alchimilla*, Germ. Ohm-Kraut / Gülden Gänſerich. vid. Herb. Alchimillæ.
*Stellio aduſta* dicitur Cinnabrium *Mart. Rul. & Johnſonus.*
*Stemphyla*, dicuntur Vinacei vel Vinacea, hoc eſt Folliculi Acinorum, Corium, & Cortex, *Linden.*
*Stemphylites*, dicuntur Vinaceorum ▽ à maceratorem Fæces, & Recrementa. *Hippocr.* l. 2.
*Stenomarga alba, Gleba Norwegica albicans*, vid. Lac. ☽ næ.
*Stercorum Ezeff.* Legitur ità apud *Mart. Rulandum*, & apud *Johnſonum*, id eſt Lithargyrium ♄. Germ. Silber-Glethe.
*Stercus*, eſt Excrementum craſſum ab Alimentis reſiduum, Bile permixtum, & nutritioni inutile, quod per Inteſtinum Rectum & Anum excernitur. Germ. Koth / oder Dreck. *Lex. Brun.*
*Stercus Æris*, id eſt Ferrum rubeum. ♂. *Johnſoni Lex.*
*Stercus Album Canis*, eſt Album Canis ſeu Album Græcum.
*Stercus Anſerinum, Chenocoprus.* Germ. Gänß-Dreck. Menſe Martio colligi debet.
*Stercus Argenti*, eſt ex Argento, ſicut Stercus Æris. Germ. Silber-Schaum.
*Stercus Canis, Cynocoprus*, dicitur & *Flores Melampi* & *Safiri albi*, *Album Canis*, *Album Græcum.* Germ. Weiſſer Hunds-Dreck.
*Stercus Capræ* Germ. Geyß-Bohnen. vid. Spyras ſ. Spyrathos.
*Stercus Columbinum.* Germ. Tauben-Miſt. Emplaſtris admiſcitur.
*Stercus Diaboli.* Germ. Teuffels-Dreck. vid. Laſerpitium Syriacum, ſeu Aſa vel Aſſa fœtida.
*Stercus Murum* ſeu *Muſcerda* dicitur etiam *Album nigrum.* Germ. Mäuß-Knüttelger. Movet Alvum infantum à gr. 3. 4. 5. vel 6.
*Stercus Paſſerum*, Spatzen-Dreck. Grana aliquot Infantibus exhibentur ad ciendam Alvum.
*Stercus Pavonis*, Germ. Pfauen-Koth oder Dreck. Exſiccatum & ☿ ſatum ad Epilepſiam & Vertiginem uſurpatur.



Digitized by Google

*Stercus Vaccinum.* Germ. Kühe Fladen ex quo Menſe Majo ▽ Florum omnium deſtillatur.

*Stergethron* idem eſt ac Sedum majus.

*Sternutamentum,* idem quod Sternutatroium. vid. Ptarmica.

*Sternutatorium, Sternutamentum* eſt Medicamentum quod Naribus inditum, tunicas Cerebri in Motus convulſivos concitando, per Sternutationem Caput expurgat, Germ. Nieß Pulver.

*Stiæ,* dicuntur Lapilli marini ſed Calculi marini. *Galenus.*

*Stibi, Stibium, Stimmi, Plumbum ſapientum,* ▽ *ra nigra.* vid. Antimonium ♁. Germ. Spieß-Glaß und Spieß-Glantz/ oder die glåntzende Heer-Spitzen.

*Stichas* ſeu *Stæchas Arabica, Gallica, Purpurea* ſeu *Romana,* vid. Flor. *S*tæchad. Arabic. Germ. Arabiſche Stechas-Blumen.

*Stichos,* nomen Confectionis Arteriacæ *Platonis* è Marrubio, quæ & Panacia dicta apud *Gal.* L. 7. de C. M. *S.* L. c. 2. fin.

*Sticula,* Stacula, *Apiana, Moſchatella, Scirpula.* vid. Venucula.

*Stilbus,* id eſt Antimonium ♁. Germ. Spieß-Glaß. *Mart.* Rul. *&* Johnſ.

*Still.* ità à Medicis præſcriptum ſeu aliàs notatum, legendum eſt Stillatum ſeu ſtillaticium.

*Stillaticius,* idem quod *S*tillatus. Epitheton Liquorum per Alembicum deſtillatorum. *Lang.* L. 1. c. 53.

*Stillus* & *Stilbus* id eſt Antimonium ♁. Germ. Spieß-Glaß. *Mart. Rul.* & Johnſ.

*Stimmi* idem quod *Stibi, Stibium,* vide Antimonium ♁.

*Stimulans,* dicitur aliquando de Medicamentis quibusdam activioribus &c. *Lex. Brun.*

*Stinci Marini* Germ. Meer-Stintzen. vid. *S*cinci Marini.

*Stipes,* eſt Pars Plantæ inter Radicem & Ramos, idemque quod Caulis. Germ. Der Stiel oder Stengel.

*Stipte* & *Stiptera,* vel *Stypte* & *Styptera* id eſt O ſciſſum. *Mart.* Rul. & *John.*

*Stiptica* vel *Styptica,* ſunt Medicamenta Conſtipantia & Exſiccantia. Germ. Stopffende Mittel. *Lex. Brun.*

*Stiracos, Stirates,* idem ac Storax. *Matth. Sylvat.*

*Stiria,* i. e. Gutta. Germ. Ein Tropffen.

*Stoac, Stoar,* i. e. Adeps. Germ. Schmåhr.

*Stœchas Arabica,* Germ. Arabiſche Stechas Blumen. vid. Flor. *S*tœch. Arabic.

*Stœchas Citrina,* Germ. Rhein-Blumen. vid. Flor. Stœch. Citrinæ.

*Stolones,* dicuntur tenella Germina & Surculi propullulantes Plantarum, quæ referuntur inter Victum attenuantem, *Gal.* de atten. vict. rat. cap. 3.

*Stomachica,* ſunt Medicamenta adverſus *S*tomachi Morbos. Germ. Magen ſtårckende Mittel.

*Stomachicum egregium,* eſt Crocus optimus. Die beſte Magen Stårckung.

*Stomachus Struthionis* ſeu *Struthiocameli,* nominatur ▽ Fortis.

*Stomaticos,* dicitur de Medicamentis, quæ modicè ſiccant, ſic vocata, quod in aſſiduo ſint uſu, cujusmodi ſunt, quod ex Moris conficitur, & quod ex Rubi fructu, aut *S*ucco Corticis Nucum juglandium viridis paratur. *Gal.* L. 5. Meth. medendi cap. 10.

*Stomoma,* ſeu *Acies,* eſt Chalybis vena pura ex Nariſcis, ſeu Vodlandia, propè Fichtelbergium. Germ. Fichtelbergiſcher Stahl-Stein. Dicitur quoque ferrum purgatius, ſivè nativum, ſivè per liquefactionem △ ne ſæpius depuratum, idem quod Chalybs. *Mart. Rul.* pag. 448. & 449. numerat varias ſpecies 13.

*Stomomatis Scobs* eſt Limatura Chalybis ⚨. Germ. Feyl Spån von Stahl.

*Stomomatos Mart. Rul.* & *Stomomutos Johnſonus* eſt Squama Æris.

*Storax* Germ. Storax. vid. Styrax.

*Stramen* ſeu *Paſtus Camelorum.* vid. Schænanthum. Germ. Kameel-Heu oder Stroh.

*Sto-*

Digitized by Google

**Storax** Rubea, *Thimiana*, *Narcaphthum*. vid. Cortices Thimianæ.

*Stratificatio*, ſeu *Stratum ſuper Stratum*, notum eſt Chymicis & Hermeticis, & eſt Corroſio per ☿res corroſivos, fit cum +lum, Metallo laminato & ☿ribus Corroſivis repletur, faciendo Stratum ſuper Stratum, hoc eſt ponendo aliquid de ☿re Corroſivo in Crucibulum, & huic ſuperſternendo tenuem Laminam corporis Metallici, & ſic pergendo, donec Vas referciatur, Poſteà ponuntur Carbones per Circuitum, vel datur △ reverberii paulatim augendo, ut res poſtulat *Lex. Blancardi.*

S. *S.* S. & St. S. St. ſignificat Stratum ſuper Stratum. Sign. [illegible], ⊥, *SSS*; [illegible], [illegible], [illegible], [illegible], [illegible].

*Strix in Alembico* Signum eſt Spirituum Volatilium.

*Stripis*, i.e. Uva Paſſa. *Gal.*

*Strix*, propriè nomen Avis nocturnæ, habentis nomen de Sono vocis *S*tridulo, quæ vulgò *Amma* dicitur, ab amando parvulos; de qua legatur *Aldrov.* L. 8. Ornithol. cap. 8.

*Strobile*, dicitur Linamentum intortum, aut Penicillū turbinis in modum implicitum & contortum, hoc eſt turbinatum Linamentum apud *Hippocr.* de fiſtul. 11. 6. 9. 11. A qua figura & Nuces Pineæ *S*trobili dicuntur, & Reſina Pinea Strobiline. vid. *Jul. Alex.* not in *Gal.* L. 4. de tuend. ſan. Tom. II. Oper. pag. 410. & pag. 755.

*Strobili Abietini juniores.* Germ. Die kleine zarte Tannen Zäpfflein.

*Strombites*, dicitur Lapis ſimilis Cochleæ ▽tili ex amplo in tenue turbinis inſtar deficiens in *S*piram à dextra tortus, qui ulterius deſcribitur ab *Agricola* L. 5. de nat. foſſil. Chiocc. Muſ. Calc. Sect. 3. p. 388. & 422.

*Strombos*, nomen generale Cochlearum Marinarum, quæ Latinè Turbines nuncupantur aut Strombode, Cochleæ Turbinatæ, quarum deſcriptionem prolixiorem, lege apud *Aldrov.* L. 3. de Teſtac. cap. 2 & ſeq.

*Strumaria Lobelii*, *Xanthium*, *Lappa minor.* vid. Rad. Bardanæ minoris. Germ. Klein Kletten oder Betlers Lauß-Wurtzel.

*Struthio*, *Struthio Camelus*, Germ. Strauß. Nomen Avis exoticæ maximæ, de qua referunt, quod Ferrum devorare non ſolum, ſed & concoquere valeat. vid. *Lang. C. Rejes*, *Aldrov. Schræder.* & *Frid. Hoffmann.*

*Struthion*, *Condiſi*, *Lanaria*, *Rudicula* eſt Saponaria. Germ. Seyffen-Kraut. vid. Herbas.

*Struthionum Ova*, vid. Ovum Struthio Cameli.

*Strychos* & *Trychnos*, *Solanum* & *Solatrum*, *Uva Lupina* & *Vulpina*, *Morella.* vid. Solanum. Germ. Nacht-Schatten.

*Stuc* vel *Stoac.* vid. *S*tac vel *S*toac.

*Stupa*, *Stupha* & *Stuppa* eſt Linteum Liquori intinctum & parti dolenti admotum. Idem quoque quod Laconicum Balneum vel Sudatorium aut Vaporatorium. vid. *Morellus* & *Foreſtus.*

*Stupefacientia* idem ſunt quod Narcotica. Lex. *Brun.*

*Stupio*, *Caldida*, id eſt Stannum ♃. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

*Sturio*, nomen Piſcis, nonnullis & *Oxyrinchus*, ab acuto roſtro. vid. *Aldrov. Jul. Alex.* & *Bruyerin.*

*Sturnus*, nomen Avis notiſſimæ, quæ Cicuta veſcatur absque noxa. vid. *Aldrov. Jul. Alex* & *Bruyerin.*

*Stybium*, *Stibi*, *Stibium*, *Stimmi*, id eſt Antimonium ♁.

*Stygia*, epitheton ▽æ cauſticæ ſivè corroſivæ & præſertim Regiæ. vid. *Schrad. Jung. Libav.* &c.

*Stymma* eſt Spiſſamentum ſeu Craſſamentum (Florum, Rerumque aliarum) quod remanet, dum in Oleis macerata exprimuntur. *Schr.* L. 1. c. 3.

*Stymphalides*, dicuntur Avium ſpecies quædam maximè feræ. vid. *Aldrov.* L. 10. Ornith. cap. 3.

*Styptica* ſivè *Stiptica*, ſunt Medicamenta Aſtringentia, Conſtipantia & Exſiccantia. *Lex. Blancardi.*



Digitized by Google

*Styrax* ſivè *Storax Calamita, Incenſum Judæorum.* Germ. Storax/ Juden Weyrauch/ in Officinis proſtat *expreſſa, liquida* & *ſicca.* Sicca in Officinis Storax calamita dicta, (à Cannarum Calamis ſic dicta, in quibus olim ex Pamphiliâ apportabatur) eſt Arboris cujusdam gummeus, reſinoſusque Succus concretus, aridus, odoris ſuaviſſimi. Videatur *Matth. Cordi Hiſtor.* Creſcit Arbor illa Storaciflua in Cypria, Pamphilia, Sydonea, Syria, Sicilia & Provincia Chiapa. Præfertur Styrax pinguis, lentus, fragmentis albicantibus, rubeſcens, vel flavus, odore perſeveranti, qui dum mollitur, melleum Liquorem reddit. Improbatur furfuroſus, niger, cano ſitu obductus, inodorus. Folia Arboris hujus Storacifluæ exſiccata, videnda ſunt apud Experientiſſimum Pharmacopœum Dn. *Joh. Rud. Henrici*, Francofurti ſub ſigno Cervi aurati.

*Styrax Expreſſa.* Germ. Sauber ausgepreſter Storax. Exprimitur beneficio ▽ æ calidæ in Sacco ſ. a. per prelum.

